

# PETRONII ARBITRI SATYRICON

EX RECENSIONE

PETRI BVRMANNI

PASSIM REFICTA

CVM

SVPPLEMENTIS NODOTIANIS

ET

FRAGMENTIS PETRONIANIS

NOTAS CRITICAS, ALIASQVE ET INDICEM VBERRIMVM

ADDIDIT

CONR. GOTTLOB ANTONIVS

LITT. ORIENT. PROF. VITEB.



LIPSIAE

SVMTIBVS CASPARI FRITSCH

CIƆIƆCCLXXXI.

BIBLIOTEKA ELBLĄSKA
7295
BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA W TORUNIU
94742
94742-94743

# PRAEFATIO.

Diuenditis tandem eius editionis, quae anno huius ſeculi XXXI ſumtibus Caſpari Fritſchii Patris prodierat, exemplaribus, cum Filius, pro honeſta ſua vtentium vtilitatem augendi cupiditate, de ea non ſolum repetenda, ſed etiam iis, quibus careret, praeſidiis inſtruenda cogitaret: ei vir quidam doctus auctor fuit, vt bonis Burmannianae potiſſimum editionis eam locupletari curaret. Haec igitur prouincia cum mihi mandaretur, eam lubens ſuſcepi, non, quod Petronius eſſet is ſcriptor, cui prae ceteris operam meam nauare vellem, aut quod huic muneri me maxime idoneum exiſtimarem; ſed quia, quoad tempus, a literis hebraicis docendis mihi vacuum, ob cauſſam in Specimine Editionis Pſalmorum indicatam, non licet libris hebraicis edendis impendere, quaelibet occaſio, conferendi aliquid pro virium modulo ad literas humaniores excolendas, mihi arripienda videtur; ne ingratus ſim erga eas artes, quarum ſtudium in iis ipſis literis, quas in hac Academia profiteor, maximo mihi eſſe adiumento, in dies magis magisque ſentio. Prae-

terea in Petronio emendando et explicando, etſi multorum, etiam ſummorum virorum opera deſudauerat, non paucae tamen etiamnunc criticis et interpretibus relictae videbantur difficultates. Ab his pro ingenii tenuitate minuendis, me absterrere non potuit moleſtia, cum hoc negotio coniuncta, quam immenſa opinionum varietas magnopere augebat.

Eadem mihi obiicitur in prima, quae in praefatione mihi eſt tractanda, quaeſtione de auctore huius libri. Eum nunc dici Petronium, nunc Arbitrum, id quidem certum eſſe videtur ex iis, quae p. 1. in nota propoſui. Verum tot Petronii inde ab Auguſti tempore innotuerunt, vt in auctore huius libri, definiendo animus plane diſtrahi videatur. Plurimorum quidem ſuffragia non immerito tulit opinio eorum, qui putarent, noſtrum Petronium eſſe eundem, quem *Tac. Annal.* l. 16, 18. 19. deſcribit; nam ex iſto loco, in nota ſubiecta *) repetito, apparet, omnia, ab

*) C. 18. De Caio Petronio ſupra pauca repetenda ſunt. Nam illi dies per ſomnum, nox officiis, et oblectamentis vitae tranſigebatur. Vtque alios induſtria, ita hunc ignauia ad famam protulerat, habebaturque non ganeo et profligator, vt plerique ſua haurientium, ſed erudito luxu. Ac dicta factaque eius quanto ſolutiora, et quandam ſui negligentiam praeferentia, tanto gratius in ſpeciem ſimplicitatis accipiebantur. Proconſul tamen Bithyniae, et mox conſul, vigentem ſe, ac parem negotiis oſtendit: dein reuolutus ad vitia, ſeu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni aſſumtus eſt, elegantiae arbiter, dum nihil amoenum et molle affluentia putat,

ab Annalium auctore de Petronio tradita, libri Satyricon ſcriptori conuenire. Quam enim ei mollitiem tribuit et elegantiam in luxu aeſtimando, ea ex dictionis, qua noſter vſus eſt, ſuauitate, et ex accurata lautitiarum deſcriptione elucet. Difficultatem vero eam, quae ineſt in praenominis diuerſitate, remouimus in nota p. 1. ſubiecta. Deinde iſtam morum prauitatem, quam Petronius quibusdam perſonis, a ſe introductis, tribuit, non eſſe alienam ab aetate Neronis, qua hic vixit, auctores ſunt omnes ſcriptores aequales; atque adeo Paullus, Rom. 1, 24. Neque haec opinio refutatur iis argumentis, quibus Burmannus in praefatione conatus eſt demonſtrare, huius libri auctorem Tiberii, Caligulae, Claudii imperia attigiſſe, imo Auguſti felicia tempora vidiſſe; modo tu concedas id, quod

putat, niſi quod ei Petronius approbauiſſet. Vnde inuidia Tigellini, quaſi aduerſus aemulum, et ſcientia voluptatum potiorem. Ergo crudelitatem principis, cui ceterae libidines cedebant, aggreditur, amicitiam Sceuini Petronio obiectans, corrupto ad indicium ſeruo, ademtaque defenſione, et maiore parte familiae in vincla rapta. C. 19. Forte illis diebus Campaniam petiuerat Caeſar, et Cumas vsque progreſſus Petronius, illic attinebatur. Nec tulit vltra timoris aut ſpei moras. Neque tamen praeceps vitam expulit, ſed inciſas venas, vt libitum, obligatas, aperire rurſum, et alloqui amicos—Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem, aut Tigellinum, aut quem alium potentium, adulatus eſt: ſed flagitia principis, ſub nominibus exoletorum feminarumque, et nouitate cuiusque ſtupri, perſcripſit, atque obſignata miſit Neroni.

quod ſcriptorum ſatyricorum conſuetudo, perſonam aliquam ex plurium moribus effingendi, requirit, Trimalchionis imagine, non Neronis ſolius, vt quidam temere contenderunt, ſed plurium aequalium, etiam maiorum, v. c. Claudii, eiusque libertorum, ſtultitiam et luxum exprimi. Praeterea et hoc viri doctiſſimi argumentis largiendum exiſtimo, per ſcriptum, quod codicillorum loco moribundus Neroni miſit, non poſſe librum ſatyricon indicari, cuius in volumen ingens codicillorum ſimilitudo plane non cadebat, cuiusque genus ſcribendi tanta cum diligentia atque cura accommodatum eſt perſonis plane diuerſis, vt, hoc non eſſe opus in vicinia mortis effuſum, ſed magna contentione ingenii per otium elaboratum, examinanti appareat. Neque haec diligentia a perſona Petronii abhorret, ſi ſumas, eum hunc librum ſcripſiſſe, cum Proconſul Bithyniae, et mox Conſul, ſe parem labori oſtenderet. Nec Hadrianus Valeſius, qui Antoninorum tempori, aut Henricus Frater, qui Gallieni aetati, aut Marinus Statilius, vel Petrus Petitus, qui Conſtantini Auguſti fere imperio, Petronium reddendum putauerunt, idoneis rationibus hoc effeciſſe videntur. Nam ſi eaedem ſententiae in Martiali et Statio occurrunt, quae in Petronio; non neceſſe eſt, vt hic eas ex illis hauſerit: cum illi eodem iure ex hoc eas haurire potuerint. Vocabula peregrina, plebeia et recentiora, non poſſunt pro recentiorum temporum indiciis haberi;

cum

cum talibus verbis, quae iam olim a plebe vſurpata ſunt, illi tantum vtentes introducantur, quorum barbarum ſermonem ridendum proponere noſter decreuerat: contra vero Encolpius, Eumolpus, et alii, puriſſima fere latinitate vtantur; paucis formulis aut verbis peregrinis adſperſis, quae, ſi conſtaret, auctorem fuiſſe Maſſilienſem, *) ex patria ipſi adhaeſiſſe poſſent dici: rectius tamen partim vitio librariorum, vti c. 74, 9. *n.* partim ſtudio noua verba inueniendi, (quanti enim verborum nouorum inuentores fecerit, ipſe indicat, 2, 3.) partim rerum introductarum nouitati videntur tribui. Neque ex ſilentio Quinctiliani et Suetonii colligere licet, noſtrum Petronium ipſis recentiorem fuiſſe: cum Plinius, Plutarchus et Tacitus eum locis, p. I. indicatis, commemorauerint, ſi non vt ſcriptorem, tamen vt Neronis familiarem; cui hunc librum conuenire, paullo ante demonſtrauimus. Nec denique ex eo, quod c. 88, 1. pictura ne minimum quidem ſui veſtigium reliquiſſe dicitur, coniici poteſt, hoc opus eſſe recentius; nam ſatyricum tali hyperbole vti, cum videat, artem aliquam non eo, quo debebat, ſtudio coli, indicio ſunt ea loca, vbi idem queritur

*) Hoc temere quidam colligunt ex his Apollinaris Sidonii verſibus ex carmine 23. qui inſcribitur Narbo:

Et te Maſſilienſium per hortos
Sacri ſtipitis, (vel, vt Henr. Valeſ. corrigit, Graii ceſpitis) Arbiter colonum
Helleſpontiaco parem Priapo.

ritur de corrupta eloquentia et poëſi, v. c. 2, 7. et 8. etſi ipſe ſuo exemplo demonſtrat, nondum iſti aetati defuiſſe, qui in vtraque excellerent. Nuper vero Nic. Ignarra, in Commentario de Palaeſtra Neapolitana, Neapoli 1770 edito, noua argumenta protulit, quibus opinionem Hadr. Valeſii confirmare, et Petronium ad extremum Antoninorum tempus reiicere, conaretur. Primum quidem, vt intellexi ex Biblioth. Crit. Amſtelod. Vol. II. P. I. IV. (ipſius enim libri mihi copia nondum eſt facta) vir doctiſſimus ex graecismis et idiotismis, quorum non nulli adhuc plebis Neapolitanae ore frequententur, colligit, Petronium, Neapoli natum, vel educatum, Neapolitanorum inprimis mores perſtrinxiſſe. At equidem dubito, an hoc ſequatur, cum ex eo, quod Encolpion et alios, puriſſime loquentes, introduxerit, appareat, iſtos idiotiſmos, quos diſcere potuit, ſi pro more illius temporis, ad quem alludit ipſe c. 5, 11. in iſta vrbe literarum cauſſa verſatus eſt, non ipſi fuiſſe proprios: hoc ſequi putem, ſcenam quidem eorum, quae narrentur in hoc libro, ab auctore in magna Graecia eſſe collocatam, ad offenſionem Romanorum minuendam; ſed horum imprimis ſtultitiam eſſe caſtigatam. Deinde quoniam Ignarra ex c. 44. 57. 76. aliisque locis, elucere arbitratur, Neapolin eo, de quo agitur tempore, fuiſſe coloniam, atque habuiſſe magiſtratus colonicos: idem colligit, non ante Commodi extrema tempora hunc librum

eſſe

eſſe ſcriptum, propterea, quod ea demum aetate colonia ſit facta. Si vir doctus argumentis adeo luculentis hoc probat, vt non liceat ſuſpicari, in numero duodetriginta coloniarum, quibus Suet. c. 46. dicit, Auguſtum frequentaſſe Italiam, latere Neapolitanam: efficitur, vel eius opinionem eſſe veram, vel in iſtis capitibus non agi de colonia Neapolitana. Prius vt concedam, a me impetrare non poſſum, quia, quae Tacitus de Petronio tradit, omnia quadrant in huius libri auctorem: poſterius lubenter largior. Nam cum l. c. Neapolis non diſerte nominetur, ſed tantum colonia; eodem iure intelligi poteſt colonia Capuana, iam, vti ex Suet. Caeſ. 81. intelligitur, lege Iulia deducta. Neque obſtat, quod c. 81, 3. graeca vrbs videtur Neapolin indicare; nam, non omnia in eadem vrbe eſſe geſta, conſtat ex eo, quod vltima quaſi ſcena agitur Crotone. Nec durum fuerit ſumere, ante c. 83. excidiſſe locum, quo Neapolin petiiſſe dictus ſit Encolpius cum ſociis: cum etiamnunc lacunas in hoc libro reperiri, conſtet inter omnes, atque ex eo, quod vltima ſententia (c. 82, 13.) non inuenitur in contexta oratione, cum penultima legatur c. 75, 1. coniicere liceat, inter c. 75. et 82. excidiſſe locum, ex quo ea excerpta ſit. Leuius eſt illud, quod Serapio, mathematicus, cuius mentionem fieri putat Ignarra 76, 10. vixit, imperante Antonino Caracalla; nam Trimalchionis mathematicus dicitur Serapa in vnico Cod. Mſ. neque eſt

veriſimile, hic nomen verum interponi nominibus fictis. Vltimum argumentum, a ſordibus Antoniniani ſeculi repetitum, iam ſupra remoui, cum demonſtrarem, has non eſſe ſordes ſeculi recentioris, ſed plebeiorum et ſemi-graecorum hominum idiotismos.

Iam vero, quia inprimis propter horum frequentiam, Fragmentum Tragur. in ſuſpicionem eſt adductum, non abs re erit, de eo pauca diſputare. Illud quidem Tragurii in Dalmatia, in Nicolai Cippici Bibliotheca, ſub annum 1662, in Codice, Catulli, Tibulli et Propertii exemplaribus nobili, repertum, primum Patauii 1664 Paullus Frambottus edidit non ſine mendis pluribus. Hoc cum ſpurium eſſe, ſtatim contenderent Hadr. Valeſius et Chriſtophorus Wagenſeil, eius defenſionem ſuſcepit Marinus Statilius, i. e. ex opinione Ryckii ad Tac. Annal. l. 16, 19. 4. Stephanus Gradius, vel potius Petrus Petitus, teſtante Claudio Nicuſio in Ep. de obitu et ſcriptis iſtius viri. Certe non editorem fraudis reum eſſe, apparet ex nota, Codici Mſ. adiecta, in qua docetur, eum anno 1423 exaratum eſſe: idem confirmare chartae genus, formam et characterem latinum, auctores ſunt illi, qui eum, Romam translatum, viderunt. Neque librarium, qui ante tria et dimidium amplius ſeculum, iſtum Cod. deſcripſit, fingendo fragmento, tam eleganter ſcripto, parem fuiſſe, interpunctio praeter ſenſum poſita, imperitiam linguae latinae prodens, indicat.

Olim

Olim etiam plura huius fragmenti exemplaria extitiſſe, ex variis lectionibus, in margine notatis, fortaſſe colligi poſſit. Denique illud etſi in Cod. Mſ. nomen Petronii non habet praefixum, eius tamen argumentum euincit, illud eſſe genuinum. Locus enim Io. Sarisberienſis l. 8, 7. ad c. 37, 6. *n.* a nobis commemoratus, indicat, in Petronio olim c. 49, 10. extitiſſe; etiam ſingulae Petronii ſententiae, ab excerptore quodam olim collectae, et c. 82, 6-12. a nobis exhibitae, in hoc Codice loco aptiſſimo repoſitae reperiuntur, quas non ficto fragmento per fraudem eſſe inſertas, inde ſuſpicari licet, quod ſententia vltima non eſt intexta. Praeterea ex eo, quod in hoc fragmento loco ſuo poſita reperiuntur ea capita, quae in antiquis Edd. non ſatis cohaerent cum ſuperioribus, ſcil. c. 27 - 37. equidem collegerim, hoc fragmentum eſſe genuinum; praeſertim cum meliores adeo in iis lectiones offerantur ab hoc Cod. quam ab aliis; vnde etſi quidam ſuſpicionem hauſerunt, quaſi in iſtis lectionibus eſſet figmenti indicium, equidem tamen maiore iure Codicis, ex quo hoc fragmentum eſt deſcriptum, bonitatem elucere, arbitror; quia ante tria, et quod excurrit, ſecula, qui emendare poſſet adeo feliciter iſta loca, reperiebatur nemo. Denique terſa et elegans oratio, qua etiam in hoc fragmento vtitur Encolpius, eſt indicio, hoc eſſe verum Petronii opus. Neque ſordes iſtae, quas dicunt, in eo nimis mul-

multas eſſe, illud ſuſpectum reddunt; cauſſam enim, cur hic plures plebeiorum idiotismi et graecismi offendantur, eſſe hanc, quod plures liberti, homines plebeii et ſemi-graeci in coena Trimalchionis colloquantur, quam in aliis locis, facile intelligitur. Quos vero in rebus, in hoc fragm. expoſitis, quidam detexiſſe ſibi videntur ſcrupulos, illos legitima ſingulorum locorum interpretatione eſſe ſublatos, nunc fere conſentiunt viri docti. Hinc non dubitaui hoc fragmentum iisdem, quibus reliqua capita, literis expreſſum exhibere.

Alia eſt ratio fragmentorum, a Nodotio ex Codice, vt ait, an. 1688 Albae Graecae reperto, vulgatorum. Dicitur quidem hic Codex a quodam Du Pin deſcriptus, Francofurtum ad mercatorem anonymum perlatus, et ab hoc in Galliam ad Nodotium transmiſſus: ſed hanc narrationem fidem non mereri, inde apparet, quod ipſe Codex, inſpiciendus et examinandus, nullibi eſt propoſitus. Fraudem autem penitus prodit genus ſcribendi, a vera latinitate et elegantia alienum, et barbarismis, nominatim gallicismis, etiam in iis locis, vbi Encolpius loquitur, refertum; denique morum Romanorum cum Gallicis confuſio ſubinde elucens. Exemplis luculentis hoc demonſtrauit Burmannus; nos ipſa ſupplementa edidimus, quibus vel inſpiciendis elegantia linguae latinae imbutus, ea ſuppoſita eſſe, ſibi perſuadebit.

Reſtat,

Reſtat, vt, quid in hac Editione nobis propoſitum fuerit, exponamus. Ex occaſione eius adornandae nobis oblata diuinari poteſt, et Editionis Lipſienſis, cui haec ſuccedit, et Burmannianae rationem habendam fuiſſe. Hinc non ſolum textus libri ſatyricon cum Fragmento Traguriano ex Editione Burm. ſed etiam ſupplementa Nodotii, ex editione ſuperiore Lipſienſi, exhibenda videbantur; ita tamen, vt ea et literis Italicis diſtingueremus, et vncinis disiungeremus, ne mora obiiceretur illi, qui Petronii ſolius opus legere decreuiſſet. Putabam autem, ſpatium illud exiguum quemlibet lubenter condonaturum eſſe commoditati, pro lubitu inſpiciendi ea ſupplementa, quae tantam, cum prodirent, auctoritatem ſunt conſecuta, vt duabus Academiis Gallicis, Nemauſenſi et Arelatenſi, probarentur. Certe eorum repetitionem conſilium editionis Lipſienſis repetendae requirebat, cui etiam, tota enim erat Nodotiana, hoc dedimus, vt ſub textu genuino lectiones Nodotii, atque earum fontes, indicaremus; idque eo impunius fieri poterat, cum haec Editio non deſtinata ſit iuuenibus, quorum ſenſus elegantiae corrumpi poſſit legendis Nodotianis. Etenim etſi non putem, ex hoc libro apparere, Petronium ſuae aetatis mores prauos probaſſe, eumque orationis obſcoenitatem ſectatum eſſe, cum contra obſcoeniſſima quaeque verbis honeſtiſſimis expreſſa reperiantur: tamen veritus, ne elegantiſſimae deſcriptiones nequitiae iſtius iuuenum libidinem

accen-

accendere poſſent, ſemper exiſtimaui, eos a lectione eiusmodi librorum eſſe auocandos. Duplex vero genus virorum in hac editione reſpexi; nimirum et eos, qui literarum humaniorum amantes, claſſicos auctores legere ſolent, nec tamen linguae latinae, et reliqua interpretationis praeſidia, ita habent in promtu, vt nullo monitore egeant, quorum quidem numerum in dies magis magisque auctum iri, ſperare licet, cum Rex, artium liberalium amantiſſimus, ad auctores claſſicos legendos adhortetur ingenuos quosque. Quo latius vero pateret huius editionis vtilitas, eorum etiam rationem habui, qui artis criticae, et literarum humaniorum peritiſſimi, ſaltem ad vſum quotidianum requirere videbantur editionem, Burmannianae mole commodiorem. Vtrumque genus quia iure ſuo poſtulare poterat textum correctum, recenſionem Burmanni, non interpolatam a Reiskio, ſecutus ſum: eique acquieſcendum putaſſem, ſi mihi cum tironibus res eſſet, non cum viris, quibus conſtaret, Burmannum in recenſendo textu paullo inconſtantiorem fuiſſe. Horum igitur cauſſa recenſionem hanc refingendam putaui, vbi verba, in textu relicta, ſenſum vel plane nullum, vti in multis locis fragmenti Trag. vel non commodum admitterent, aut non accommodata eſſent metri et grammatices praeceptis, aut perſonae loquentis; indicatis tamen vbique Burmanni aliorumque lectionibus, etiam coniecturis, vt nemini, hac editione vtenti,

vtenti, confidendum eſſet meo qualicunque iudicio, quod ne mihi quidem ſemper ſatisfecit in iis locis, in quibus mihi, probabilibus lectionibus deſtituto, oblatae a viris doctis coniecturae, a literis textus nimium recedentes, neceſſitatem, alias, literis textus propiores, excogitandi, imponerent. Quo facilius vero intelligentes iudicare poſſent, quid praeſtitum ſit hucusque a criticis, equidem vbique notaui omnes eas lectiones, quae in Ed. Burm. vel ex Codd. vel ex Edd. vett. eſſent allatae, easque auxi ſubinde ex Ed. prima Petronii, beneuole mecum communicata opera Henkii Ven. ex Bibliotheca Helmſtadienſi, ex Ed. Plantiniana, e Cod. a Sambuco expreſſa, qua Burmannus vti non potuit, mihique vt vti liceret, effecit Schwabii, Prof. Phil. apud Lipſienſes Cel. beneuolentia, denique ex vtroque Cod. Trag. fragmento, quod 1670 Amſtelodami typis Ioannis Blaev prodiit ex antiquo Cod. Trag. Romae fideliter exſcripto, cuius adeo vitioſas lectiones interdum indicaui, vbi in iis anſa verioris poſſet ineſſe. Carminis vero de bello ciuili, aliorumque varietates, ſuppleui ex Editione Hermanni Buſchii, Lipſiae per Iac. Thanner 1508 excuſa, quam mihi ſuppeditauit Zeunius, mihi amiciſſimus, qui etiam ſuis conſiliis et aliis praeſidiis, in hac editione adornanda, me adiuuit, et ex P. Virgilii Maronis appendice, curante Fridr. Lindenbruch ex officina Plantiniana, 1595 emiſſa. Praeterea in toto libro ſatyricon, ſi quas offenderem lectiones et coniecturas, a

Burm.

Burm. neglectas, eas ex editionis Lottichianae appendice, et ex Helenopolitanae, 1610 vulgatae, notis et obſeruationibus excerpſi. Reliquis, quarum copia mihi fuit, editionibus vti mihi licuit, vbi neceſſe eſſet, ad confirmandas lectiones vulgatas. Haec vero praeſidia mihi non ſolum profuerunt ad varietatem lectionis congerendam, ſed etiam ad lectiones veteres in textum reuocandas, vbi eas Burmanni aliorumque audacia temere eiectas viderem. Conf. v. c. 1, 3. 2, 7. 5, 2. 16, 2. 17, 4. Nec coniecturarum immenſam fere ſegetem augere dubitaui; nam praeter eas, quae in Ed. Lottich. appendice in Ed. Helenop. Hadr. et Boſch. reperiuntur, quas plerasque iam notauit Burm. equidem coniecturas Reiskii, non ſolum Editionis Burmannianae alterius textui, vel notis inſertas, ſed etiam in Miſcell. Lipſ. Volum. VI. P. I. V. P. I. V. P. III. V. P. IV. V. in libello animaduerſionum ad alteram Ed. Burm. Petron. paſſim propoſitas, in vſum meum conuerti. Atque adeo me harum quasdam recepiſſe, cum contextui aptiores, et literis textus propiores, reliquorum virorum doctorum emendationibus eſſent, adhibito tamen ſaepe aliquo temperamento, apparebit conferenti c. 38, 13. 15. c. 46, 7. 52, 11. etc. Excerpſi etiam Trilleri, Senis iam Ven. coniecturas, ex obſeruationum criticarum in varios graecos et lat. auctores libris, Francof. ad Moenum 1742. editis, quarum duas, quae ipſi eodem, quo Reiskio, tempore, in mentem venerant,

c. 46,

c. 46, 3. et 7. et vnam Reiskii coniecturae, quamquam fere ſimili, praeferendam, 44, 18. aliam a reliquorum emendationibus plane diuerſam, c. 45, 9. in textu reſcripſiſſe, me non poenitet. Etiam Cruſius, olim Prof. Eloquentiae in hac Academia, in Probabilibus Criticis 1753. Lipſiae editis, mihi obtulit coniecturas, quarum quaedam dignae mihi ſunt viſae, quibus textum emendarem. Vid. c. 73, 2. et 102, 14. Atque adeo Winkelmanni iudicium de pulchritudine exquiſitum, mihi ſuppeditauit emendationem non contemnendam c. 126, 15. Memini quoque, me quasdam correctiones Gesneri ex Theſauro excerpſiſſe, atque vnam textui inſeruiſſe c. 17, 2. Notaui denique, ex nouiſſima et praeclariſſima Editione Velleii Paterculi, coniecturam elegantiſſimam Ruhnkenii Cel. c. 101, 4 *n*. Tot et tantorum virorum coniecturis exornatam Editionem cum nollem meis onerare: eas, quae forte mihi ſuccurrerent, opprimendas cenſui, niſi dubitarem de lectione textus ea, cuius mutandae ſummam neceſſitatem non poſſem demonſtrare. Vnam tamen, quam oppreſſiſſe me poenituit, quia locum relegenti facilitate ſua magnopere ſe mihi commendabat, vel nunc viris eruditis examinandam propono. Veniebat nimirum in mentem 71, 11. pro *vnam* ſubſtituendum eſſe *vrnam*. Meis vero coniecturis etſi non multum tribuere decreueram, quasdam tamen vt reciperem, in primis in contextum eius fragmenti, quod in vno Codice Trag. extat, ad-

egit me cupiditas, exhibendi textum, qui vbique poſſet intelligi, nec tamen nimis recederet a literis Codd. Conf. 30, 1. 43, 8. 44, 8. 45. 6. 46, 4. 53, 12. 63, 3. etc. In notis criticis vero non ſolum indicaui lectiones varias atque coniecturas, ſed etiam lectionis, vel coniecturae receptae rationem reddidi, et eorum cauſſa qui aliquo monitore egerent, explicationes adſperſi: in aliis etiam ſeriem orationis demonſtraui, vel, ſi qua loca illuſtratione ex hiſtoria, vel antiquitatibus egerent, copioſiore, quam quae poſſet Indici ſeruari, eam exhibui. Harum notarum pleraeque, vt vel ex conſilio huius editionis colligi poteſt, ex variorum virorum doctorum Commentariis, a Burmanno expreſſis, excerptae ſunt: quaedam tamen acceſſere ex Reiskii, Trilleri, Cruſii, Winkelmanni, Leſſingii, aliorumque recentiorum libris, vel ſupra, vel loco ſuo commemoratis; quibus nouum ornamentum conciliatum eſſe huic editioni, arbitror. Ab his ſi quis locus eſſet neglectus, etiam meas qualescunque obſeruationes adieci. Argumenta capitibus ſingulis praemiſi, quo facilius iis percurrendis, qui vellet, totius fabulae deſcriptionem, et narrationis ſeriem cognoſcere poſſet. Perſonarum loquentium nomina malui cum editore Lipſienſi, parentheſi incluſa, in textum referre, quam cum Burmanno ei ſubiicere, quia prius legentium commoditati eſt aptius. Denique paragraphos numeris diſtinxi, ad inueniendorum locorum facilitatem augendam. In fragmen-

mentis, quae deerant in Editione Lipſienſi ſuperiore, edendis ex Burmanni Editione, eadem ratione, iisdemque praeſidiis, quibus in libro ſatyricon, vſus ſum; eademque commoditatis cauſſa numeraui. De Indice conficiendo cum cogitarem, primum quidem dubitaui, an ſingulae materiae ſingulis indicibus eſſent mandandae? Sed quamquam ſubtilitas philoſophica, et virorum magnorum auctoritas, hoc ſuadere videbatur; illam tamen, cum experientia doctus ſcirem, quam moleſtum ſit interdum, vnius loci cauſſa plures Indices euoluere, quaerentium commoditati condonaui, omnibus in vnum Indicem collatis. Hic vero vt variorum Indicum bona coniuncta haberet, primo ei dedi tantam amplitudinem, vt, quaſi promtuarium, adiumento eſſe poſſet iis, qui vellent loca Petronii, atque res, ab eo tractatas, quaerere; quo adminiculo quantopere vel ii egeant, qui libris obſeruationum vtantur, in quibus frequens Petronii mentio iniicitur, capitum numero non appoſito, expertus ſcio. Quia autem non omnia verba poteram in Indicem referre, nolim eum, qui non primum quodque ſingularum enunciationum verbum repererit, de toto loco inueniendo deſperare. Verum cum non minorem vtilitatem habeant illi Indices, in quibus eiusdem verbi ſignificationes ordine, rerum naturae aptiſſimo, proponuntur, et, vbi opus eſt, explicantur: verba difficiliora, in notis non explicata, paucis verbis interpretatus ſum, atque ſingulas

phraſes eo ordine collocaui, vt altera alteri lucem affunderet. Denique quia operae pretium videbatur, Petronii idiotismos praecipuos vno quaſi intuitu conſpiciendos proponere, appendicem addidi. Catalogum Codd. Mſſ. non potui ſubiicere, deſtitutus quibusdam Editionibus antiquis, ex Codd. expreſſis. Recenſionem Editionum ex Burmanniana et Fabriciana concinnaui, adſperſis meis qualibuscunque obſervationibus. Ex his qui intellexerint, me nullum certe laborem ſubterfugiſſe, quo poſſet haec editio vtrique generi virorum, quibus eſt deſtinata, accommodari, facile mihi ignoſcent, ſiquidem in vna aut altera re ipſis non plane ſatisfecero. Certe eorum, qui in eodem genere elaborarint, aequitati non habeo, quod diffidam. Scripſi in Academia Vitebergenſi, Calendis Auguſti cIↄIↄCCLXXXI.

RECEN-

# RECENSIO EDITIONVM PETRONII.

Prima omnium Editio prodiit Venetiis anno 1499. 4. per Bernardinum Venetum de Vitalibus; ea habet multas lacunas, a nobis in notis notatas, multas vero etiam probas lectiones, quibus diligentius vſi ſumus. Mediolanenſis, cuius nota quaedam Goldaſti, prolegominis p. 14. Ed. Helenop. 1610. adiecta, meminiſſe videtur, cum commemoret exemplar Mediolanenſe, quod Reginaldi Chalderii et Germanicam editionem praeceſſerit, quo anno prodierit, cum Burmanno ignoro; atque adeo ſuſpicor, Goldaſtum Ed. Venetam in animo habuiſſe. Sed anno proxime ſequente Lipſiae per Iacobum Thanner, curante Hermanno Buſchio, et Satyricon, et carmen de bello ciuili 4. ſeparatim eſt recuſum: nec tamen, ſi coniicere licet ex carminis iſtius Ed. 1508. repetita, (cuius ſiue varias lectiones, ſiue coniecturas in textum receptas, quas Burmannus, cui eius copia non fuit, indicare non potuit, in notis exhibui,) haec mera eſt editionis Venetae repetitio. Hanc excepit Pariſienſis, anno 1520. a Reginaldo Chalderio curata, quae expreſſa eſt, teſtante typographo, ad vnicum exemplar, non Mediolanenſe, vt Goldaſtus coniicit, ſed ad Cod. Mſ. vt Sambucus in praef. editionis ſuae diſerte dicit. Haec ſuperioribus

certe non melior eſt, ſi fidem habere licet Sambuco, qui, nullam lineam ſine mendis et defectu eſſe, affirmat. Hic vero vir doctus, a Pulmanno impulſus, auctiorem, vt patebit noſtras notas conferenti, adornauit editionem ex Codice ſuo, quae prodiit 1565. 8. Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini. Ea Codicis auctoritatem habere poteſt, quia, quoties Sambucus aliam lectionem dedit, Codicis lectionem indicat in notis, margini hoc potiſſimum conſilio adſperſis; in ea vero ineſſe varietates optimas, patebit ex notis, vbi eas diligentius, quam in Ed. Burmanni, eius vſu deſtituti, fieri poterat, indicauimus. Ea quidem finitur iisdem, quibus Ed. Ven. verbis, vid. c. 131, 9. 10. ſubiecta autem habet quaedam Petronii fragmenta, hinc inde collecta ex Henrici Memmii Cod. vet. et loca quaedam ex Ammian. l. 30. Lanctantio etc. ob argumenti ſimilitudinem addita. Draudius in Bibliotheca Claſſica, anno 1574. Commelianis typis eundem Codicem ex Bibliotheca Pulmanni prodiiſſe, affirmat. Certius conſtat, Ioannem Tornaeſium, typographum Lugdunenſem, adiutum opera Dionyſii Lebei-Batilii, an. 1575. 12. Petronium recenſuiſſe ex libris quatuor editis, et duobus ſcriptis Cuiacii et Dalecampii, vt a Goldaſto in ſylloge annotationum p. 99. traditur, (quorum alterum Erici Memmii fuiſſe, neſcio, vnde, ſuſpicatur Burmannus,) eique libellum variarum lectionum adiunxiſſe; cuius copiam mihi fecit Ed. Helenopolitana. Huic ſucceſſit an. 1585. 8. vti in Bibliotheca Fabricii narratur, et a Burmanno, qui tali editione vſus eſt, affirmatur editio Lugdunenſis Bata-

Batauica Ioannis Paetſii, eodemque anno Pariſienſis eiusdem formae, cui vtrique Iani Douſae Patris praecidaneorum in Petronium libri tres, Lugd. Bat. 1583. 8. ſeparatim editi, erant adiuncti. Secuta eſt an. 1587. 12. editio Pariſienſis Mamerti Patiſſonii cum notis et collectaneis, nitidiſſima, ſuperioribus emendatior, aucta quoque ex Codice, vt videtur, Pithoei, qui pleniorem ſe habuiſſe, teſtatur l. 1. lect. ſubſeciv. c. 2. adiectae ſunt notae Richardi Biturigis, et Spicilegium Dupeyratii. Anno 1595. vel, ſi inſcriptionem ſequamur, 96. Wouwerius edidit Petronium forma minore Lugduni Batauorum: eaque repetita eſt 1604. et 23. ibidem, et 1624. Amſtelodami eadem forma. Additae ſunt notae eruditae, et catalogus lectionum variarum repetitus eſt ex ſuperioribus editionibus. Statim poſt primam Wouwerii editionem, ſcil. an. 1601. 12. Petronius prodiit ex officina Chriſtophori Beys, cum notis Pithoeorum et Douſae, atque veterum poëtarum catalectis. Horum plerorumque ſymbolas ad Petronium Erhardus, i. e. Goldaſtus, vt apparet ex carminibus praemiſſis, quibus Pareus et Arthuſius huic viro docto hanc editionem gratulantur, vno volumine coniunxit, in quo ſatyricon, cum Petroniorum fragmentis, denuo recenſuit ex Codice membranaceo Bongarſii optimae notae, ſed iam Pithoeis viſo, ex chartaceo inde expreſſo, ex chartaceo carminis de bello ciuili, depromto ex Bibliotheca Paulli Stephani, et pluribus editionibus. Haec editio aucta eſt quibusdam notis et caſtigationibus, ad id tempus ineditis, vt ſymbolis ipſius Erhardi, quas Goldaſti eſſe, Burm. probat ex

collectaneis huius viri docti, quae, in Bibliotheca Bremenſi etiam nunc ſeruata, non ſolum omnia haec, ſed plura etiam ad Petronium notata continent. Primum quidem ea prodiit Helenopoli, i. e. Francofurti, 1610. 8. ea autem repetita eſt Lugduni 1618. apud Frellonium, Francofurti 1621. in officina Wechel. et Geneuae, curante Thoma Iuges, 1629. 4. Nec temere ea inter pleniſſimas et vtiliſſimas eſt habita. Nouam poſtea editionem dedit Io. Bourdelotius, cum notis eruditis et gloſſario, Pariſ. 1618. et 1645. 12. in Belgio vero 1663. 12. a Rutgero Hermanide eadem eſt repetita, nec tamen ſatis fideliter, vt ſuſpicatur Burmannus, qui ea vſus eſt. Sed haec ipſa Bourdelotii editio interpolata, recuſa eſt 1677. 12. Pariſiis. Annus 1629. in eadem vrbe, ſcil. Francofurti, produxit duas editiones; quarum prima Lottichiana 4. magnum, at inutilem commentarium, quem compilauit editor ex vulgaribus Lexicis; ſed etiam notas Braſſicani, Memmii, Delbenii, Puteani, Bongarſii, Patiſſonii, Pithoei vtiliſſimas altero volumine complectitur; ſecunda, ex editione Pariſienſi 1595. 4. ſed charta minore, repetita, quibusdam ex ingenio Gonſalii de Salas mutatis, cum eiusdem commentario erudito, et Scioppii ſymbolis criticis prodiit. Anno vero 1654. 8. Simon Abbes Gabbema Traiecti ad Rhenum edidit Petronium, cum notis ſelectis variorum et praeludiis, nihil vero noui boni addidit. Hadrianides etiam poſteriorem eiusdem viri editionem commemorat, Iam vero, anno 1664. exeunte, ex Codice

dice Traguriensi Mſ. anno 1662. reperto, Patauii prodiit illud fragmentum, quod coenam Trimalchionis continet, non ſine mendis: idque recuſum eſt Pariſiis anno eodem 8. praefixo iudicio de genere eius dicendi; deinde 1665. 8. Vpſaliae a Scheffero, et 1666. 8. Lipſiae cum epicriſi et ſcholiis Th. Reineſii, additis ex Ed. Vpſalienſi Schefferi notis, editum eſt: vtraque editio ex Patauina fluxit, paucis ex coniectura emendatis; ab ea paullulum recedit editio Chriſtiani Arnoldi, Norimbergae 1667. 8. vulgata cum iudiciis virorum doctorum. At an. 1668. et 69. ex ipſo Mſ. Romam miſſo, noua recenſione inſtituta a Io. Lucio Delmata, iterum hoc fragmentum, praemiſſis fragmentis ſatyricon ex eodem Codice Trag. recuſum eſt tanta cum religione, vt omnes MSi apices redderentur; quod exemplar eadem cum diligentia typis ſuis expreſſit Io. Blaeuius, Amſtelod. 1670. 8. Denique hoc fragmentum, ſuo loco inſertum, edidit Mich. Hadrianides in Ed. Amſtelod. 1669. 8. typis Blaev. emiſſa, cum commentariis et notis virorum doctorum: in qua editione praeſtantiſſima et elegantiſſima adornanda, vir doctus vſus eſt editionibus Gabbemae, collatis in locis difficilioribus nouem editionibus, et binis MSis, ſcil. Iani Douſae et Mſ. Trag. Poſt hunc minima forma Petronium edidit Ioh. Boſchius, Amſtelodami 1677. cum paucis notis, ſed notatu dignis, quia pleraſque familiari ſermone a Nicolao Heinſio excepit; in ea adornanda vſus eſt editione Tornaeſiana 1675. ſex exemplarium ope procurata, ad cuius oram trium Codd.

Mſſ.

Mſſ. collationes notauerat Douſa, Pater, ſcil. Memmii, Pithoei, et veteris cuiusdam, deinde editione Paetiana, in qua non nullas veteris ſcripti exemplaris varietates notauerat Ianus Douſa, Filius, porro Codice, manu Ioſephi Scaligeri ex optimo Cuiacii illo deſcripto, cuius margini varias aliorum duorum veterum lectiones adſcripſerat vir ſummus, viginti denique editionibus. Haec quidem eſt repetita an. 1700. Amſtelodami, forma minima, apud Io. Molters, ſupplementis Nodotianis, ac Reineſii et Schefferi notis, adiectis; non ſine multis typographorum mendis. Pariſiis vero 1693. 12. Franciſcus Nodotius edidit integrum Petronium, ex Cod. an. 1688. Albae Graecae, vt ait, reperto; quae editio 8. eſt recuſa Roterodami eodem anno. Eadem ſaepius prodiit, textu tamen veteri ſubinde mutato, cum verſione franco-gallica, vt Pariſiis 1694, 8. 1709. 1713. etc. Ienae 1700. editus eſt Petronius, ab omni obſcoenitate liberatus, i. e. caſtratus; in hac editione etiam ratio habetur ſupplementorum Nodotianorum. Accuratiſſimam et praeſtantiſſimam procul dubio editionem curauit Petrus Burmannus, vir de pluribus auctoribus edendis multis nominibus meritus: quae quidem primo prodiit Vltraiecti 1709. 4. cum integris doctorum virorum commentariis, et notis Nic. Heinſii, Goeſii, et Cuperi quibusdam, antea ineditis. Textum recenſuit vir ſummus more ſuo paullo inconſtantius; in locis iis, quorum varietates ex Codicibus Mſſ. pluribus extant, coniecturis editorum in textu re-

lictis,

lictis, vbi lectiones Codd. non viderentur contemnendae, contra vero in Fragmento Trag. ex vno tantum Cod. expreſſo, nullis fere coniecturis admiſſis. Haec editio cum praeter ea, quae inſunt in Ed. Helenopolitana et Lotichiana, etiam Gonſalii commentarium, varias diſſertationes, praefationes et notas ipſius Burmanni eruditas contineret: iure meritoque pro optima atque locupletiſſima, ſtatim ab initio eſt habita. Nihilominus tamen ea eſt aucta, cum iteraretur an. 1743. 4. Amſtelaedami; in ea enim Burmannus addidit notas Dupeyratii, Pariſiis 1587. typis impreſſas, Bourdelotii et Reineſii animaduerſiones, atque ſuas auxit, etiam varias lectiones ex collationibus Edd. et Codd. nominatim Colbertini, Leidenſis, ad cuius oram Scaliger varia annotauerat, Voſſiani, Memmiani et al. quorum varietates Editioni Tornaeſianae adſcriptas reperiebat, nouas adiecit. Textui autem huius Ed. accidit caſus plane inauditus. Nimirum Reiskius, qui munus vitia operarum emendandi ſuſceperat, ingenio ſuo in textu ipſo corrigendo ita indulſit, vt haec recenſio, non, niſi in paginis prioribus, quas, vti vir doctus in Miſc. Lipſ. Vol. VI. P. I. V. teſtatur, Burmannus fere vsque ad 110. ipſe inſpexit et probauit, poſſit dici Burmanniana. Huic tamen confuſioni vtcunque mederi conatus eſt Reiskius, et Burmanni filius, indicibus iſtarum mutationum additis. Vltima Petronii editio vulgata eſt Lipſiae a patre Fritſchii noſtri 1731. cum fragmentis Albae Graecae 1688. recuperatis, ſine omnibus notis. Iam in praefatione quidem collata dicitur in ea recen-

ſenda

ſenda Burmanniana editio; ſed textum cum ea conferenti apparebit, in ea recenſionis Burmannianae, quae in Bibliotheca Fabricii ei tribuitur, nullum veſtigium reperiri; verum in ea ineſſe, vti iam Zeunius noſter in Introductione in linguam latinam obſeruauit, recenſionem Nodotianam, hauſtam ex Editione Roterodamenſi, ſi a paucis verbis, quae mutata reperi, et in notis notaui, diſceſſeris.

# TITI PETRONII ARBITRI, EQVITIS ROMANI, SATYRICON.

(ENCOLPIVS)

*Iam dudum, quae mihi acciderunt, vobis ita narrare pollicitus ſum, vt hodie promiſſis ſtare decreverim: nobis, ad ſcientias non ſolum explicandas, ſed etiam ad hilaria colloquia, fabulis iucundioribus animanda,*

Titi Petronii Arbitri] Hoc verum eſſe auctoris nomen, ex *Plin. hiſt. nat.* 37, 7. et *Plutarch. de diſcr. am. et adul. Ed. Francof.* p. 60. apparet, vbi *Petronius* ille, quem hunc librum ſcripſiſſe, in Praef. euicimus, *Titus Petronius* dicitur. In quibusdam Edd. *C. Petron.* appellatur, ſolius *Taciti* (*Annal.* 16, 18.) auctoritate. Etenim in libris ſcriptis praenomen non videtur exhibitum; certe nec in *Cod. Trag.* nec in *Ed.* omnium prima, nec in *Plantiniana*, ex *Cod.* expreſſa, reperitur; neque commemoratur ab grammaticis aliisque ſcriptoribus veteribus, qui eum vel *Petronium*, vel *Arbitrum* nominant. Hinc nec de cognomine eius poteſt dubitari, ſiue illud a parentibus, ſiue a *Nerone*, ſiue a *Tacito*, qui l. c. eum *elegantiae arbitrum* appellat, acceperit; prima opinione probata, ſumi poſſit, *Annalium* ſcriptorem ad illud alluſiſſe.

Satyricon] Hic vel eſt *gen. plur.* vel *nom. ſing. graec.* Prius *Burmannus* praefert; quia et *Ouidii Metamorphoſeôn* et alii libri ſimili ratione inſcribuntur, atque hoc opus, in plura olim volumina digeſtum putatur. Hoc quidem confirmat *Cod. Trag.* inſcriptio: *Petronii Arbitri Satyri fragmenta ex libro quinto decimo et ſexto decimo:* incertum vero videtur, an hoc nomen ab ipſo auctore profectum ſit, cum hoc opus a ſcriptoribus veteribus ſolius auctoris, in *Petri Danielis* vetere *gloſſario Satyrarum*, in *Cod.* commemorato et in *Edd.* vetuſtiſ-

*manda, opportune congregatis. Fabricius Vejento de Religionis erroribus iam nunc ingenioſe locutus eſt, et detexit, quo doloſo vaticinandi furore Sacerdotes myſteria, illis ſaepe ignota, audacter publicant. Sed*]

## C A P. I.

***Rhetorum peruerſa iuuenes docendi ratio vituperatur.***

Num alio genere furiarum Declamatores inquietantur? qui clamant: Haec vulnera pro libertate publica excepi, hunc oculum pro vobis impendi: date mihi

ſimis *Petronii Arbitri Satyrici fragmentorum* nomine inſigniatur. Ceterum ſiue a *ſatyrorum* petulantia, ſiue a *lance ſatura*, i. e. variis ſrugum generibus plena, cui notationi fauet *Iuuenalis* (*ſat.* 1, 86.) ſatyrae circumlocutio: *noſtri farrago libelli:* hoc nomen ducatur, huic libro ſatis accommodatum eſt. Pertinet enim ad alterum ſatirae genus, quod, vt dicit *Quinct. Inſtit.* 10. 1, 95. *non ſola carminum varietate* (ſed etiam proſa oratione) *mixtum condidit Terentius Varro:* quae dicitur *ſatira Varronia* aut *Menippea*, a *Menippo*, quem *Varro* imitatus eſt. Huius rationem deſcripſit *Caſaubon. de ſatyr. Graec. poeſi* et *Rom. ſatira.*

Fabricius Vejento] His ex loco *Tac.* (*Ann.* 14, 50.) male intellecto, petitis, lacunam huius libri primam non adeo feliciter expleuit *Nodotius*. Quid enim hic ſibi vult verum nomen, cum reliqua omnia ſint ficta?

Num] *Cod. vet. Pariſ. Samb. Trag.* et *Edd. vett. Cum* exhibent. Quod vix poteſt ferri, quia non eſt veriſimile, ne ab enunciatione quidem integra ordiri haec fragmenta. Hinc quidam cum *Scriuerio* et *Lipſio Non*, plerique *Num*, *Nic. Heinſius Tum*, ſubſtituunt. *Num* quia efficacius eſt, ego etiam ſeruaui. Quia vero *alio* non habet, quo referatur, mihi, exiſtimanti, eum, qui *ſatyr.* excerpſerit a ſe vix impetrare potuiſſe, vt ex medio orationis contextu hunc locum eximeret, venit in mentem, forte legendum eſſe: *Nonne aliquo* etc. Cuiusmodi abruptum initium ſatyrae conuenit. Indicio eſt *Iuuen. ſat.* I. Quia vero vetuſtas atque blattae contextus rationem non habent, *Num alio* plane improbare non auſim.

Declamatores] Non temere vituperare *Petronium* rhetores, qui materias ſingebant, a veritate, certe ab vſu alieniſſimas, atque generi dicendi turgido diſcipulos aſſuefaciebant, ex *Dial. de orat.* c. 35. non longe poſt eius aetatem ſcripto, apparet. *Sequitur, vt materiae, abhorrenti a veritate, declamatio quoque adhibeatur; ſic fit, vt tyrannicidarum praemia, aut vitiatarum electiones, aut peſtilentiae remedia, aut inceſta matrum, aut quidquid in ſchola quotidie agitur, in foro vel raro, vel nunquam, ingentibus verbis perſequantur.* Idem docent exempla ab ipſo Petronio allata.

mihi ducem, qui me ducat ad liberos meos, nam ſuc-
ciſi poplites membra non ſuſtinent. Haec ipſa to- 2
lerabilia eſſent, ſi ad eloquentiam ituris viam facerent:
nunc, et rerum tumore, et ſententiarum vaniſſimo
ſtrepitu, hoc tantum proficiunt, vt, cum in forum
venerint, putent ſe in alium terrarum orbem delatos.
Et ideo ego adoleſcentulos exiſtimo in ſcholis ſtultiſſi- 3
mos fieri, quia nihil ex iis, quae in vſu habemus, aut
audiunt, aut vident; ſed piratas cum catenis in litore
ſtantes, ſed tyrannos edicta ſcribentes, quibus impe-
rent filiis, vt patrum ſuorum capita praecidant; ſed
reſponſa in peſtilentiam data, vt virgines tres aut plu-
res

§. 2. rerum tumore] *Verborum tumore Burm.* ait reperiri in quibusdam *Codd.* ſed pro lect. *vulg.* ſtant exempla allata, in quibus commemorantur *vulnera, poplites ſucciſi, piratarum catenae, tyranni, reſponſa in peſtilentiam data*, quibus non tam verborum, quam rerum inuſitatarum tumor, i. e. vana ſublimitatis ſpecies, vituperatur. *Cod. Trag.* exhibet *rerum humore*, quod *verbis humidis Gell.* 1, 15. vix poteſt defendi.

vaniſſimo ſtrepitu] *Douſa F.* mauult *inaniſſimo*: ſed lectio *Codd.* et *Edd. vett.* eſt aptior, ſi intelligamus ſententias vel praeter neceſſitatem ſolius vanitatis cauſſa additas, vel etiam falſas. In quarum abuſu peccaſſe iſtam aetatem, apparet ex *Quinct.* 8, 5. *quae* (ſententiae) *minus crebrae apud antiquos, noſtris temporibus modo carent.*

in alium terrarum orbem] Hoc accidit *Portio Latroni.* v. *Quinct.* 10, 5. *Sen. Praef.* l. 4. *Controu.*

§. 3. Et ideo ego] *ego* deeſt in *Cod. Memmiano*, vt c. 17, 7. *et ideo medicinam ſomno petii.* in *C. Colb.* g̊ ſcribitur, quod alibi *ergo* notat.

ex iis] *C. vet. ex aliis*; al. *ex his.*

piratas] Cf. *Sen. Controuerſ.* 1, 2.

ſed tyrannos] *ſed* reſtitui ex *C. Sambuci* et *Leidenſ.* pro *Ed. Burm.* lect. *et*, quia anaphorae ſtuduiſſe auctorem h. l docent omnes reliquae enunciationes, a *ſed* incipientes: etenim nec infra vnius *C. vet.* auctoritate *et mellitos* legendum eſt.

imperent] *C. Trag. increpent*, in margine rectius *imperent.* Hoc argumentum attingitur 9, 4. *Controuerſ. Sen.*

in peſtilentiam] Ita pro *Burm. peſtilentia* reſcripſi ex *C. Samb. Ed. Ven.* aliisque. Nam *in* ſignificare *contra*, ex *Sen.* aequalis *Petronii*, *ep.* 91. apparet, vbi *fortuna noſtras in nos manus aduocare* dicitur. Exempla ex aliis etiam antiquioribus ſcriptoribus proponit *Cruſ. Prob. Crit.* p. 7. Eadem lect. in *gloſſ. vet.* expreſſa eſt: *oraculi reſporſum in remedium epidemici mali.* Hoc argumentum fuiſſe declamationum, indicio eſt *Quinct. Declam.* 384.

res immolentur; ſed mellitos verborum globulos, et omnia dicta, factaque quaſi papauere et ſeſamo ſparſa.

## C A P. II.

*Ea enim a veterum diſciplina diuerſa corrupit eloquentiam et poeſin.*

Qui inter haec nutriuntur, non magis ſapere poſ-
2 ſunt, quam bene olere, qui in culina habitant. Pace
veſtra liceat dixiſſe, primi omnium eloquentiam perdidiſtis. Leuibus enim atque inanibus ſonis ludibria quae-

papauere] Quidam contra conſtantem *Codd.* auctoritatem *pipere* praeferunt temere. Nam *Acro* in *Hor. de A. poët. mel cum papauere mixtum* commemorat, et *Petron.* c. 31, 11 *glires melle* et *papauere ſparſos menſae apponit.*

ſeſamo] *Ed. prima* exhibet *ſanſuco* vel *ſampſucho*, quod herbam odoratam ſignificat. Sed *ſeſamo*, quod erat in *C. Samb.* et aliis, etiam in *C. Trag. ſeſanxo*, et in *C. vet.* a Puteano commemorati *ſiſamo* latet, a *Burm.* recte ſeruatur. *Graecos* enim eo olim ad condienda dulciaria vſos eſſe, ex *Hom. Batrochom.* v. 36. intelligitur, *Plautus* vero *ſeſamum* adeo iungit cum *papauere Poen.* I, 2. 112. *Obſecro hercle, vt mulſa loquitur! Mi. nihil niſi laterculos, ſeſamum, papaueremque, triticum et frictas nuces.* Metaphora autem a guſtu ad auditum translata: *dicta et facta quaſi papauere et ſeſamo ſparſa*, indicant verba et argumenta, a declamatoribus ſolius dulcedinis et ſuauitatis cauſſa delecta. Atque hac troporum audacia ipſorum rhetorum orationem imitatus videtur *Petronius.*

C. II. §. 1. inter haec] *C. vet. inter haec tantum.*

in culina] Haec eſt lect. *Ed. primae*, *Plantin. Tornaeſ. Douſ. al.* etiam *Cod. Samb.* et *Trag.* eandem *Sarisb. de Nug. Cur.* 3, 10. in loco, ex *Petronio* petito, exhibet. Neque ea eſt ſollicitanda auctoritate *C. Autiſiod.* qui *in soria* et *C. vet.* qui *in curia* habet, vnde *Salmaſius* effinxit *coriaria.* Qui enim neſcit, coquos pinguedine, fumo et vario ciborum vapore infectos, non adeo bene olere, eum hoc docere poteſt c. 70, 12. vbi *cocus, muria, condimentisque foetens*, commemoratur.

§. 2. primi omnium] *C. vet. primi eloqu. Edd.* quaedam *primi omnes, Ed. prima*, plures *aliae, C. Samb.* et *Trag. primi omnium* exhibent. Etiam *Quinct.* 2, 10. culpam corruptae eloquentiae in declamatores transfert. Atque huius corruptionis initium ſtatim poſt *Cic.* aetatem factum eſſe, docet *Sen. Praef.* I. *Controu.*

Leuibus] *Leuis ſonus* commode refertur ad *vaniſſimum ſtrepitum.* Hinc temere *Sambuc.* coniicit, *lenibus, Barthius laeuibus.*

quaedam excitando effeciſtis, vt corpus orationis eneruaretur, et caderet. Nondum iuuenes declamatio- 3
nibus continebantur, cum Sophocles atque Euripides inuenerunt verba, quibus deberent loqui. Non- 4
dum vmbraticus doctor ingenia deleuerat, cum Pindarus, nouemque Lyrici Homericis verſibus canere timuerunt. Et ne Poëtas quidem ad teſtimonium ci- 5
tem,

caderet] *Heinſ. areret* ex coniectura ſatis ingenioſa. *Cadere* tamen metaphorae, hic vſurpatae, melius conuenit; quia corpus *eneruatum* facile *cadit.*

§. 3. continebantur] *Rittershuſ.* corrigit *conterebantur; Suartius* proponit *contineabantur* (in tineas atque paedorem dabantur) vocabulum inauditum, vel *contendebantur.* Sed cum contineri ſignificet interdum *circumſcribi finibus* (vt *Caeſ. de bel. Gall.* I, 1. — *continetur Garumna flumine*) ſeruata lect. *Codd.* et *Edd. priorum*, ſenſus hic commodus prodit: Olim iuuenes non arctis ſcholarum limitibus circumſcripti, tenebantur.

atque Eurip.] Quia *aut*, quod in omnibus *Edd.* et *Codd.* etiam a *Burm.* exhibetur, propter *plural. inuenerunt* non poteſt ferri, hanc *Burm.* coniecturam in textum recipere, non dubitaui. *Heinſ. ac* mauult; ſed *atque*, ſequente vocali, praeſtat.

deberent] *C. vet. Puteani deberemus; Gloſſ. S. Dionyſii et Mſ. Tornaeſ. loqui debemus.*

§. 4. deleuerat] i. e. extinxerat. *Samb.* et *Rittersh.* coniicit *dolauerat; Anon. deleniuerat.*

nouemque] Nouem Lyrici cum *Pindaro* numerantur: *Pindarus, Anacreon, Bacchilides, Sappho, Steſichorus, Simonides, Ibycus, Alcaeus, Alcman. Quinct.* 10, 1. *Nouem vero Lyricorum longe Pindarus princeps.* Pati vero vſum loquendi, vt, principe alicuius collegii ſeparatim nominato, reliqui per totum numerum exprimantur, docet *Ouid. Metam.* 6, 72. *Bis ſex coeleſtes medio Ioue.*

canere] Vnus ex *Codd. Scaligeri* exhibet *tonere*, verbum *Varroni* vſitatum, cui tamen facile poſſit ſubſtitui *tonare*, huic loco ſatis aptum. Dicitur enim de oratione ſublimi atque graui. *Prop.* 3, 15. *Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat.*

timuerunt] C. M. *inueneruut*, Ian. Douſa in Mſc. ad ed. Torn. ſed hoc verb. ex loco ſuperiore huc translatum eſt. *Heinſ.* conii. *non timuerunt*, vel *ſuſtinuerunt*, quod mihi videbatur praeferendum, quia contextus requirit, vt non tam ſignificetur, quid poëtae iſti non potuerint aſſequi, ſed quid vere praeſtiterint; hac coniectura admiſſa, *verſus Homerici* eſſent *verſus*, *Homeri ſublimitatem aſſecuti;* dubitaui tamen eam recipere ſine *Codd.* auctoritate, cum lect. *vulg.* ſic poſſit explicari: *declamatores ingenia nondum oppreſſerant, quo tempore Lyrici, vero elegantiae ſenſu imbuti, poetae epici genus dicendi odis exprimere dubitarunt.*

§. 5. ne poetas quidem] *Ed. prima* et *C. Leid.* addit *ſolum; C. Samb.* pro *quidem* habet *ſolum*, quod eſt gloſſema.

tem, certe neque Platona, neque Demoſthenem ad
6 hoc genus exercitationis acceſſiſſe video. Grandis,
et, vt ita dicam, pudica oratio non eſt maculoſa, nec
7 turgida, ſed naturali pulchritudine exſurgit. Nuper ventoſa iſthaec et enormis loquacitas Athenas ex Aſia commigrauit, animoſque iuuenum ad magna ſurgentes, veluti peſtilenti quodam ſidere, adflauit, ſimulque corrupta eloquentiae regula ſtetit, et obmutuit.

certe] Deeſt in *Mſ. Torn. Aurat.* emendat *certum*, *Douſa* et *Scriuerius* malunt *certum eſt*. *Gronou.* 3. *Obſeru.* 9. praefert *ſcito*, quod amat *Petron.* (cf. c. 104, 1. 116, 6.) Hoc ego quidem malim recipere, quam ſumere cum *Voſſio*, (*de conſtruct.* c. 62.) *certe* cum *inf.* conſtrui. At *certum* vel *certum eſt* quia propius accedit ad literas textus, videretur praeferendum, ſi poſt *acceſſiſſe* cum *Edd. vett.* eſſet interpungendum. *Samb.* mauult: *neque Plato, neque Demoſthenes — acceſſiſſet.*

acceſſiſſe] *Exemplar Biturig. adſignes exc. exceſſiſſe.*

Video] Ex *et ideo*, quod *C. Memm. Leid. Bit. Trag. al.* habent, *video* effinxit *Turneb. Adu.* 19, 6. quae lect. propter facilitatem in omnibus iam *Edd.* eſt recepta. Poſſit tamen, qui *certum eſt*, vel *ſcito* paullo ante legerit, *et ideo* defendere, quo ſaepius vtitur *Petron.* vt c. 1, 3. vel quia in aliis *Codd.* quod patet ex *Ed. prima* et. *Plant. et iam* reperitur, cum *Sambuco nam*, aut, quod facilius etiam ex *et iam* poteſt effici, *etenim* ſubſtituere. Vtraque particula nexui orationis eſt accommodata. *Delben.* corrigendum putauit: *etiam grandes video et vt ita dicam.*

§. 6. Grandis et vt ita dicam] *C. Samb.* exhibet: *et iam grandis et ideo, vt ita dicam; Ed. prima: velut, vt ita dicam. Biturig. velut ita dicam.* At *et ideo* ante *vt* recte deletum eſt in *Edd.* rel. quia loco *et iam* ponendum erat, *velut* autem, quia verborum, *vt ita dicam*, gloſſema eſt.

oratio] ſcil. *Platonis* et *Demoſthenis.*

maculoſa] Vnus *C. maſcula; Biturig. maſculoſa*, hinc *Heinſ.* efficit *muſculoſa*, i. e. inaequalis, in qua eminent quaſi venae. At *maculoſa* recte opponitur *pudicae* orationi.

nec] C. Biturig. *ſed.*

§. 7. iſthaec] omittitur in *C. Samb. Colbert. Trag.* in *Ed. prima* et *al.*

commigrauit] *Tornaeſ. Mſ. emigrauit.*

animoſque] deeſt *que* in *Ed. prima*, *C. Samb.* et *Tr.*

ſurgentes] *C. Samb. ſurgens. Lipſ. vrgens. Scriuer. tangentes.*

ſimulque] *C. Samb.* et *Ed. pr. ſimulatque*, quod recte *ſimulque* correctum eſt, quia, quid introductum genus dicendi *Aſiaticum* ſit inſecutum, traditur. *Vet. Cod. Petr. Dan. C. Colb. Tr.* et *Edd.* plures *ſemelque* exhibent, non minus aptum, ſi *ſemel* explices *prorſus*.

corrupta eloquentiae regula ſtetit et obmutuit] Sic reſtitui hunc locum ex *C. Samb. Tr. al.* et *Ed. pr.* quia *ſtare* et *obmute-*

*ſcere*

mutuit. Quis poſtea ad ſummam Thucydidis, quis 8
Hyperidis ad famam proceſſit? Ac ne carmen quidem ſani coloris enituit: ſed omnia, quaſi eodem cibo paſta, non potuerunt vſque ad ſenectutem canеſcere. Pictura quoque non alium exitum fe- 9
cit, poſtquam Aegyptiorum audacia tam magnae artis

*ſcere* commode poteſt dici *regula*, ſi metaphoram, a ſideratione repetitam, continuari, ſumamus. *Burm.* edidit: *corruptae eloquentiae regula ſtetit et obtinuit*, quia inde a *Tiberii* tempore eloquentiae corruptae noua regula obſeruata ſit a *Scholaſticis*, et regula non poſſit obmuteſcere. *Aurat.* legendum putat: *incorrupta eloquentiae regula ſubſtitit; Chriſt. Pflugius, correpta; Iungermannus, ſimulque corruptâ eloquentiae regulâ ſtetit et obtinuit*, ſcil. *loquacitas. Cruſ. Prob. Crit.* p. 207. *corruptâ eloquentia regulâ ſtetit et obmutuit.* Sed *nom.* duobus *ablatiuis* interpoſitus hic durus videtur.

§. 8. Thucydidis] *C. Autiſiod. Thucidides*

coloris] *Barth.* coni. *caloris.*

eodem cibo paſta] *Heinſii* coniectura: *eodem tabo depaſta*, vel *eodem cibo farta* i. e. diſtenta, non eſt opus, *paſta* dicitur, vt §. 1. *nutriuntur.*

vsque ad] *Vsque* omittunt quidam. *Codd.*

Aegyptiorum] *Barth. aduerſ.* 13. 5. coniicit *glypticorum*, quia putat, glypticen picturam quaſi in nihilum redegiſſe, vel *gypſoplaſticorum*, quorum artem, exiſtimat, poſſe dici picturam compendiariam. Sed reliqui lect. *Aegyptiorum* ſeruant. Atque *Voſſius* quidem ad *Catull. Epith. Pel. et Thet.* intelligit illam picturam, qua *Iudaei* et *Aegyptii* fabuloſa animalia aulaeis illinebant; *Gonſalius* vero eam artem, quae vela medicamentis, colorem ſorbentibus, illita, et in cortinam pigmenti feruentis merſa, extrahit picta vario colore. Vid. *Plin.* 35, 11. *Burm.* arbitratur, hanc compendiariam artis fortaſſe ex *Plin.* illuſtrari poſſe, qui l. 35, 1. et paſſim, queritur, picturam marmoribus pulſam, quorum ſegmentis effigies rerum et animalium in operibus vermiculatis tum exprimebantur. *Winkelmannus* (in libro vernaculo, *Geſchichte der Kunſt des Alterthums* inſcripto P. 1. p. 238.) videtur ſibi obſeruaſſe, *Aegyptiorum* picturae hoc eſſe proprium, vt et in delineandis et in expingendis imaginibus tenuitatem prodat; atque hanc quidem rationem putat facile potuiſſe introduci apud *Romanos*, per frequentem *Petronii* tempore vſum idolorum Aegyptiacorum. Vocabulum *audacia* inprimis *Gonſalii* opinioni fauet, ſed *compendiaria*, vel breuior via, quae ducat ad hanc artem, videtur faciliorem aliquam pingendi rationem indicare; quam tribuit *Plin.* 35, 10. *Philoxeno*, quem ait *celeritatem praeceptoris ſecutum, breuiores quaſdam picturae vias, et compendiarias inueniſſe.* Haec pingendi facilitas ſi *Aegyptiacae* tenuitati iuncta fuit, *Winkelmanni* opinio non eſt ſpernenda. Audacia vero magna in eo inerat, quod tam difficilis artis tam facilis ratio reperiebatur.

artis compendiariam inuenit. [*Haec taliaque olim declamabam, cum Agamemnon nobis ſe admouit, et oculo curioſo inſpiciens, quem Conciones tam diligentius audiebant,*]

## C A P. III.

*Agamemnon rhetores excuſat, qui non poſſint non ſe accommodare auditorum ſtultitiae.*

Non eſt paſſus Agamemnon, me diutius declamare in porticu, quam ipſe in ſchola ſudauerat: ſed, Adoleſcens, inquit, (AGAMEMN.) quoniam ſermonem habes non publici ſaporis, et, quod rariſſimum eſt, amas bonam mentem, non fraudabo te arte ſecreta.
2 Minimum in his exercitationibus doctores peccant, qui neceſſe habent cum inſanientibus furere. Nam ni dixerint, quae adoleſcentuli probent, vt ait Cicero,
3 SOLI IN SCHOLIS RELINQVENTVR. Sicut ficti adulatores, cum coenas diuitum captant, nihil prius

compendiariam] *Aurat.* conii. *compendia iam. C. Trag.* habet *compendiariarum.*

Haec talia] Haec facile intelliguntur ex ſequentibus; fruſtra igitur a *Nodotio* ſunt addita.

C. III. §. 1. Non eſt paſſus] *eſt*, quod deſideratur in *Codd.* et *Edd. pr.* in *vulgg.* etiam *Burm. Ed.* recte additum eſt.

quam ipſe] *Wouw.* praeeunte *Putean.* malebat *qua ipſe.* At porticus non ipſa ſchola, ſed ante ſcholam erat, v. 6, 1. *Pflug.* corrigit: *quia ipſe in ſchola litigarat. C. vet. quae ipſe, Colb. quam et ipſe* exhibet. Sed lect. *quam ipſe*, quae eſt in *Codd.* plerisque, non eſt ſollicitanda.

in ſchola] Biturig. *ipſe etiam ſcolam fundauerat.*

bonam mentem] *Memm.* ſuſpicatus eſt, *bona* vel *bene monentem.*

arte ſecreta] al. *artis ſecreto.*

§. 2. Minimum] *C. Samb. Colb. Tr.* et *Edd. vett. Nimirum* habent; at *Douſa* rectius: *minimum*, aut nihil in his peccant doctores. *Nimium* maluit *Scriuerius*, quod contextus reſpuit. *Non mirum ſi, Iungermann.*

Nam ni] ſic praeeunte Hadrianide et Boſchio, edidi pro *qui*, quod habent *C. Samb. Tr.* et *Edd. vett.* idque facilius poteſt ferri, quam *improbent* pro *probent*, quod proponit *Aurat. Burm.* praeeunte Puteano et al. edidit *niſi*, quod longius recedit a *qui.*

Cicero] *Orat. pro Caecilio* c. 17.

prius meditantur, quam id, quod putant gratiſſimum auditoribus fore (nec enim aliter impetrabunt quod petunt, niſi quasdam inſidias auribus fecerint:) ſic 4
eloquentiae magiſter, niſi, tanquam piſcator, eam impoſuerit hamis eſcam, quam ſcierit appetituros eſſe piſciculos, ſine ſpe praedae moratur in ſcopulo.

## CAP. IV.

*Omnem culpam in parentes transfert.*

Quid ergo eſt? Parentes obiurgatione digni ſunt, qui nolunt liberos ſuos ſeuera lege proficere. Pri- 2
mum enim, ſicut omnia, ſpes quoque ſuas ambitioni donant: deinde, cum ad vota properant, cruda adhuc ſtudia in forum impellunt, et eloquentiam, qua nihil eſſe

quam id quod] *id* inuenitur in *C. Leid.* et *Tr.* atque etiam veteres iam ſic legerunt, auctore *Pithoeo. quam illud quod*, a *Thoma Hibernico* in *Floribus patrum* exhibetur.

§. 3. auditoribus] *auribus* reperitur in *C. vet.* quod eſt ſatis elegans, ſed ſuſpectum, quia ex parentheſi huc irrepſiſſe videtur.

nec enim] *non enim C. Leid. nam nec Thom. Hibernicus* exhibet.

petunt] *petant C. Colb.*

auribus] *auditoribus*, *Thom. Hibern.* habet; quod ex ſuperiore loco huc translatum eſt.

niſi — auribus fecerint] haec deſiderantur in *Edd. Tornaeſ.* et *al.* ſed plerique Codd. habent.

magiſter] *vet. C. magiſtri.*

eam impoſuerit] *C. Colb. eſcam imp. h. quam.*

piſciculos] *C. Autiſiod. diſcipulos*, quae eſt gloſſa.

moratur] *C. Biturig.* habet *moriatur*, *Autiſ. moritur*, i. e. vſque ad mortem permanet. *C. Tr. morabitur. Erhard* mauult *molitur*, ſcil. inſidias piſcibus.

C. IV. §. 1. digni ſunt] *ſunt* deeſt in *Codd.* et *Edd. vett.*

§. 2. ambitioni donant] Sic recte editum eſt a *Burm.* ſuadentibus *Codd.* et *Edd.* quibusdam *vett.* et vſu loquendi, v. *Ind.* Alii legunt *ambitione*, vt *C. Leid.* et *Tr.* atque exiſtimant, *donare* hic ſignificare *contemnere* atque ſenſum hunc eſſe, parentes ſpes ſuas, filiis debitas, proiicere. Sed haec interpretatio non magis mihi probatur, quam coniectura *Gruteri* (*ſuſpic.* 2, 10.) *ditant*, et *Barthii*, *domant*.

impellunt] Ita ex *C. Samb. Autiſ. Mſſ. Tornaeſ. C. Leid. Colb. Tr.* et *Edd. pr.* reſcripſi, pro *Burm.* et *Edd. vulgg. propellunt*, quod temere eſt ſubſtitutum, quoniam *impellere in caſum*, *mentem* etc. apud *Cic.* occurrunt.

qua] *Delben.* coniicit *et quia.*

eſſe maius confitentur, pueris induunt adhuc naſcen-
3 tibus. Quod ſi paterentur laborum gradus fieri, vt ſtudioſi iuuenes lectione ſeuera mitigarentur, ut ſapientiae praeceptis animos componerent, vt verba atroci ſtilo effoderent, vt, quod vellent imitari, diu audirent: ſibi nihil eſſet magnificum, quod pueris placeret; iam illa grandis oratio haberet maieſtatis ſuae

maius] *C. vet.* et *Tr.* et *Ed. pr. magis* exhibent; ſed tum cum *Aurat.* pro *eſſe* legendum eſſet *prodeſſe*. Rectius *maius* legitur a *Burm.* praeeunte Hadrianide et aliis, auctoritate *C. Samb.*

induunt] *Aurat.* mauult, *indunt; Barthius inducunt;* poteſt tamen lect. vulg. defendi, quia etiam *Quinct.* 1, 1. dicit: *falſam ſibi ſcientiae perſuaſionem induunt.*

adhuc naſcentibus] Malunt critici quidam *lactentibus*, aut *dentientibus*, aut *vagientibus*, aut *creſcentibus*, *Pontanus et Gruterus, paſcentibus.* Quidam *Codd.* habent *adhuc innocentibus.* Sed *naſcentibus*, quod meliores *Codd.* et *Edd.* exhibent, non eſt ſollicitandum; neque haec hyperbole eſt inaudita. *Cic.* enim *Ac. Quaeſt.* 2, 5. eadem vtitur: *Quodſi illi tum in nouis rebus quaſi modo naſcentes haeſitauerunt* etc.

§. 3. gradus] eosdem commendat *Seuerianus: veteres oratores legendi ſunt, et praeſentes audiendi, ſuper haec frequenter ſcribendum, agendum et declamandum.* Cf. *Dial. de Orat.* 29.

vt ſtudioſi] *vt* recte editum eſt a *Burm.* et aliis ex C. Samb. Trag. Mſ. Tornaeſ. ed. pr. et *al.* quia iam gradus laborum explicantur; *vt* hic repetitur, ſicut c. 1, 3. *ſed*, al. *et.*

ſtudioſi] *Barth.* mauult *furioſi.*

mitigarentur] *irrigarentur* reperitur in *C. Samb. Leid. Tr. Colb. al.* et *in Edd. vett. Autiſiod.* habet *inrigarentur;* ſed non videtur ferenda tropi huius audacia, quae maior ineſt, quam in v. *imbuere*, vſu ita frequentato, vt ne tropicum quidem videatur. Itaque critici non temere *mitigarentur* ſubſtituerunt, et recte ſeruauit *Burm.* quod, quam aptum ſit, v. in *Ind. Oeueringius* putat legendum *initiarentur.* Neque haec correctio mihi diſplicet propter ſequentia: *vt ſapientiae praeceptis animos componerent — vt — diu audirent.*

vt verba] *Gabbem.* coniicit *nec verba;* male.

atroci] *Barth. acriore* praeter neceſſitatem, v. *Ind.*

quod vellent] Impreſſi quidam, auctore *Putean. quem*, non male. *C. Memm. quam;* ſed plerique *Codd. quod* exhibent.

ſibi] *ibi Pflugius, ſibique* vel *vt ſibi* conii. *Erhard. iam ſibi* habent quaedam *Edd. vett.* quod non videtur ſpernendum, quia vel inde, quod *vt* ante *ſibi* non legitur, eſt probabile, hic incipere apodoſin; cuius altera enunciatio a *iam* orditur. Senſus vero hic eſt: *ipſis nihil puerile praeſtans videretur: ſed vere grandis oratio.*

placeret] Ita *Codd. vett.* quidam, *placent. Scriuerius, placuit.*

iam illa grandis] *C. Leid. iam grandis illa.*

ſuae pondus. Nunc pueri in ſcholis ludunt, iuuenes ridentur in foro; et, quod vtroque turpius eſt, quod quisque perperam didicit, in ſenectute confiteri non vult. Sed ne me putes improbaſſe ſchedium Lucilianae improbitatis, quod ſentio, et ipſe carmine effingam:

4
5

§. 4. ludunt] in marg. *Cod. Leid.* a *Scaligero* ex *vet. libro*, quem *Mam. Patiſſon.* commemorat, adſcriptum eſt: *lucent*, i. e. excellunt, quae lectio non videtur plane repudianda, quia opponitur: *ridentur in foro.*

quisque] ſic ex *Ed. prima, C. Leid. et. Trag.* reſcripſi pro Burm. *quisquis* i. e. *quicunque.*

perperam] *Nicol. Faber* conii. *puer iam*, ſatis ingenioſe, quia ſequitur, *in ſenectute.*

didicit] ex *C. Trag.* repoſui, pro *diſcit Edd.vett.* et *Burm.* quia *praeteritum* contextus requirit. ſenſus hic eſt: *quodque iuuenis perperam didicit, ſenex non vult confiteri, ſe perperam didiciſſe, ſed peruerſam rationem defendit, aliisque commendat.*

§. 5. ſchedium] Sic habet *Cod. vetus Pithoei, C. Autiſiod. ſchadium*, reliqui et *edd. pr. ſtudium.* Eadem lectio confirmatur his *Apuleii* verbis initio libri de *Socrat. deo: in iſto, vt ait Lucilius, ſchedio et incondito experiamini, an idem ſit repentinus, qui praeparatus? Schedium* autem, quod ſignificat opus, h. l. carmen, ex tempore compoſitum, contextus probat. *Agamemnon* enim hic verſus ex tempore effundit.

Lucilianae improbitatis] *C. Leid.* habet *ſtudium Lucianae* vel *improbitatis* vel *humilitatis;* vnde *Heinſ.* legendum putauit: *ſchedium Lucilianae humilitatis praeparatum.* Sed *Lucianae improbitatis*, reperitur in *C. Colb.* et *Samb.* et in *ed. prima.* Male, quia *Lucianus* demum poſt *Petronii* aetatem vixit. Rectius legitur *Lucilianae improbitatis* in *C. Trag.*

*Nam fuit hoc vitioſus: in hora*
*ſaepe ducentos,*
*Vt magnum, verſus dictabat, ſtans pede in vno.*
*Hor. I. Sat.* 4, 9.

Male *Douſa, Lucinianae* legit.

improbitatis] Huius lect. quanta ſit auctoritas, paullo ante vidimus. Alii praeferunt *humilitatis*, quia *Lucilius* ad humilitatem iamborum ſe interdum demiſit. Sed *improbitas* melius exprimit mores poëtae ſatyrici, qui multo ſale vrbem perfricuit. Eodem ſenſu *Martial.* 3, 20. videtur dixiſſe *improbos Phaedri iocos. Agamemnon* ergo hoc dicit: *Tantum vero abſum, vt Lucilium, qui ex tempore verſus compoſuit, vituperem, vt eum potius imitari audeam, carmine ex tempore compoſito ſenſus meos exprimens.* Sed haec per ironiam videntur dicta. *Aurat.* coniicit: *Sed ne me putes probaſſe ſtudium Aſianae*, neſcio, vtrum *improbitatis*, an *humilitatis.*

CAP.

## CAP. V.

*Studioſo eloquentiae commendatur lectio poetarum, philoſophorum et oratorum graecorum, diligentia in audiendis orationibus forenſibus Romanorum, atque lectio ſcriptorum Latinorum, poetarum, hiſtoricorum et Ciceronis.*

Artis ſeuerae ſi quis hamat effectus,
Mentemque magnis applicat, prius — more
Frugalitatis lege polleat exacta:

Nec

C. V. v. 1. Artis] in *Cod.* erant iambicis hexametri verſus interpoſiti

ſeuerae] Mſſ. quidam *ſecretae.* Sed prius, quod habent plerique *Codd.* melius et metro aptius.

hamat] ita *Burm.* pro Mſſ. *amat:* quod metrum reſpuit. Hinc *Samb.* coniicit *ardet*, atque *amat* ex gloſſa irrepſiſſe exiſtimat; *al. ambit. Delben.* ex *V. C.* reſtituit: *Amat ſeuerae ſi quis artis effectus. Barthius* ſuadet: *Artis ſeuerae ſi quis ardet affectu*, vel *effectus;* idem alibi probat *adamat.* Cruſ. p. 208. mauult: *Artis ſeuerae ſi quem domat affectus*, ſed hanc correctionem non admittit metrum. Facilior eſt *Scaligeri* correctio, qua metrum et loci elegantia adiuuatur: legit enim *hamat effectus*, i. e. captat auditorum approbationem, vti piſcator, vid. c. 3, 4. Sic Cic. *adhamare honores* dixit, auctore *Nonio*, etſi alii *adamare* malunt. *Hamare* occurrit *Claud. in Ruff.* 2, 358. quanquam alio ſenſu. Sed vocabuli raritas hanc correctionem non ſuſpectam reddit, quia *Petronium* vocabulis nouis pluribus vſum eſſe, notum eſt. Atque forte librarii cum *amat* ſcriberent, voluerunt *hamat* exprimere, ſaepe enim *h.* neglexere. v. c. in *C. Trag.* c. 6, 1. pro *hortis* ſcriptum eſt *ortis*; c. 111, 2. pro *hypogaeo, ippogeo.*

v. 2. prius — more] Hanc *Codd.* et *Edd. vett.* lectionem repoſui, quia vt ſollicitetur, nulla vrget neceſſitas. Temere enim ait *Barthius*, metri legem caſtam alium ſyllabarum modulum requirere, cum adeo *Martialis* (l. 5. *Ep.* 38. et alibi) in *iambici ſcazontis* pede vltimo *trochaeum* pro *ſpondeo* ponat, quia vltima ſyllaba vel breuiſſima in fine verſus pro longa ſolet haberi. *Prius — more* autem a poetis veteribus dicitur pro *priſco more;* vti *prius — domina* apud *Propert.* occurrit. Lectionem *Cod. vet. merae*, et *morae*, quod alii habent, reſpuit metrum.

v. 3. lege polleat exacta] Sic legunt *Codd.* et *Edd. vett.* etiam *Hadrianid.* Atque haec lectio mihi videbatur reſtituenda, quia quo iure dixit *Cicero, in Partit.* 76, 22. *ſcientia pollere;* eodem aliquis poteſt dici *pollere lege exacta frugalitatis*, i. e. excellere, florere praeceptis frugalitatis diligentiſſime obſeruatis. Vnus *C. Leid.* habet *palleat*, quod verbum etſi ſatis efficax eſt ad ſummum frugalitatis ſtudium exprimendum, tamen huic loco non videtur aptum, quo frugalitatis praeſtantia gratiore colore erat pingenda. *Turnebus* putat, menſuram verſus *morem* et *pellat* requirere, atque hoc dici, morem luxus pellat noua frugalitate.

Sed

Nec curet alto regiam trucem vultu,
Cliensue coenas impotentium captet:
Nec perditis addictus obruat vino
Mentis calorem, neue plauſor in ſcena

Se

Sed *Scaliger Poetices* lib. 2. c. 9. obſeruauit: *quosdam quintae ſedi ſpondei priſtinam libertatem in hoc carminum genere reliquiſſe;* cuius vices dactylum poſſe ſuſtinere, notum eſt. *Pontan.* Not. in *Macrob.* 7, 3. totum locum ſic corrigit:

— — — *prius amore*
*Frugalitatis legem pellat exactam;*

i. e. *diaetae plenum dimenſum. Barthius Aduerſ.* l. 24. c. 16. mauult:

— — — *prius morem*
*Frugalitatis lege calleat exacta;*

atque horum verborum hunc ſenſum eſſe exiſtimat: quid vſurpandum, quid fugiendum ſit, oportet noſſe eloquentiae ſtudioſum. Idem ad *Claudian.* in *Rufin.* 2, 360. legit:

— — — *primis morem*
*Frugalitatis lege polleat exacta.*

*Boſchius* vero et Burm. ediderunt:

— — — *prius mores*
*Frugalitatis lege poliat exacta.*

v. 4. regiam trucem] i. e. aulam *Neronis* crudelis: aut in vniuerſum regiam tyrannorum; negat, poſſe eloquentem fieri, qui cogatur blandiri tyranno. Idem ſentit philoſophus ap. *Longin. de ſublim.* 44, 3. qui aequales ſuos ſeruituti aſſuetos inde a pueritia, putat, non niſi elatos adulatores fieri poſſe.

v. 5. Cliensue] Hanc *Erh.* coniecturam, praetuli lectioni *Codd. Edd.* vett. et *Burm.* quia ea locus egere videtur, niſi ſequentia mutentur.

Coenas impotentium] *Erh.* putat, legi poſſe, *ne impotentium,* quia in *C. vet.* reperitur: *Cliensque coenas impotentium ne captet.* Sed huius *Cod.* auctoritate equidem malim cum *Puteano: impotentum ne captet. Turneb. ne pot.* Cruſ. l. c. *neu potentium captet* praefert. Sed hac correctione non opus eſt, quia *impotentes* h. l. ſunt tyranni, qui animi libidini indulgent. *Cic. Fam.* 4, 9. eodem fere ſenſu h. v. vſurpat: *ferociores, impotentioresque reddit victoria.*

v. 6. Nec perditis addictus] *C. Trag.* et *Ed. prima: Nec perdictis abditis.* Hinc coniicit *Aurat: Nec in popinis abditus:* alius liber habet *nec praedictis abdictus. C. Memm.* et *Samb. perditis addictus:* quae lectio videtur vera. *Perditus* enim eſt, qui vitiis ita eſt deditus, vt de eius correctione ſit deſperandum. *Cic.* iungit *perditum et diſſolutum. Addictus* quia paullo poſt ſequitur, auctore *Heinſio, Boſchius* ex lectione: *nec praedictis abdictus:* efficere mauult *praediis abductus:* quae coniectura valde mihi arridet, quia, ea admiſſa, indicatur, neque in aula, neque in praediis nimis indulgendum eſſe genio. In *Ed. Hadrianid.* proponitur: *perditis applicitus,* i. e. adhaerens nepotibus: quo ſenſu *Petron.* c. 25, 5. hoc verbum vſurpat. Sed nimis longe a *Codd.* recedit haec lectio. Si *addictus,* quia paullo poſt redit, eſſet mutandum, *adiectus* poſſet ſubſtitui. Sed eiusmodi repetitiones carmini, quod *Lucilii* verſus, ex tempore fuſos, imitatur, videntur condonandae.

Se det redemtis hiſtrioniae addictus.
Sed ſiue armigerae rident Tritonidis arces,
Seu Lacedaemonio tellus habitata colono,
Sirenumque domus, det primos verſibus annos,
Maeoniumque bibat felici pectore fontem;
Mox, et Socratico plenus immittat habenas
Liber

v. 8. Se det] Sic ſcripſi ex coniectura, quia metrum lectionem omnium *Codd.* et *Edd.* *Sedeat* non admittit. *Se dare* vero h. l. ſignificat ſe accommodare alicuius voluntati, vt dicitur: *da te mihi. Ter. Heaut.* 4. 3. 10. *Cruſ.* l. c. mauult *in ſcenam ſe det*, i. e. ſe pro operis quaſi conduci patiatur; ſed hac interpretatione admiſſa, reliqua ſic ſunt legenda:

*redemtus hiſtrionis ad nutus.*

redemtis] ita effinxi ex *redemtus*, quod legunt omnes *Edd. vett.* et *Codd.* excepto *C. Leid.* et *Putean.* qui habent *redimitus*, quod poſſit quidem defendi, quoniam qui ludis aderant, praeſertim factionis auctores, coronati ſedebant, *redemtis* tamen erat legendum, quia requiritur *datiuus; redemti* h. l. ſunt hiſtriones, quia *mercedes* accipiebant. *Boſchius, Heinſio* auctore, legit:

*neue plauſor in ſcenam*
*Sedeat redemtis hiſtrionicam addictus.*

Ceterum *Burm.* edidit cum *vulg. Sedeat redemtus hiſtrioniae addictus.*

hiſtrioniae addictus] *hiſtroiniae C. Samb. hiſtrionea Ed. pr. hiſtrionei C. Trag. hiſtrioni Leid. hiſtriones Mem.* exhibet, pro quo *Turneb. hiſtrionis, al. hiſtrioniae addictus* ſubſtituit. Vtrumque praeter neceſſitatem. Nam etiam *Plaut.* in *prol. Amph. hiſtrioniam* dixit. Sed *plauſor addictus* non minus eleganter dicitur, quam *Sen. Ep.* 47. iuuenes *mancipia pantomimorum.* Etiam in *dial. de Or.* 29. inter cauſſas neglectarum bonarum artium commemoratur hiſtrionalis fauor.

v. 9. armigerae] *C. Biturig. Armigenae. C. Leid. ſeu crinigerae. Codd.* optimi et *Edd. vett.* rectius *armigerae.*

rident] i. e. placent, vt *Hor.* 2, *Od.* 6. *ille terrarum mihi praeter omnes angulus ridet.* Hinc temere *Samb. Aurat.* et *Barth. arrident* per coniecturam ponunt.

v. 11. domus] *C. Tr. domos.*

det primos verſibus annos] Etiam *Quinct.* Inſtit. 1, 8. praecipit, vt ab *Homero* et *Virgilio* lectio incipiatur.

v. 12. Maeonium fontem] i. e. *Homerum* legat, omnium poetarum patrem. *Petron.* imitatur *Ouidii* l. 3. *Am. Eleg.* 9.

*Adiice Maeoniden, a quo, ceu fonte perenni,*
*Vatum Pieriis ora rigantur aquis.*

v. 13. plenus immittat] ita edidi pro *Burm. plenus greg mutet,* quia, vt tradit *Boſch.* plerique *Codd. Mſſ. immittat* et *Ed. prima immittet* habet, quod rectius hic legitur, quam ſimplex *mittat; grege* deleui, quia metrum h. v. non admittit, et quia nemo poteſt dici *plenus grege;* atque adeo in libris ſcriptis plurimis, quibus *Boſchius* eſt vſus, *grege* deeſt. Irrepſit vero *grege,* quia aliquis margini adſcripſerat: voc. *plenus* ſyllabam, vltimam

*graece*

Liber, et ingentis quatiat Demoſthenis arma.
Hinc Romana manus circumfluat, et modo Grajo
Exonerata ſono, mutet ſuffuſa ſaporem.
Interdum ſubducta foro det pagina curſum,

Et

*graece* i. e. per licentiam graecis poetis, vt *Homero*, valde frequentem, in caeſura pro longa eſſe habendam; atque hinc *grege* ortum eſt. Etſi vero hac licentia *Petronius* alibi non vtitur, tamen in hoc carmine, in quo *Lucilium* eſt imitatus, potuit ea vti. Senſus vero hic eſt: Mox et Socratico, ſcil. fonte plenus, immitat habenas: i. e. libero impetu feratur, (metaphora ab equo petita) ad oratores graecos legendos, et imitandos. *Aurat.* et *Steph.* malunt: *Socraticum* (ſcil. fontem bibat) *plenasque immittat habenas.* An vero habenae poſſunt dici plenae, vt vela? *Barthius, plenus grege mittat*, ſeruandum, atque *grege* per archaismum pro *gregi* dictum, exſtimat, hoc ſenſu: mox plenus eruditione, ab *Homero* hauſta, *Socratico* gregi immittat habenas. Sed an *mittat* pro *immittat* dici poſſit, dubitatur. *Mutet habenas C. Samb.* et *Trag.* multaeque *Edd.* exhibent: putantque hoc dici: adoleſcens philoſophia imbutus, quaſi habenis mutatis, in curriculum oratorium tranſcendat. *Heinſ. ſine mittat*, vel *ſine mutet* proponit. *Brouckhuſ. plenus permittat. Graeuius: Iam immittat. Cruſ.* reponendum exiſtimat: *Colla et Socraticae pronus ſubmittat habenae.* Etiam *Quinct. Inſtit.* 10. c. 1. *Oratorem*, inquit, *futurum optime Socratici praeparant.*

v. 14. ingentis] *Cod. Bitur. ingenuus.*

arma] *C. Trag.* legit *artes*, quod ſapit gloſſam.

v. 15. Hinc] *C. Leid. Huc.* Rectius *Tornaeſ. Hunc:* ſed *Trag.* et *Autiſiod. Huic*; male, quia *circumfluat accuſatiuum* requirit. *Hinc*, quod h. l. ſignificat deinde, hic vix poteſt abeſſe.

circumfluat] Temere ſollicitatur a *Palmer.* in *ſpicil.* p. 816. qui mauult *circumſtruat;* ſed circumfluat manus, vel corona *Romanorum* non minus latine dicitur, quam *circumfundatur*, quod ſaepius dicitur. *Manus Romana* h. l. eſt oratorum *Romanorum* multitudo.

et modo] non eſt ſollicitandum auctoritate *Boſchii*, qui legit *oraque Grajo Exonerata* vel *Exonerante ſono mutent ſuffuſa ſaporem;* nam *modo* ſignificat, oratores latinos *tantum* ſono Graio eſſe exoneratos, non eloquentia, quippe quam a Graecis didicerint. *Anonymus* coniicit *exornata*, vel *extornata. C. Leid.* exhibet *Exonerando ſonos*, quod *Gronouium* probaſſe, dicit *Gabbema.*

v. 16. ſuffuſa] i. e. addita, metaphora eſt repetita a iuſculo, quo cibus conditur.

mutet ſaporem] i. e. nouam ſuauitatem ipſi afferat oratorum *Romanorum*, qui eadem, qua *Graeci* elucent, elegantia, oratio, quam diligenter audit. *Burmannus* proponit: *et modo Graio*

*Exornata ſono, mutet ſtructura ſaporem:*

et per ſtructuram intelligit numerum, rhythmum; per ipſum vero licet etiam *ſcriptura* legere. *Cruſius* coniicit: *vt modo Grajo*

*Exonerata ſono mutent, ſuffuſa ſaporem.*

v. 17. det pagina curſum] i. e.

libri

Et cortina ſonet celeri diſtincta meatu.
Dent epulas et bella truci memorata canore:
Grandiaque indomiti Ciceronis verba minentur.

His

libri domi lecti adiuuent ipſius eloquentiae ſtudium; ventus ſecundus dicitur dare curſum naui. Idem fere dicitur, quod c. 118, 2. *forenſibus miniſteriis exercitati, frequenter ad carminis tranquillitatem, tanquam ad portum faciliorem refugerunt. Heinſius* legit: *det pagina verſum*, ingenioſe. *Boſch.* proponit *curſim*, quaſi de ſchediis properatis eſſet ſermo. Atque ita *diſcincta pagina* poſſit capi pro excurrente in varia argumenta.

v. 18. Et cortina] *Codd.* et *Edd. vett.* etiam *Burm.* exhibent *fortuna:* ſed quid h. l. ſit, *fortuna ſonet*, non apparet. Hinc recepi coniecturam *Palmerii*, qui recte videtur reſtituiſſe *cortina*, quae eſt tripus *Apollinis Delphici*, cui inſidentes inſpirabantur. *Cortina ſonet* igitur h. l. eſt, *audiat vates*, ab Apolline afflatos, legat poetas.

diſtincta meatu] Hanc lectionem reuocaui ex *Codd.* et *Edd. vett.* Recte enim cortina Apollinis dicitur diſtincta celeri meatu, quia carmina, ab Apolline profecta, pedum et numerorum volubilitate a proſa oratione ſunt diſtincta. Non ergo eſt, quod *diſcincta*, quod placet *Barthio*, et a *Burm.* eſt receptum, aut *diſtricta*, quod voluit *Gabbema*, aut *deſtricta*, i. e. leuiter quaſi a praeteruolante tacta, *Burmanni* auctoritate legamus, aut totum verſum cum *Boſchio*; vel *Heinſio* ita conſtituamus:

*Et furtiua ſonet celeri diſcincta meatu.*

v. 19. Dent epulas et bella] ſic habent *Codd. Samb. Trag. Ed. prima* et *aliae*; idque rectius, quam *Dein*, quod, auctore *Boſchio*, quidam *Codd.* exhibent. Nam tum ex v. 17. *det* eſſet intelligendum, quod durum foret, v. 18. interpoſito; atque per interpretationem valde contortam, per epulas tragoediae eſſent intelligendae, quarum quaedam epularum mentionem faciunt. Facilius vero formula, *Dent et bella epulas*, explicatur tropice: etiam hiſtoriae, quarum praecipuum argumentum eſt in bellis poſitum, alant et delectent ingenium eius, qui cupit diſertus fieri. Hac translatione vtitur etiam *Cic.* qui *diſcendi epulas in Topic.* 25. commemorat. Verbum *paſcere* ſic dici, notum eſt. *Boſchius*, auctore *Heinſio*, mauult: *Dein det epos, det bella* etc.

memorata] *Tornaeſ.* legit *memoranda.* Sed lectio antiqua eſt melior, ſi locum de ſcriptis hiſtoricis intelligamus.

canore] *N. Faber* legit *Catone.* Sed *canor*, quod pro clangore v. c. aeris etiam a poëtis dicitur, recte exprimit genus ſcribendi magnificum et graue, quo vtuntur hiſtorici in pugnis deſcribendis. *Burm.* putat legi poſſe: *Dent Elegos, dent bella truci memoranda canore.*

v. 20. Ciceronis] Tres *Codd. Titionis*, auctore *Mam. Patiſſonio.*

minentur] ſic *C. Trag.* et *Edd.* quaedam *vett. aliae*, *minetur.* Prius reſtitui, quia contextui videtur aptius: *atque tum verba Ciceronis grandia minentur*, vel ſonent minaciter et grauiter; i. e. tum legat atque imitetur Ciceronis orationes ſublimes et graues. Si *minetur* recipiatur, hoc dicetur:

*atque*

His animum ſuccinge bonis, ſic flumine largo
Plenus, Pierio defundes pectore verba.

## CAP. VI.

*Encolpius Aſcylton fugientem fruſtra perſequitur.*

(ENCOLP.) Dum haec diligentius audio, non notaui mihi Aſcylti fugam: et dum in hoc dictorum aeſtu in hortis incedo, ingens ſcholaſticorum turba in porticum venit, vt apparebat, ab extemporali declamatione neſcio cuius, qui Agamemnonis ſuaſoriam exce-

*atque tum demum promittat, ſe Ciceronis ſublimitatem eſſe imitaturum. N. Faber* legit *imitetur. Burm.* exiſtimat, hunc verſum ſtatim poſt v. 16. eſſe legendum.

v. 22. defundes] i. e. effundes, melius, quam *diffundes*, quod in aliis *Edd.* etiam in *C. Tr.* legitur, quia defundere et diffundere ſaepe permutantur.

pectore] Haec lectio omnium *Codd.* et *Edd. vett.* non eſt ſollicitanda, quia v. 12. dixit poeta: *bibat f. pectore fontem. Barthius* tamen *Adu.* 24, 17. mauult *defundes nectare:* quae correctio eſt elegans, ſed non neceſſaria.

C. VI. §. 1. Dum haec] *Cod. Samb.* et *Leid. hoc*, *Trag. homo* ſ. *hominem, C. Mem. hunc.* Pro *hoc* recte *haec* legitur, etſi *hunc*, vel *hominem* non minus eleganter diceretur. *P. Daniel* putat, poſt *audio*, inſerendum eſſe: *et dum hoc dictorum aeſtu motus incedo.*

non notaui mihi] *Putean. mihi* non habet; ſed male ſupprimitur, additum in *C. Trag. Samb. al.*

dictorum aeſtu] *C. Autiſiod. in hoc aeſtu rerum*, ſed hic ſermo eſt de dictis animo commoto pronunciatis.

in hortis] Sic legitur in *C. Samb. Trag. Leid.* et *Ed. prima.* Neque hanc lect. reuocare dubitaui; propterea quod prope ſcholas et porticus Gymnaſiorum ſolebant horti eſſe. Ergo *in hoc dictorum aeſtu* ſignificat: *cum Agamemnon pergeret vehementius declamare. C. Colb.* et *Edd.* quaedam, v. c. *Tornaeſ. Wouw.* habent *motus*, male, quia motus non poteſt cum *in* conſtrui, neque *Encolpium motum* fuiſſe, apparet. *Schobinger* emendabat *immotus*, ſcil. prae ſtupore; in *Vadiani Cod.* ad marginem ſcriptum reperitur *intortus*, i. e. nullam in partem me flectens; *Sichardus* legebat *inſors*, ſolus: *Palmer.* melius *totus*, vt *Hor.* I. *Sat.* 9. *totus in illis*, quod edidit *Burm. Hadrian. Boſch.* et *al. Heinſ. dum hoc dictorum aeſtu totus incendor*, et *Barthius Adv.* l. 24. c. 17. *dum me hoc dictorum aeſtu motus incendo.*

vt apparebat, ab] eleganter praemittitur, vt ap. *Cic.* in *paradox.* I. 2. *Biantem, vt opinor, qui numeratur.*

neſcio cuius] *Codd. Samb. Leid. Trag.* et *Ed. Veneta, neſcio, cur quis* vel *qui*, exhibent. *Auratus* vero, *neſcio eorum quis.*



[library stamp, crossed out]

2 exceperat. Dum ergo iuuenes ſententias rident, ordinemque totius dictionis infamant, opportune ſub-
3 duxi me, et curſim Aſcylton perſequi coepi. Sed nec viam diligenter tenebam, nec, quo loco ſtabulum
4 eſſet, ſciebam. Itaque quocumque ieram, eodem reuertebar, donec et curſu fatigatus, et ſudore iam madens, accedo aniculam quandam, quae agreſte olus vendebat.

## C A P. VII.

*Idem ab anu in lupanar deducitur, vbi reperit Aſcylton.*

Te rogo, inquam, mater, numquid ſcis, vbi ego habitem? Delectata illa vrbanitate tam ſtulta, et, (Anvs) Quidni ſciam? inquit; conſurrexitque, et
2 coepit me praecedere. (Encolp.) Diuinam ego puta-

exceperat] *C. Samb. Leid.* et *Trag. excepit.*

§. 2. iuuenes] *Barth. iuuenis*, qui declamauerat, ſed *iuuenes* poſſunt eſſe ſcholaſtici. *Heinſ.* mauult: *ieiunas*, quod valde arridet.

curſim] *Scriuerius* notat, alios *curſu* legere, non male.

§. 3. nec quo loco] *Codd. Samb. Leid. Trag.* exhibent, *quia nec quo*; pro quo, *quin nec quo loco*, *Richardus* legere vult. *Ed. pr. nec quo: Heinſius* mauult *nec qua*; recte, quia *qua* pro *vbi* vſurpatur, Virg. Ecl. 9. *Braſſicanus vbi.* Quia vero *quo* legitur in *Codd.* et *Edd.* prioribus, et *loco* in *C. Colb.* additum reperitur, lectionem vulg. cum *Burm.* retinui.

§. 4. et curſu] *Et* reuocaui ex *C. Samb. Leid. Trag.* et *Ed. prima*; *Putean.* couii. *ex*; vulgatum *in*, quod edidit *Burm.* etiam poteſt defendi loco *Cic. in Top. in igni fatigati*: ſed lect. antiqua eſt concinnior.

C. VII. Te rogo] ſic *C. Leid.* et quinque alii: etiam iam *Ed. Plant.* ſic habet, etſi *Ed. prima, et rogo*, et *Cod. Trag. et ego* exhibet.

habitem] olim vulgo *habito*, vt tradit *Sambucus*, legebatur, ſed male!

ſtulta] *inſolita, Anonymus* coniicit.

§. 2. Diuinam] Sic ex *Vet. Cod.* quem *Delbenius* commemorat, et ex *vet. gloſſar.* receperunt multi critici: atque haec lectio quodammodo etiam confirmatur auctoritate *C. Trag.* qui habet *duci nam.* Sed *C. Samb. Leid. Ed.* prima, *ducturam*, *al. dicturam* exhibent; quod etſi non eſt plane ſpernendum, tamen *diuinam* praetuli, quia hac lectione recepta, obiter ſuperſtitio Romanorum, qui eiusmodi mulieribus fidem habebant, carpitur.

putabam: at ſubinde, vt in locum ſecretiorem venimus, centonem anus vrbana reiecit: et, (Anvs.) Hic, inquit, debes habitare. (Encolp.) Cum ego nega- 3
rem, me cognoſcere domum, video quosdam, inter titulos nudasque meretrices furtim conſpatiantes. Tarde, 4
imo iam ſero, intellexi, me in fornicem eſſe deductum: execratus itaque aniculae inſidias, operui caput, et

at ſubinde] *C. Samb. Trag. Colb. Leid.* et *Ed. prima* exhibent *et ſubinde; at* vero videtur melius. *Rittershuſ.* mauult: *et ſubſequor.*

in locum ſecretiorem] Omnes paullo ante commemorati *Codd.* et *ed. prima* habent *locum ſecretum. Anonymus locum* plane deleri vult; temere, cum etiam c. 81, 1. *locus ſecretus* dicatur. *Secretiorem* iam habet *Mam. Patiſſ. Hadr. Boſch.* et *al.*

reiecit] *Codd. Samb. Leid. Trag.* et *Edd.* priores legunt *iniecit*, ſed tum *datiuus* addendus eſſet. Hinc *Aurat.* coniecit, *centoni manum iniecit.* Rectius legitur, vt iam *Puteanus* exhibet, *reiecit*, ſcil. in tergum, vt caput ipſius retegeretur. Solebant enim in publico caput operire vel plebeiae foeminae; ancilla enim *Quartillae* c. 16, 3. *operto capite* venit.

§. 3. inter titulos] *C. Samb.* et *Ed. prima inter viculos*, vnde quidam efficiunt *vitulos. C. Leid. internuculos*, i.e. impudicos, intercutitis ſtupris flagitatos, ſic dictos, quia medium quodlibet nucleus vocabatur. *Delbenius* putat, *internuncios*, vel *internunciolos* ſubſtitui poſſe. *Turneb. inter nuculos* legit, et intelligit *meritorios pueros*, qui *nuces* nondum reliquere. *P. Daniel* exiſtimat, fortaſſe legi poſſe, *quasdam in interniculis*, i. e. in ſtabulis *nudas meretrices. Colnius* dubitat, an poſſit *tirunculos* legi? *Pflugius* mauult *inter ſcitulos*, quia pueri *sciti* dicuntur. Alii legunt *puellulos. Vet. Cod.* quidam habet *inteſticulos:* vnde facit *Heinſius inter hyſtriculos*, h. e. pueros ſtupratos, et iam obſoletos: *Codd.* alii exhibent *inter angulos. Heraldus* ad *Mart.* 11, 46. legit: *intus titulos nudasque meretrices* et cet. *Cod.* quidam *vet.* habet *inerticulos, C. Autiſiod.* et *Trag. inter titulos*, quae lectio videtur optima, ſiue, vt *Io. Sauaro*, per *titulos* intelligamus *iuuenes*, venerem languentem ſcortis vtriusque ſexus irritantes, quos titulos dici, ex *Cornuto* ad *Perſii Satyr.* I. *Ingentes trepidare Titos.* — intelligi arbitratur; ſiue, quod certius eſt, inſcriptiones, cellis puerorum et feminarum meritoriarum impoſitas. Vide *Martini de Roa ſingularium locorum ac rerum ſacrae ſcripturae, libr.* 4. c. 10.

nudas] *C. Bitur. inuidasque Colb. vuidasque;* alii, vt *Tornaeſius* teſtatur, *vdasque.*

furtim] *Heraldus, confertim ſpatiantes.*

conſpatiantes] ſic *C. Trag.* et *al. C. Bitur. interſpatiantes, al. ſpatiantes.*

§. 4. intellexi] *C. Leid. ſenſi, intellexi*, duorum *Codd.* varietate coniuncta.

operui caput] Vti *Socrates* in oratione parum pudica caput operuit pallio: ſic in qualibet re turpi

et per medium lupanar fugere coepi in aliam partem:
cum ecce in ipſo aditu occurrit mihi aeque laſſus, ac
moriens Aſcyltos, putares ab eadem anicula eſſe de-
5 ductum. Itaque vt ridens eum conſalutaui, quid
in loco tam deformi faceret? quaeſiui.

## C A P. VIII.

*Aſcyltos narrat, patremfamilias ipſum, huc deductum, ſtuprum rogaſſe.*

Sudorem ille manibus deterſit, et, (Ascylt.) Si
ſcires, inquit, quae mihi acciderunt. (Encolp.)
2 Quid noui? inquam ego. At ille deficiens, (Ascylt.) Cum errarem, inquit, per totam ciuitatem,
nec inuenirem, quo loco ſtabulum reliquiſſem, ac-
ceſſit ad me paterſamilias, et ducem ſe itineris huma-
3 niſſime promiſit. Per amfractus deinde obſcuriſſi-
mos egreſſus, in hunc locum me perduxit, prolato-
4 que peculio coepit rogare ſtuprum. Iam pro cella
mere-

turpi ſolebant caput velare veteres; vid. *Gell.* 7. 11. atque adeo in re qualibet ſubita et deſperata hoc ſactum eſſe, *Schegkius Praem.* 10. contendit.

in aliam] *Cod. Autiſiod.* et *Colb.* alteram.

laſſus] *C. Samb.* et *Trag.* et *Edd.* priores, *lapſus*, i. e. qui, vt ego, aberrauerat; ſed recte coniecit *Mem.* legendum eſſe, *laſſus*; nam mox *Aſcyitos* dicitur *ſudorem deterſiſſe.*

moriens] *Meurſ. animaduerſ. miſc.* 3, c. 7. *madens* mauult ſc. ſudore. *Braſſic.* et *Aur. moerens*: ſed *moriens*, quod habent *Codd.* et *Edd. vett.* ſignificat laſſitudine fere confectum et deficientem, vt dicitur *Aſcyltos* c. 8, 2.

deductum] *Tho. Munckerus* mauult *ſeductum.*

C. VIII. §. 1. acciderunt] forte rectius *acciderint*, vt c. 7. init. *vbi ego habitem.*

§. 2. paterſamilias] propter vocalem ſequentem eſt melius, quam *paterfamiliae*, quod habet *C. Colb.* et multae *Edd.*

ducem ſe] *ſe ducem*, *C. Memm.*

§. 3. deinde] *Leid. Cod. dehinc.*

perduxit] *Cod. vet. producit*; ita et *C. Leid.* et *Scriuerius* legunt: quod verbum vt de mimis et ſcenicis dicitur, ſic etiam de proſtitutis.

peculio] ſic *C. Samb. Trag.* et *alii*; vulgo *pecuo* legi, ait *Samb.* et *peniculo* coniicit. *P. Dan.* exhibet *poculo.* ſed vid. in *Ind. peculium.*

§. 4. pro cella] recte: nam et c. 95, 3. legitur: *vos, me hercules, ne*

meretrix aſſem exegerat, iam ille mihi iniecerat manum; et, niſi valentior fuiſſem, poenas dediſſem. (Encolp.) [*Dum ſortem ſuam mihi narrat Aſcyltos, ipſe paterfamilias, comitatus muliere haud inculta, ſuperuenit, et, reſpiciens ad Aſcylton, rogauit, ut domum intraret, certiorem faciens, nil timendum; ſed cum Patiens eſſe nollet, ſaltem Agens foret. Aliunde mulier vrgebat conſenſum, vt ſecum venirem. Subſequimur ergo, et conducti inter titulos, aſpicimus complures vtriuſque ſexus ludentes in cellis,*] adeo vbique omnes mihi videbantur ſatyrion bibiſſe. [*Vt conſpicimur, nos cynaedica petulantia allicere conati ſunt, ſtatimque vnus alte ſuccinctus inuadit Aſcylton, et ſuper eum, grabato proſtratum, molere conatus eſt. Succurro ſtatim patienti, et*] iunctis viribus moleſtum contempſimus. [*Egreditur Aſcyltos, et fugit, meque eorum libidini obnoxium relinquit; ſed valentiorem viribus et animo illaeſum dimiſit. Luſtrata paene urbe,*]

## CAP. IX.

*Giton queritur, Aſcylton vim ſibi inferre voluiſſe. Hinc eum Encolpius caſtigat, ſed ab eodem contumelia afficitur.*

Quaſi per caliginem vidi Gitona in crepidine ſemitae, [*limineque diuerſorii,*] ſtantem, et in eundem locum me conieci. Cum quaererem, num quid no- 2 bis

*ne mercedem cellae daretis. Tornaeſ. pro ſella. Briſſonius* libro *de iure Connub.* mauult *proſeda,* male, quia *proſeda* meretricem ſignificat, quae diſerte commemoratur. In aliis legitur *procella*, quo voc. putant etiam meretricem poſſe dici, a *cella*, vt *proſtibulum* a *ſtabulo*.

dediſſem] in *C. Samb. Tr.* et *Ed. pr.* inde a *dediſſem poenas* vsque ad c. 9, 5. *cum ego proclamarem,* eſt lacuna.

adeo vbique] haec non videntur ſatis bene cohaerere cum ſuperioribus, quia ſermo erat de vno; ſed ea, quae *Nodotius* inſeruit, excidiſſe, quis praeſtiterit?

iunctis viribus] etiam ante haec verba quaedam exciderunt, quae more ſuo expleuit *Nodotius.*

C. IX. §. 2. num quid] recte diuiſum eſt. *C. Leid. numquid.*

bis in prandium frater paraſſet? conſedit puer ſuper
3 lectum, et manantes lacrymas pollice exterſit. Per-
turbatus ego habitu fratris, quid accidiſſet? quaeſiui.
At ille tarde quidem et inuitus, ſed poſtquam preci-
4 bus et iracundiam miſcui: (Giton.) Tuus, inquit,
iſte frater, ſeu comes, paulo ante in conductum ac-
cucurrit, coepitque mihi velle pudorem extorquere.
5 Cum ego proclamarem, gladium ſtrinxit; et, Si Lu-
cretia es, inquit, Tarquinium inueniſti. (Encolp.)
6 Quibus ego auditis, intentaui in oculos Aſcylti manus:
et, Quid dicis, inquam, muliebris patientiae ſcortum,
7 cuius ne ſpiritus purus eſt? Inhorreſcere ſe, finxit
Aſcyltos; mox, ſublatis fortius manibus, longe ma-
8 iore niſu clamauit: (Ascylt.) Non taces, inquit,
Gladiator obſcoene, quem [*hoſpitis homicidam*] de
9 ruina arena dimiſit? Non taces, nocturne percuſ-
ſor,

exterſit] Prior lectio, ***expreſſit***, quam exhibet *C. Leid.* non plane eſt ſpernenda, quia vt amicae, ſic amaſii quoque ſimulatas lacrymas elicere didicerant; veruntamen quia manantes iam lacrymae commemorantur, *exterſit* praeferendum eſt; pro quo, cum *extorſit* vitio librariorum ſcriptum eſſet, aliquis *expreſſit* ſubſtituiſſe videtur.

§. 3. et iracundiam] *Leid.* ***etiam.***

§. 4. accucurrit] *Torn. aucucurrit*, hinc *Erhard. obcucurrit*, *Scriuerius* rectius, *adcucurrit*, effinxit.

§. 5. ego] recte ſic *Burm.* cum *Codd.* et *edd. pr. al. ergo.*

proclamarem] *Schopp. porro clamarem*, i. e. *porro Quirites*, ſuppreſſo vltimo vocabulo impetu *Aſcylti* interuenientis. Inepte. vid. *Ind. Bourdelotius* ex MSS. reſcripſit, *quum ego clamarem*; ſed *Codd. Samb. Trag.* et ***ed. prima*** exhibent ***proclamarem.***

inueniſti.] Quae inde ab hoc vocabulo vsque ad c. 14, 1: *Quid faciant leges*, leguntur, in *Edd.* recentioribus, in *C. Colb. Trag. Samb.* et *Ed. prima* deſunt.

§. 6. ne] h. l. eſt idem, quod *ne quidem.* vid. *Ind.* Ad marginem *C. Leid. Scaliger* adſcripſit *nec*; quod temere probat *Boſchius.*

§. 7. niſu] al. *riſu*, male.

§. 8. de ruina arena dimiſit] i. e. quem ſaluum et liberum dimiſit arena, in quam damnatus erat, *de ruina*, de pegmate corruente. Qui enim pegmati, i. e. machinae ligneae impoſiti, forte praecipitati, incolumes euaſiſſent, libertate donati ſunt. Rectius legeretur: *quem de arena ruina dimiſit.* Ceterum *Encolpium* in *arenam*, vel ad dimicandum in arena fuiſſe condemnatum, ſed ſaluum euaſiſſe, ipſe indicat c. 81, 3. *aufugi iudicium, arenae impoſui.*

ſor, qui, ne tum quidem, quum fortiter faceres,
cum pura muliere pugnaſti? Cuius eadem ratione 10
in viridario frater fui, qua nunc in deuerſorio puer
eſt? (ENCOLP.) Subduxiſti te, inquam, a prae- 11
ceptoris colloquio?

## CAP. X.

*Vix in gratiam redierant, cum iniuriae memor Encolpius ſocietatem cum Aſcylto initam ſolueret.*

(ASCYLT.) Quid ego, homo ſtultiſſime, fa-
cere debui, quum fame morerer? an videlicet audi-
rem ſententias, id eſt, vitrea fracta, et ſomniorum
interpretamenta? Multo me turpior es tu, Hercule, 2
qui, vt foris coenares, Poëtam laudaſti. (ENCOLP.)
Itaque ex turpiſſima lite in riſum diffuſi, pacatius ad 3
reliqua ſeceſſimus. Rurſus in memoriam reuocatus
iniuriae, Aſcylte, inquam, intelligo nobis conuenire 4
non poſſe; itaque communes ſarcinulas partiamur,
ac paupertatem noſtram priuatis quaeſtibus tentemus
expellere. Et tu literas ſcis, et ego; ne quaeſtibus 5
tuis obſtem, aliquid aliud promittam: alioqui mille
cauſſae nos quotidie collident, et per totam vrbem ru-
moribus different. Non recuſauit Aſcyltos, et 6
(ASCYLT.) Hodie, inquit, quia tanquam Scholaſtici
ad

§. 10. deuerſorio] Sic rectius ſcribit *Burm.* quia a *deuertendo* ducitur, vt hoc voc. hoc ſenſu vſurpatum *Codd.* emendatiores exhibent, quod ad *Ouid.* paſſim vir doctus ex Mſſ. notauit. vid. ad 2. *Amor.* 6, 9. 2. *Art.* 425.

puer eſt] *Barthius* mauult *pueri*, atque putat, ſenſum hunc eſſe: *quod ille cum puero iam facit, ego olim cum ipſo;* dignior hominis arrogantia exprobratio!

§. 11. inquam] MS. Torn. *inquit.*

C. X. §. 1. Quid ego] alii *ergo.*

vitrea fracta] *C. Leid. vitream fractam;* hinc quaedam *Edd.* vt *Wouw. vitream fractam,* male.

§. 4. quaeſtibus] Tornaeſ. *quaeſtionibus.* Sed MS. rectius *quaeſtibus.*

§. 5. aliquid aliud] *aliud aliquid C. Leid.*

alioqui] *Leid. alioquin.*

different] *Leid. deferent.*

§. 6. tanquam ſcholaſtici] *Anonym.* coniicit *cuiusdam ſcholaſtici* *ad*

ad coenam promiſimus, non perdamus noctem: cras autem, quia hoc libet, et habitationem mihi proſpi-
7 ciam, et aliquem fratrem. (ENCOLP.) Tardum eſt, inquam, differre, quod placet. Hanc tam praecipitem diuiſionem libido faciebat: Iamdudum enim cupiebam amoliri cuſtodem moleſtum, vt veterem cum Gitone meo rationem deducerem. [*Contumeliam aegre ferens Aſcyltos, et ſilens, cum impetu egreditur. Tam praeceps eruptio laeuum augurabat: etenim nota erat mihi eius animi impotentia, notus et amor impotens Subſequor ergo abeuntem, exploraturus conſilia, illisque obſtiturus; ſed oculis ſe ſubripuit meis, et fruſtra illum diu quaeſiui.*]

## C A P. XI.

*Non multo poſt Aſcyltos Encolpium cum Gitone ludentem reperit, eumque et verberibus et dictis petulantibus caſtigat.*

Poſtquam luſtraui oculis totam vrbem, in cellulam redii, oſculisque tandem bona fide exactis, alligo arctiſſimis complexibus puerum, fruorque votis vſque
2 ad inuidiam felicibus. Nec adhuc quidem omnia erant facta, cum Aſcyltos furtim ſe foribus admouit, diſcuſſisque fortiſſime clauſtris, inuenit me cum fratre ludentem: riſu itaque plauſuque cellulam imple-
3 vit, opertum me amiculo euoluit, et (ASCYLT.) Quid agebas, inquit, Frater ſanctiſſime? Quid? Veſti-
4 contubernium facis? (ENCOLP.) Nec ſe ſolum intra

*ad coenam*, ſcilicet poetae, ab *Encolpio* laudati; ſed *vulg.* lect. poteſt retineri, quia ſcholaſtici ſolebant captare coenas, vide *Clauerium* ad *Perſ. Sat.* I. Solebant vero declamatores, et poetae, qui auditorum laudes appetebant, eos ad coenam inuitare, vel donis corrumpere. cf. c. 137, §. 9, 5.

§. 7. placet] quaedam exemplaria, vt vetus *Loiſelli*, exhibent *habes; al.* vt *Pith. aues.*

deducerem] Sic recte a *Burm.* editum eſt auctoritate *C. Leid. al. diducerem.*

C. XI. §. 1. felicibus] *al. ferventibus, al. frequentibus.*

§. 3. Veſticontubernium] ſic recte legitur ex ſuffragiis plurimorum,

tra verba continuit, ſed lorum de pera ſoluit, et me
coepit non perfunctorie verberare, adiectis etiam pe-
tulantibus dictis: (ASCYLT.) Sic diuidere cum fratre
nolito. (ENCOLP.) [*Res tam inopinata iniuriam,* 1
*ictusque ſilere, conſtrinxit: caſum igitur irrideo, et
prudenter: aliter enim praeliandum erat cum aemulo.
Hilaritate mentita animum illius ſedaui. Subriſit et-* 2
*iam Aſcyltos.* (ASCYLT.) *Et tu, inquit, Encolpi,
deliciis ſepultus, non cogitas nos pecuniam deficere, et
quae ſuperſunt nullius eſſe pretii? In aeſtiuis tempori-
bus Vrbs ſterilis eſt, rus erit fortunatius: eamus ad
amicos.* (ENCOLP.) *Conſilium probare coëgit neceſſi-* 3
*tas, dolorisque ſenſum cohibere. Itaque, onerato Gi-
tone ſarcinulis, vrbe egredimur, et ad caſtellum Ly-
curgi, Equitis Rom. pergimus. Cum olim illi Fra-* 4
*ter fuiſſet Aſcyltos, pulcre nos accepit; Coetusque ibi
congregatus iucundiora effecit oblectamenta. Inprimis
erat Tryphaena, pulcherrima mulier, quae venerat
cum Lyca, nauigii Domino, et fundorum in vicinia
maris poſſeſſore. Quas in hoc loco gratiſſimo volu-* 5
*ptates hauſimus, nulla vox comprehendere poteſt, quam-
vis*

morum, licet *Leid. verticontubernium* habeat. Dicitur vero ſic *concubitus ſub eadem veſte:* de quo *Ouid. Amor.* 4, 47. haec habet:

*Saepe mihi dominaeque meae properata voluptas
Veſte ſub iniecta dulce peregit opus.*

Idem vocabulum legitur in *Peruigilio Veneris: Cum puellis dulce inire veſticontubernium.* Alii legunt, *Veſtae contubernium* cum *Pithoei* et *Memm. Codd.* atque exiſtimant, ironiam continuari.

§. 4. diuidere cum] *Palmer.* mauult: *ſic diuidere fratrem voluiſti:* diuidere enim obſcoene dici, arbitratur. Putat tamen, poſſe legi: *ſi diuidere cum fratre voluiſti*, eodem ſenſu. Sed lectio non eſt ſollicitanda: haec enim formula eſt repetita ab haereditate, quam fratres inter ſe diuidunt. Ergo hoc dicit, *ſic diuidere nolito* bona nobis communia, vt fratrem tibi totum ſerves. c. 79, 12. eadem lite orta, manubiis partitis, *Aſcyltos* addit, *diuidamus et puerum.*

§. 1. Res tam inopinata] His inſerendis *Nodotius* lectorem de iis certiorem facere voluit, quae ſcitu neceſſaria ſunt ad ea, quae infra ſequuntur, intelligenda; inſtauratam eſſe *Encolpii* et *Aſcylti* ſocietatem ex c. 12. ſeqq. intelligitur.

*vis Lycurgi menſa frugalis eſſet. Scias oportet, Vene-
rem nos omnes quamprimum coniunxiſſe. Formoſa Try-
6 phaena placuit mihi; et vota mea libens audiuit. Sed
vix eam amplexui iungebam, cum Lycas indignatus
raptas ſibi furto delicias, me de repetundis inſimulauit.
Illa enim erat vetus amor illius: itaque mercedem ia-
7 ctnrae ſic feſtiue aggreſſus eſt. Libidine concitatus
me proſequitur. Tryphaena autem cor meum poſſiden-
te, aures Lycae negaui: denegatione tamen ardentior
factus me quoquo ſequebatur, et meam noctu cellulam
intrauit; ſed, precibus faſtiditis, ad violentiam in me
conuerſus, tam vehementer exclamaui, vt, excitata
familia, et Lycurgo fauente, a moleſti impetu libera-
8 tus euaſi. Vt denique Lycurgi domus illius votis
non commoda videbatur, mihi ſuadere tentauit, vt ho-
ſpitium eius peterem; ſed repudiata propoſitione, au-
toritate Tryphaenae vſus eſt: eo libentius illa me roga-
vit, Lycae voluntati conſentirem, quod ibi liberius vi-
9 vere ſperaret. Sequor igitur amorem; ſed Lycur-
gus, cum Aſcylto veteri ratione renouata, eum diſce-
10 dere non paſſus eſt. Propterea pacti ſumus, quod
ille cum Lycurgo remaneret, nos autem Lycam ſeque-
remur. Inſuper et decreuimus, quod vnusquisque ſe-
cundum occaſionem praedaretur in communem vſum.
11 Accepta propoſitione incredibilis fuit Lycae laetitia:
accelerauit diſceſſum, et continuo valere iubemus ami-
12 cos, eodemque die ad eius domum peruenimus. Tam
gnauiter res diſpoſuerat Lycas, vt in itinere ſecun-
dum me ſederet, Tryphaena vero aſſideret Gitoni; id-
que propter notiſſimam ſibi huius mulieris inconſtantiam
ita ſtruxerat; nec deceptus: arſit enim illa puerum ſta-
tim,*

§. 7. me proſequitur] ex c. 105, 9. apparet, *Encolpium Lycae* amaſium fuiſſe. cf. c. 109, 3.

§. 12. arſit puerum] etiam hoc ex c. 105, 6—8. poteſt colligi. cf. 109, 2.

*tim, et id de facili perſpexi. Lycas quoque illud mihi
accurate notauit, iuſſitque credere. Quamobrem* 13
*gratioſius illum accepi, et gaudio perfuſus fuit; cer-
tus ſcilicet ex illata mihi a ſorore iniuria contemtum
naſciturum: quo facto, Tryphaenae ſuccenſus, eum
libentius acciperem. Sic res ſe habebat in aedibus* 14
*Lycae: Tryphaena Gitonem amore deperibat, Gito ei
ſeruiebat toto pectore, et vtrumque oculis meis minime
gratum erat, dum Lycas mihi placere cupidus, quoti-
die noua excogitabat oblectamenta; quae Doris, eius
formoſa uxor, certatim augebat; et tam concinne, vt
Tryphaenam e corde meo ſtatim expulerit. Oculo-* 15
*rum nictu meus innotuit amor Doridi, et mihi blanda
oculorum petulantia Doris annuit, adeo vt haec tacita
loquela, linguam antecedens, quam animorum propen-
ſionem eodem momento ſenſeramus, furtim expreſſerit.
Zelotypia Lycae, iam mihi nota, cauſa erat ſilentii, et* 16
*amor ipſe animum mariti erga me patefecerat vxori.
Vbi primum nobis licuit colloqui, quod deprehenderat,
retulit, et candide faſſus ſum, narrauique, qua ſeueri-
tate ſemper illum exceperam. At mulier pruden-* 17
*tiſſima, et nunc ingenio vtendum eſt, inquit; ſecun-
dumque eius conſilia vnius conceſſio fuit, et poſſeſſio al-
terius. Interim dum attritus Giton vires reficit,* 18
*Tryphaena ad me rediit, ſed repulſa, ex amore in ra-
biem efferata eſt. Ardens ergo ſecutuleia meum cum
vtroque coniuge commercium detexit. Petulantiam erga
me mariti, nihil ſibi auferentem, ſpreuit. Doridis
autem furtiuos amores aggreſſa eſt, notauitque Lycae,
qui amorem Zelotypia ſuperante ad vltionem decurrit.
At*

§. 13. ſuccenſus] Sic legitur in editione fragmenti huius 1693. *Roterodami* ex cod. manuſcripto *Nodotii* edita; in poſterioribus edd. legitur *ſuccenſens.*

§. 15. amor Doridi] c. 126, 18. ſe *Doridis veterem amatorem* profitetur.

19 *At Doris, ancilla Tryphaenae admonita, vt procel-*
20 *lam auerteret, a ſecreta familiaritate abſtinuit. Haec*
*vt intellexi, Tryphaenae perfidiam, ingratumque*
*animum Lycae execratus, abeundi formaui conſilium;*
*et fauit Fortuna: pridie enim ſacrum Iſidi nauigium,*
21 *manubiis oneratum, vicinis ſcopulis alliſerat. Con-*
*ſilio igitur cum Gitone habito, libenter ille aſſenſus*
*eſt, quia Tryphaena exhauſtum eum negligere videba-*
*tur: multo mane ergo ad mare proficiſcimur, et naui-*
*gium conſcendimus eo facilius, quod cuſtodibus, Ly-*
22 *cae miniſtris, noti eramus. Sed cum nos comitatu*
*ſemper honorarent, nec ideo nobis praedandi locus*
*eſſet, Gitone cum eis relicto, opportune me ſubduxi,*
*ſubrepſique in puppim; vbi Iſidis ſimulacrum erat,*
*quod veſte precioſa, ſiſtroque argenteo ſpoliaui, et*
*alias manubias e diaeta Magiſtri ſuſtuli, furtimque*
*deſcendi per funem, Gitone ſolo aduertente; qui ſe*
*quoque cuſtodibus ſubduxit, et clam me ſequutus eſt.*
23 *Vt illum vidi, furtum oſtendi, et Aſcylton celeriter*
*adire decreuimus, nec ante poſterum diem Lycurgi do-*
*mum licuit peruenire. Aſcylton igitur accedens paucis*
*narraui latrocinia, et quomodo amoris ludibrium fue-*
24 *ramus. Nobis conſilium dedit Lycurgi animum in*
*noſtri gratiam occupare, et aſſerere, nouam Lycae petu-*
*lantiam migrationis noſtrae furtiuae et praecipitis*
*cauſam fuiſſe: quibus auditis, Lycurgus iurauit, ſe no-*
*bis aduerſus inimicos in praeſidio ſemper futurum.*
25 *Fuga noſtra latuit, donec Tryphaena Dorisque exper-*
*gefactae ſurrexerunt; nos enim ad earum ornamentum*
26 *matutinum quotidie urbaniſſime aſſidebamus. Cum*
*ergo*

§. 20. abeundi] c. 105, 18. *fu-gitiui* dicuntur.

§. 22. ſpoliaui] Hoc *Nodotius* collegit ex c. 105, 4. vbi *tutela nauis* vel dea, cuius imago in puppi tutelae loco erat, expianda dicitur, ex c. 113, 3. vbi *expilatum libidinoſa migratione nauigium*, commemoratur, et ex c. 114, 5. vbi *Lycas* rogat *Encolpium*, vt *veſtem illam diuinam, ſiſtrumque reddat nauigio.*

*ergo praeter morem defuimus, Lycas exploratores
miſit, et praecipue ad maris littus, accepitque, nos ad
nauigium iuiſſe, ſed de latrocinio nihil, latebat quippe,
nam puppis pelagus reſpiciebat, et Magiſter in naui-
gium nondum redierat. Fuga denique noſtra pro* 27
*certo habita, et Lycas pertaeſus fugae, in Dorida,
quam diſceſſus cauſam autumabat, vehementer furit.
Tacebo verborum, manusue atrocitates, ſingulas igno-
ro; dicam tantum, Tryphaenam, perturbationis mate-
riam, Lycae ſuaſiſſe, vt apud Lycurgum, refugium
fortaſſe noſtrum, perquireret fugitiuos, ſeque ipſam
comitem voluit, vt contumelia nos, pro merito, ob-
rueret. Poſtero die proficiſcuntur, et in caſtellum* 28
*peruenere. Aberamus; nam Lycurgus ad Herculea
ſacra, quae celebrabantur in oppidulo vicino, nos duxe-
rat. Quod vt intellexerunt, obuiam venerunt velo-* 29
*ces, et in porticu templi occurrerunt. Quibus conſpe-
ctis valde turbati fuimus: Lycas de fuga noſtra apud
Lycurgum vehementer conqueſtus eſt. Sed tam con-* 30
*ſtricta fronte altoque ſupercilio exceptus fuit, vt ego,
audacior factus, grauia et turpia probra alta voce
ieci in eius libidinoſos impetus, tum in Lycurgi, tum
in propriis aedibus, in me factos: et Tryphaena oblu-
ctans etiam poenas dedit, me turpitudinem eius praedi-
cante concionibus, quae ad clamorem confluxerant, et,
pro veritatis argumento, Gitona exſuccum, meque,
tentigine meretricis prope enectum, prodebam. Ad* 31
*concionum riſus inimici obſtupuere, moeſtique, medi-
tantes vltionem, receſſerunt. Vt ergo Lycurgi ani-
mum notarunt a nobis eſſe circumuentum, domi eum ex-
pectare voluerunt, vt ab errore auerterent. Sole-* 32
*mniis tardius finitis, caſtellum adire non potuimus, et
Lycurgus in villam, medio itinere diſtantem, nos con-
duxit, poſteroque die adhuc dormientes reliquit, ca-
ſtellum petiturus ad negotia expedienda. Ibi Ly-* 33
*cam,*

*cam, Tryphaenamque inuenit expectantes, qui tam*
*blande eum allocuti ſunt, vt nos ſuis manibus imponere*
*eum incitauerint. Lycurgus natura crudelis, et fi-*
*dem ſeruare neſcius, qua ratione nos traderet, iam me-*
*ditans, Lycae perſuaſit, vt auxilium iret quaeſitum,*
34 *dum ipſe in villa nos daret cuſtodiendos. In villam*
*venit, primaque fronte nos excepit, vt Lycas ipſe exce-*
*piſſet, et poſtquam, manibus inter ſe contritis, no-*
*ſtrum in Lycam mendacium exprobrauit, in cella, qua*
*diſcumbebamus, Aſcylto excluſo, nos includi iuſſit,*
*noluitque etiam illi in defenſionem noſtram aures prae-*
*bere, et poſtea Aſcylton ſecum abducens in caſtellum,*
35 *cuſtodibus, vſque ad reditum, nos tradidit. Iter*
*faciens incaſſum Aſcyltos Lycurgi animum tentat effran-*
*gere: nihil preces, nihil amor, nihil lacrimae promoue-*
*runt. Fratri ergo in mentem venit, nos a vinculis li-*
*berare: et certe, Lycurgi contumaciae ſuccenſus, dor-*
*mire cum eo noluit, ſicque, quod animo conceperat, fa-*
36 *cilius executus eſt. Familia primo ſomno ſepulta,*
*Aſcyltos noſtras ſarcinulas humeris impoſuit, et per*
*muri ruinam, antea obſeruatam, tranſiens diluculo ad*
*villam peruenit, quam, nullo obſtante, intrauit, cubicu-*
*lumque petiit noſtrum, quod cuſtodes claudi curaue-*
*rant. Apertura vero non difficilis; ligneum erat clau-*
*ſtrum, cuius firmitatem, inſerto ferro, laxauit; et*
*ſera delapſa, nos excitauit: ſtertebamus enim inuita for-*
37 *tuna. Vtque ob peruigilium, altus cuſtodes habe-*
*bat ſomnus, ad fragorem ſoli expergiſcimur: et A-*
*ſcyltos ingreſſus paucis narrauit, quae noſtri gratia fece-*
*rat. Pluribus non opus fuit. Dum amicimur, diligen-*
*ter mihi in mentem venit occidere cuſtodes, villamque*
38 *expilare. Conſilium Aſcylto declaraui: expilatio*
*pla-*

§. 38. expilatio] Villam *Lycurgi* vere expilatam eſſe, ex c. 117, 3. apparet, vbi *veſtis, rapinae comes, et quidquid Lycurgi villa graſſantibus praebuiſſet,* commemoratur.

*placuit, ſed abſque ſanguine optabilem exitum dedit:
omnes enim noſcens aedium aditus, in receſſum ſupelle-
ctarium, quem ipſe reſerauit, nos conduxit; et quod
precioſius erat, ſubducimus, dein ſummo mane egredi-
mur; et vias publicas declinantes, non quieuimus, donec
nos ſecuros eſſe credidimus. Tunc Aſcyltos, collecto* 39
*ſpiritu, exaggerauit, quanta cum laetitia villam Lycur-
gi, hominis auariſſimi, expilauerat: de cuius parſimo-
nia iuſte conquerebatur: nullam enim mercedem noctium
acceperat, menſaque ſicca et ſterili victitarat: adeo
quippe ſordidus erat Lycurgus, vt, inuitis opibus im-
menſis, etiam quae ſunt vitae neceſſaria, ſibi denegaret.*]

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
 Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.
Diuitis haec magni facies erit, omnia late
 Qui tenet, et ſicco concoquit ore famem.

*Neapo-*

v. 1. Nec bibit] Hos verſus, qui in Edd. vulgg. leguntur, c. 82, 5. huc impune poterat transferre *Nodotius*, quia certe non ad c. 82. pertinent; nihil enim praecedit, quo referri poſſint. Hoc epigramma a *Fulgentio Mytholog.* lib. 2. in *fab. de Tantalo*, a *Vincentio* in *ſpecul. Hiſtor.* 20, c. 25. atque, vt *C. Barthius* teſtatur, a *Silueſtro Giraldo* commemoratur. *Nec bibit* exhibet *Fulgentius*; *Non bibit*, *Vincentius*.

nec poma patentia] Sic *Burm.* legit cum *Fulgentio; Daniel* vero reperit *natantia*, quod etiam *Nodotius* hoc loco ſeruauit. Sed neque *Hom. Odyſſ.* λ. 581. neque alii poëtae commemorant *poma natantia*, ſed potius de arbore pendentia deſcribunt, nec alia poma verbum *carpit* indicat. Quod cum ſentiret *Scaliger* non conuenire pomis natantibus, ſubſtituit *ſumit* in *Catalectis*. *Vincentius* exhibet *poma aut pendentia*. *Munckerus* ad *Fulgentii Mytholog.* l. II. c. 18. mauult *poma aut fugientia*, vel *nec poma fugacia*, vt haec poma *Ouid.* appellauit; alii malunt *nec carpit pendula poma*, alii exhibent *nec poma pendentia*, quod metrum non fert: in *gloſſa Claudiani Mſ.* quem vidit *Heinſ.* legitur, *nec dependentia*. *Patentia* autem ſunt poma obuia, quae facile poſſunt capi. Sic *Prop.* 1. *El.* 9. *Qui non ante patet, donec manus attigit oſſa.*

v. 3. 4. late Qui tenet] *Nodotius* legit cum aliis, *omnia cernens Qui timet.* Sed ego cum *Burm. Fulgentii* lectionem ſecutus ſum, quia commodum ſenſum habet. Nam *late tenere* eſt locupletem eſſe; multa latifundia habere. *Ouid.* 5. *Met.* 130. *Dives agri Dorylas, quo non poſſederat alter Latius. Omnia* elegan-

1 *[Neapolim eodem die intrare volebat Aſcyltos; ſed imprudenter eſt, inquam, eo nos recipere, vbi, quantum coniicere licet, perquirendi ſumus: abſentes ergo*
2 *pro tempore peregrinemur: habemus vt bene ſit. Placuit conſilium, et ad pagum progredimur praediorum amoenitate formoſiſſimum, vbi non pauci ex noſtris familiaribus voluptate tempeſtiua fruebantur: ſed vix ad medium itineris peruenimus, ecce nimbus vrceatim detumens in vicum proximum fugere nos coëgit, et diverſorium ingreſſi, notauimus, ſe plures, imbris vitandi*
3 *cauſa, eo recepiſſe. Impediebat frequentia, ne obſeruaremur, ſic facilius in turba quid furari poſſemus, curioſis inueſtigabamus oculis, cum Aſcyltos humi ſaccellum, nemine aduertente, collegit, in quo multos inue-*
4 *nit aureos. Hoc primo fauſtoque omine plurimum exultamus, timentes tamen, ne quis illos repeteret, per pſeudotyrum clam egredimur, ibique ſeruum ephippiis equos inſtruentem vidimus, qui aliquid oblitus, domum repetens ab equis diſceſſit, et, eo abſente, ſuperbum pallium ephippio alligatum, loris ſolutis ſubripui: dein*
5 *ſecundum mapalia in ſyluam proximam effugimus. In nemoris receſſu magis in tuto poſiti, de occultando auro iactauimus multa; ne aut latrocinii argui poſſemus, aut ipſimet expilari: tandem ſtatuimus illud pannis tunicae detritae intus conſuere, quam ego poſtea ſcapulis impoſui, curaque pallii Aſcylto commiſſa, viis obliquis vrbem petere deſtinamus: aſt egredientes laeua haec audiuimus: non effugient, nemus ingreſſi ſunt, diuer-*

ganter addidit. vid. *Heinſ.* ad *Ouid. Ep.* 12, 27. Cui vero vocabulorum *late* et *omnia* coniunctio moleſta videtur, is poſſit forte legere *omnia lauta.*

§. 1. Neapolin] in hanc urbem eos proficiſci decreuiſſe, hic, atque eam intraſſe, paullo poſt fingit *Nodotius*, quia c. 81, 3. *Encolpius* queritur, ſe *in deuerſorio Graecae vrbis iacere deſertum.*

§. 4. pallium] c. 12, 2. *raptum latrocinio pallium* commemoratur.

§. 5. tunicae detritae] eius mentio fit c. 13, 1.

*diuerſis perquiramus, vt facilius prehendi poſſint. His* 6
*auditis, terror ingens ita nos inuaſit, vt Aſcyltos, Gi-*
*tonque, ſecundum dumos ad vrbem fugerint: ego vero*
*tanta feſtinatione reduxi gradum, vt ex humeris, me*
*non ſentiente, pretioſa tunica ceciderit: feſſusque tan-*
*dem, et vlterius progredi impotens, ſub tegmine ar-*
*boris recubui, vbi primum iacturam tunicae notaui.*
*Tum dolor vires reſtituit, ſurrexique ad theſaurum* 7
*perquirendum, et diu fruſtra diſcurri, donec labore*
*triſtitiaque attritus in tenebroſius nemoris latibulum pe-*
*netraui, vbi quatuor horis commoratus, et in tam hor-*
*renda ſolitudine moeſtus, exitum quaeſiui: ſed proce-*
*dens Ruſticum quemdam conſpexi: tunc omni conſtan-*
*tia mihi opus fuit, nec defuit: audacter ad illum pro-*
*greſſus ſum, et, qua ad vrbem iretur, petii, conquerens,*
*me diu in ſilua deerrare. Ille habitum meum miſera-* 8
*tus, quia letho pallidior eram, lutoque oblitus, inter-*
*rogauit, num aliquem in ſilua vidiſſem. Neminem, in-*
*quam: dein humaniſſime ad viam regiam me conduxit,*
*vbi duos ſibi familiares offendit, qui retulerunt, ſe per*
*omnes ſiluae ſemitas diſcurriſſe, nihilque praeter tuni-*
*cam, quam oſtendunt, inueniſſe. Illam repetere au-* 9
*dacia non valuit, vt fas eſt credere, licet, quanti erat,*
*probe noſſem: tunc vehementius dolere coepi, raptum-*
*que gemens theſaurum, Ruſticis non aduertentibus, et*
*ingraueſcente debilitate, ſolito lentius gradiebar. Tar-* 10
*dius igitur in vrbem perueni, et ſtabulum intrans A-*
*ſcylton ſemimortuum grabatoque reſolutum inueni, in*
*alium quoque lectum ipſe decidi, et ne quidem verbum*
*proferre potui. Perturbatus ille, quod tunicam* 11
*mihi creditam non videret, praecipiti voce illam a me*
*petiit. Sed ego deficiens, quod vox negabat, oculorum*
*lan-*

§. 8. regiam] hoc vocabulum addidi auctoritate *Ed. fragm. al- Petron.* *hac graec. recup.* quae prodiit 1693. ex *Nodotii Mſc.*

*languore explicui, viribus tandem paulatim redeunti-*
12 *bus, Aſcylto infortunium declaraui. At me iocari putauit; et quamuis ambitioſius lacrymarum imber ſacramenti teſtis foret, plane reuocauit in dubium, cre-*
13 *dens, ſe aureis me fraudare velle. Giton, inter haec ſtans, aeque moeſtus erat, ac ego ipſe, et dolor pueri triſtitiam augebat meam: ſed perquiſitio, quae de nobis fiebat, magis torquebat animum: rem Aſcylto declaraui, qui leuiter commotus fuit, quia ſe feliciter a negotio expedierat. Perſuaſus inſuper, nos eſſe ſecu-*
14 *ros, ignotos ſcilicet, et a nemine viſos. Morbum tamen mentiri voluimus, vt diutius in cubiculo morari liceret; ſed deficiente pecunia citius, quam ſtatueramus, migrare, et, cogente neceſſitate, manubia vendere oportuit.*]

## C A P. XII.

*Encolp. et Aſcylt. in foro pallium, latrocinio raptum, vendendum proponunt, et tunicam a ſe amiſſam, ruſtici humeris iniectam, vident.*

Veniebamus in forum, deficiente iam die, in quo notauimus frequentiam rerum venalium, non quidem pretioſarum, ſed tamen, quarum fidem male ambu-
2 lantem obſcuritas temporis facillime tegeret. Cum ergo et ipſi raptum latrocinio pallium detuliſſemus, vti occa-

C. XII. §. 1. fidem male ambulantem] *Meurſ. animad. miſc.* 4, 6. leg. *furem; Heinſ.* mauult *fidem male vacillantem*, vel potius *labantem. Douſa* in *Mſ.* ad *edit. Tornaeſii* legit *fide*, quod ad frequentiam referre, durum eſt. *Fides* vero *male ambulans* eſt *fides quaſi claudicans* mercium corruptarum pro bonis venditatarum, temporis obſcuritate vitia tegente, quae *Burmanni* interpretatio eſt ſequenda, ſi cum *Reiskio* intelligatur forum veſtiarium, quo vetuſtas veſtes ſtragulas et aliam ſupellectilem domeſticam vendebant. Sed ſi cum *Erhardo*, *Barthio* et aliis rerum furtiuarum forum indicari, ſumamus, *fides rerum male ambulans* non poteſt eſſe, niſi *poſſeſſio rei furtiuae, quae mala fide ambulat*, vel transfertur ad alios, qui eam vili pretio a fure emunt. Haec interpretatio videtur melior, quia *poſſeſſio per multos ambulare* dicitur ab *Vlpiano* l. 25. §. 8.

§. 2. raptum latrocinio pallium] ſcil. in villa *Lycurgi* v. c. 117, 3.

occaſione opportuniſſima coepimus, atque in quodam
angulo laciniam extremam concutere, ſi quem forte
emtorem ſplendida veſtis poſſet adducere. Nec diu 3
moratus Ruſticus quidam, familiaris oculis meis, cum
muliercula comite propius acceſſit, ac diligentius con-
ſiderare pallium coepit. Inuicem Aſcyltos iniecit 4
contemplationem ſuper humeros Ruſtici emtoris, ac
ſubito exanimatus conticuit. Ac ne ipſe quidem ſine 5
aliquo motu hominem conſpexi: nam videbatur ille
mihi eſſe, qui tuniculam in ſolitudine inuenerat; pla-
ne is ipſe erat. Sed cum Aſcyltos timeret fidem ocu- 6
lorum: ne quid temere faceret, prius tanquam emtor
propius acceſſit, detraxitque humeris laciniam, et di-
ligentius tenuit.

in quodam] V. Ed. in *remoto* angulo.

laciniam extremam] auro forte vel purpura diſtinctam. *Barth. aduerſ. l.* 25. c. 2. coniicit *laciniâ extremâ*, quoniam qui concutit, lacinia ſolet apprehendere.

ſplendida] *ſplendidior* volebat *Scriuerius*; *Mſ. Tornaeſ.* habet *ſplendor veſtis*, quod eſt elegantius.

adducere] *Heinſ.* coniicit *inducere*, i. e. fallere. Sed *adducere* eſt ſatis aptum, cum dicatur etiam pro *conciliare lenocinio*, vt *Ouid. Met.* 10, 441. ſaepius etiam pro *perſuadere.*

§. 3. oculis meis] In *C. Leid.* erat *tuis*, vnde *Scaliger* adſcripſerat *teneris*, i. e. *μύωψ*. Sed lect. *vulg.* melior.

muliercula] *Pſyche* v. c. 16, 3.

diligentius] *vett. Edd.* non habent, recte vero ex *Mſ. Tornaeſ.* inſertum eſt.

§. 4. inuicem] *Burm.* mauult *in vicem*, vt *Lucan.* 1, 16. *Inque vicem gens omnis amet.*

exanimatus] Ita recte *P. Daniel* emendauit, cum *vulgo* legeretur *examinatus.* Conticuit nimirum timore ſubito exanimatus, cum videret ruſticum, qui ex villa *Lycurgi*, quam expilauerant, videtur veniſſe.

§. 5. ne ipſe] *C. Leid.* *nec.*

motu] Quatuor *Codd.* auctore *Boſchio*, nec non *Edd.* quaedam habent *metu.*

§. 6. tenuit] *Burm.* putat, olim *tenvit* pro *tentauit* ſcriptum fuiſſe. Sed *tenuit* poteſt retineri, cum geſtum eius, qui, theſaurum ſuum ſe recuperaſſe, exiſtimabat, eleganter pingat.

## CAP. XIII.

*Encolpius auctor eſt, vt ſi ruſticus nolit tunicam, quam vident inviolatam, reddere, res in iudicium adducatur.*

O luſum Fortunae mirabilem! Nam adhuc nec ſuturae quidem attulerat Ruſticus curioſas manus, ſed tanquam mendici ſpolium etiam faſtidioſe venditabat.
2 Aſcyltos, poſtquam depoſitum eſſe inuiolatum vidit, et perſonam vendentis contemptam, ſeduxit me paullulum a turba: et (Ascyltos) Scis, inquit, Frater,
3 rediiſſe ad nos theſaurum, de quo querebar? Illa eſt tunicula adhuc, vt apparet, intactis aureis plena. Quid igitur facimus; aut quo iure rem noſtram vindicamus?
4 (Encolp) Exhilaratus ego, non tantum quia praedam videbam, ſed etiam, quod fortuna me a turpiſſima ſuſpicione dimiſerat, negaui circuitu agendum, ſed plane iure ciuili dimicandum, vt, ſi nollet alienam rem domino reddere, ad interdictum veniret.

Cap. XIII. §. 1. luſum] *Burm.* neſcit, an non praeſtet *ludum.* Sed *luſus*, et quaſi *iocus* fortunae non minus aptus eſt.

ſuturae] *Mſ. Tornaeſ.* habet *furtiuae*, pro quo *Putean. furtiue* legendum cenſet. Sed *ſuturae*, quod habet *C. Leid.* recte reſtituit *Scaliger*, et *Burm* quoque edidit, quia tunicae *inſuti* erant aurei.

§. 3. Quid igitur] *ergo C. Leid.*

facimus] f. *faciamus*, vt *Ter. Eun* 1, 1. *Quid igitur faciam?*

vindicamus] f. *vindicemus.*

§. 4. plane] *Barth. adu.* 21, 6. volebat *plano iure*, i. e. cui nihil poſſet obſtare. Sed *Burm.* dubitat, an ita locutus ſit quisquam; et *plane* poteſt ſeruari, quia ſaepe apud *Petron.* ſignificat, *omnino*, *certiſſime*, *ſine dubio.*

turpiſſima ſuſpicione] ſuſpicatus erat, fratrem tunicam, ipſi creditam, ſibi ſeruaſſe.

domino] recte inſertum eſt ex *Mſ. Tornaeſ.* a *Burm.* et *al.*

## CAP. XIV.

*Aſcylto autem tutius videtur, tunicam redimere pecunia, ex pallio comparata. Illud vero cum mulier ſibi vindicare vellet, hi, tunicam ſuam eſſe, proclamant.*

Quid faciant leges, vbi ſola pecunia regnat,
Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?
Ipſi, qui Cynica traducunt tempora coena,
Nonnumquam nummis vendere verba ſolent.
Ergo iudicium nihil eſt, niſi publica merces,
Atque Eques, in cauſſa qui ſedet, empta probat.

Con-

C. XIV. §. 1. faciant] Haec lectio *Ed. primae*, *Cod. Samb.* et *Trag.* melior eſt, quam *faciunt*, quod *Mſ. Tornaeſ.* habet. Senſus enim eſt: quid *efficere poſſunt* leges?

regnat] alii *pugnat*, vti in *Cod. Auſonii Voſſiano* reperit *Burm.* et *Scaliger* ad *C. Leid.* marginem notauit: opponitur *vincere* verſ. ſequ.

nulla] i. e. non; in *C. Leid. Mſ. Tornaeſ.* et exemplari *Autiſiod.* *nuda* legitur, quod paſſim in *Mſſ.* cum *nulla* commutatur, vt *Ouid.* 1. *Amor.* 8, 113. Atque haec lect. videtur poeta dignior; hinc cum *Heinſ.* pro *Aut*, quod ſaepius ex *haut* ortum eſt, quia *h* non ſemper exprimitur a librariis, *haut* et pro *vbi*, *ibi* lecto, malim: *Haud ibi paupertas vincere nuda poteſt.*

vincere] *C. Trag. viuere.*

coena] *C. Leid. Colb. al. cera C. V. ſera*, vnde *Scaliger ſecta* efficiendum putabat. *Heinſ.* maluit *pera*, quia *pera Cynicorum*, in qua eſcam repoſitam habebant, ſatis nota eſt. Sed *coena*, quod reperitur in *Ed. pr.* in *C. Samb.* et *Trag.* retinendum, et de ſiliquis, leguminibus, et viliſſimo victu, quo vtebantur Cynici, intelligendum eſt.

vendere] *verba ſolent emere C. Samb. Autiſiod. Trag. Putean.* et *Edd. pr.* Haec lect. ſi ſeruaretur, ipſi philoſophi, pecuniae contemtores, dicerentur *verba*, i. e. ſententias iudicum, redimere muneribus. Melius vero ſe habet lect. aliorum ab *Hadrian. Burm. aliisque* edita, ipſi adeo ſtudioſi frugalitatis ſolent vendere ſententias pro muneribus. *Voſſius* maluit *vera.* Sed ſententiae iudicum ſunt intelligendae, vt docet verſ. ſequ. quas eleganter expreſſit per *verba*, quia vno verbo, vel adeo vna litera tabellae iudiciali inſcribenda, aliquem abſoluebant, vel condemnabant. Iam Auguſti tempore *Tac.* 1. *Annal.* 2, 4. dicit *leges vi, ambitu, poſtremo pecunia turbatas.*

Ergo] *al. Iam nunc*, vt tradit *Tornaeſ.*

merces] Sic fit iudicium *merces*, quam quaſi reipublicae auctoritate a litigantibus, qui ius obtinere cupiunt, iudices exigere poſſunt. Poſſit aliquis ſuſpicari, *merx* legendum eſſe. Quia vendunt iudices iudicia, et ſententias ſuas, iudicium iam videtur quaſi merx venum expoſita. Tum leui mutatione admiſſa, verſus ſic eſſet conſtituendus:

 Ergo

2 Contra Aſcyltos leges timebat: et, (ASCYLT.) Quis, aiebat, hoc loco nos nouit? aut quis habebit dicentibus fidem? Mihi plane placet emere, quamuis noſtrum ſit, quod agnoſcimus, et paruo aere recuperare potius theſaurum, quam in ambiguam litem de-
3 ſcendere. (ENCOLP.) Sed praeter vnum dupondium, quo cicer lupinosque deſtinaueramus mercari, nihil ad

*Ergo iudicium nil hic niſi publica merx eſt.*

At *Petronio* fortaſſe *merces* idem erat, quod merx; certe apud eius imitatorem, *Sarisberienſem lib.* 3. *Policrat.* c. 13. ſic dicitur: *filia namque decentior — publica merces eſt, expoſita quidem, ſi emtorem inueniat.*

eques] iudex, vel conſilium iudicum, in quod adhibebantur etiam equites *Rom. Caſſiodorus* enim in *Chronico* ait: *Q. Seruilio et C. Atilio Serrano Coſſ. per Seruilium Caepionem Conſularem iudicia equitibus et ſenatoribus communicata.* Interdum in equeſtrem ordinem ſolum ſunt translata: v. c. *a C. Graccho,* trib. pleb.

in cauſſa] *C. V. in cera qui probat emta, ſedet. Rittershuſ.* ad *Plin. ep.* 10, 48. legit, in *cauea qui ſedet*, in area enim in theatro medio, velis conte ta, ſubſellia ſua habebant equites. Sed in *cauſſa ſedere*, i. e. ad litem diiudicandam ſedere, eſt melius, idque exhibent *Codd.* optimi et *Edd. pr.*

probat] Quae ſequuntur vſque ad c. 16, 1. *Sed vt primum* deſiderantur in *Cod. Samb. Colb.* et *Trag.* In *Ed. prima* vero lacuna vſque ad c. 17, 5. *Vtique noſtra* etc. pertinet.

§. 2. Contra] indicat, haec referenda eſſe ad c. 13, 4. Hinc verſus alieno loco inſerti videntur, qui melius vel *poſt leges timebat*, vel poſt *litem deſcendere,* poni potuiſſent.

dupondium, quo cicer] Olim legebatur *diſpondium, ſicel, lupinosque.* In *vetere libro* hoc *Putean.* ita emendatum reperit: *dupondium, quibus ſicelion* (herbam pulicarem) *lupinosque*, vel *quibus ſiſer* (genus oleris) *lupinosque*, quod rectius videtur; mauult tamen *Putean. dupondium, ſicel* (ſiclum). *Turneb. adverſ.* 19, 7. pro *ſicel* ſubſtituit *ſcilicet* et lupinos veros aſſimilare nummos, exiſtimat. *Codd.* quidam habent, *Tornaeſio* auctore, *dipondium ac ſicilium,* (quartam vnciae partem) *quibus lupinos* etc. Alii *Codd. praeter vnum dipondium ſicilicum, quibus lupinos* etc. pro quo *Scaligero* legendum videtur: *praeter vnum dipondium ſicilicumque, quibus lupinos*, quod recepit *Hadrianid.* et editor *Ed. Helinop.* Sed *Anonym.* in *Mſ.* iuxta *Douſae P.* manum ad *Ed. Tornaeſ.* et *Gronouius* l. 4. *de pec. vet.* c. 12. eam, quae a *Boſchio, Burm. al.* in textum recepta eſt, emendationem propoſuerunt, ſatis probabilem, quia praeter *Hor.* et *Mart.* noſter quoque c. 66, 4. vtrumque iungit, qui erat victus tenuiorum. *Barth. adu.* 21, 6. locum ſic corrigit: *vnum dupondium, lupinos quinque, quibus deſtinatum quiremus mercari* etc. Sed iam hac correctione non egemus.

ad manum erat. Itaque ne interim praeda diſcede- 4
ret, vel minoris pallium addicere placuit, vt pretium maioris compendii leuiorem faceret iacturam. Cum 5
primum ergo explicuimus mercem, mulier operto capite, quae cum Ruſtico ſteterat, inſpectis diligentius ſignis, iniecit vtramque laciniae manum, magnaque vociferatione, latrones, tenere, clamauit. Contra, 6
nos perturbati, ne videremur nihil agere, et ipſi ſciſſam et ſordidam tenere coepimus tunicam, atque eadem inuidia proclamare, noſtra eſſe ſpolia, quae illi poſſiderent. Sed nullo genere par erat cauſſa noſtra, 7
et conciones, quae ad clamorem confluxerant, noſtram, ſcilicet de more, ridebant inuidiam; quod pro illa parte vindicabant pretioſiſſimam veſtem, pro hac

§. 4. interim] *Scaliger* ait, optimum *Cod.* habere *ne viritim pr. diſcederet*, i. e. ne praeda diuideretur ex euentu litis; haec vero ſuo loco mota et poſt *deſcendere* inſerenda exiſtimat.

*leuiorem fac. iacturam*] *Io. F. Gron.* legendum exiſtimat, *leuior iactura* i. e. vt parua iactura pallio minoris addicto facta, nobis ſuppeditaret pecuniam ad maius lucrum faciendum redimenda tunica aureis plena. *Burm.* coniicit, ſcriptum olim fuiſſe: *vt ſpes maioris compendii leuiorem faceret iacturam.* Sed locus ſanus eſſe et hunc ſenſum habere videtur: vt id, quod ex pallio, minoris addicto, eſſet rediturum, quod eſſet futurum pretium maioris compendii (tunicae aureis plenae) leuiorem faceret iacturam, factam tunica iſta amiſſa.

§. 5. operto] non *aperto*, vt alii exhibent; feminae enim in publico capite operto erant; atque haec quidem c. 16, 3. *operto capite* occurrit.

§. 6. tenere] *ſe* intelligendo eſt addendum, vt c. 15, 4. c. 28, 3. Sed hoc cum durum videatur, h. l. valde mihi arridet coniectura *Heinſii*, qui mauult *tenete!* eaque confirmatur loco ſimili: c. 138, 3. *prehende furem! clamant.*

§. 7. noſtra] in *C. Leid.* pro noſtra legitur *nam*, hinc *Boſch.* mauult *cauſſa noſtra, nam et.*

conciones] *Salmaſius de vſuris* p. 344. legit *cociones*, quo nomine ait eos inſignitos a latinis, quos graeci καπήλες, μεταβόλες et propter aſſiduam in foro moram, ἀγοραίες dixerunt. Neque haec coniectura mihi videtur ſpernenda. *Conciones* tamen poteſt multitudinem populi temere congregati, vel turbam ſignificare. vid. *Cic. Verr.* 4, 110. nec ſoli cociones, ſed omnis multitudo ad eiusmodi clamorem ſolet confluere.

noſtram ridebant inuidiam] alii *inſcitiam*, vt tradit *Tornaeſ. Heinſ.* mauult *noſtra ridebant inuidia.* Sed inuidiam ridebant, qua iſti proclamauerant §. 6.

hac pannuciam ne centonibus quidem bonis dignam.
8 Hinc Aſcyltos bene riſum diſcuſſit, qui, ſilentio facto,
(Ascylt.)

## CAP. XV.

*Placet vtriusque permutatio, ſed cauſſidici iubent vtrumque apud ſe deponi. Iam vero ſolum pallium deponitur; et Encolp. et Aſcylt. recuperata tunica, in deuerſorium abeunt.*

Videmus, inquit, ſuam cuique rem eſſe cariſſi-
mam, reddant nobis tunicam noſtram, et pallium
2 ſuum recipiant. (Encolp.) Etſi Ruſtico, mulieri-
que placebat permutatio, Aduocati tamen, iam paene
nocturni, qui volebant pallium lucrifacere, flagita-
bant, vti apud ſe vtraque deponerentur, ac poſtero
3 die Iudex querelam inſpiceret. Neque enim res tan-
tum, quae viderentur in controuerſiam eſſe, ſed lon-
ge aliud quaeri, in vtra parte ſcilicet latrocinii ſuſpicio
4 haberetur. Iam ſequeſtri placebant, et neſcio, quis
ex

§. 8. bene] reſtitui ex feliciſſima coniectura *Iungermanni,* quae etiam in *Ed. Helinopolitana* (vel Francofurtana) a. 1610. exhibetur. Eaque aptior eſt, quam lect. *vulg. pene* ab *Hadrianid. Boſch. Burm:* *al.* edita. *Barth. adu.* 21, 6. legit, *pene riſum riſu diſcuſſit. Gronouium* legere, *Aſcyltos periculum diſcuſſit*, in *Cod.* quodam notatum reperit *Burm.* qui coniicit legendum eſſe: *hunc Aſc. bene riſum discuſſit.*

C. XV. §. 1. Videmus] *Leid. Videamus.*

§. 2. iam paene nocturni] *Schopp. veriſim.* 1. 16. auctor nobis eſt, vt legamus *bene nocturni.* Sed *paene* rectius ſeruatur. *Petronius* enim voluit indicare, aduocatos, ſole fere occidente, quae ſuprema iuridicundo tempeſtas erat ex lege XII. tabularum, praedae et lucro inhiaſſe. Etenim *nocturni* non ſunt, vt *Turnebus* et *Scaliger* putabant, *fures*, ſed qui noctu aliquid agunt. Sic *Cic.* dixit 4. *Verr.* 43. *nocturnos milites*, et *Petron.* c. 9, 9. *nocturnum percuſſorem.*

§. 3. viderentur] *Mam. Patiſſ. videretur.*

in controuerſiam] Hanc lect. *Cod. Mem.* aliorumque recte reſtituit *Turnebus aduerſ.* 19, 7. atque edidit *Burm.* praeeuntibus *Hadr. Boſch.* et *al.* Hic enim modus loquendi *Ciceroni*, aliisque veteribus vſitatus erat. cf. *Voſſ.* de *Conſtruct.* 65.

in vtra] alii apud *Tornaeſ. quod in vtraque.* Sed pro *vtraque* iam *P. Daniel* malebat *vtra*, quod eſt rectius.

§. 4. placebant] *ſcil.* ruſtico et mulieri.

ex concionibus, caluus, tuberoſiſſimae frontis, qui ſo-
lebat aliquando et cauſſas agere, inuaſerat pallium,
exhibiturnmque craſtino die, affirmabat. Ceterum 5
apparebat nihil aliud quaeri, niſi vt ſemel depoſita ve-
ſtis inter praedones ſtrangularetur, et nos metu crimi-
nis non veniremus ad conſtitutum. Idem plane et 6
nos volebamus. Itaque vtriusque partis votum caſus
adiuuit. Indignatus enim Ruſticus, quod nos cen- 7
tonem exhibendnm poſtularemus, miſit in faciem
Aſcylti tunicam, et liberatos querela iuſſit pallium de-
ponere, quod ſolum litem faciebat. Ergo recupera- 8
to, vt putabamus, theſauro, in deuerſorium praecipi-
tes abimus, praecluſisque foribus, ridere acumen
non minus concionum, quam calumniantium, coe-
pimus, quod nobis ingenti calliditate pecuniam red-
didiſſent.

Nolo, quod cupio, ſtatim tenere; 9
Nec victoria mi placet parata.

*[Quum aureos extraheremus, tunicam diſſuendo,* 1
*audiuimus aliquem a Diuerſitore petentem,* (Lictor)
*quod hominum genus ſtabulum iam nunc intrauerat?*
(Encolp.) *Hac voce perterritus, eo egreſſo, ad ſcien-* 2
*dum, quid eſſet, deſcendi, acccpique Praetoris Licto-*
*rem*

aliquando] *al. alioqui. Tornaeſ.*

et cauſſas agere] *C. Leid. aliquando etiam ad cauſſas.* Hoc illuſtrat *Burm.* formula *ad ſtellas facere* c. 62, 4. vſurpata; quae mihi huic non plane ſimilis videtur, praeſertim cum *ſtelas* legendum ſit.

exhibiturumque] *ſcil. ſe* cf. *not.* ad c. 14, 5.

§. 5. depoſita veſtis] *Scaliger* ad oram *Cod. Leid. depoſita veſte is.*

§. 6. Idem plane] ſcil. vt pallium deponeretur.

§. 8. calumniantium] *al. criminantium. Tornaeſ.*

calliditate] *Oeueringius* emendat *caliditate.*

§. 9. Nolo] hi verſus indicant, quam grata fuerit vtrique praeda, non ſine difficultate recuperata; ſi quidem hic ſuo loco ſint poſiti. De quo dubitari poſſit, quia *Edd.* quaedam, vt *Boſch.* et *Hadrianid.* eosdem, c. 93, 1. repetunt.

*rem, qui pro officio curabat exterorum nomina inſcribi
in publicis codicibus, duos vidiſſe aduenas domum in-
gredi, quorum nomina nondum in acta retulerat, et
idcirco de illorum patria, et occupatione inquirere.*
3 *Haec ita perfunctorie narrauit Diuerſitor, vt mihi ſu-
ſpicionem dederit, nos hic non in tuto eſſe; atque, ne
deprehenderemur, placuit egredi; nec, niſi noctu, do-
mum repetere: itaque diſcedentes officium caenae Gitoni*
4 *mandauimus. Vt nobis in animo erat vias publicas
declinare, per ſolitarias vrbis regiones gradimur, et
ſub veſperum in loco ſemoto obuias habuimus duas mu-
lieres ſtolatas haud indecores, quas lento gradu ſecuti
ſumus vſque ad ſacellum, quod ingreſſae ſunt, et vnde
murmur inſolitum, quaſi voces ex antri penetralibus*
5 *erumpentes, audiuimus. Curioſitas ſacellum intrare
etiam nos impulit, ibique complures, Bacchantium in-
ſtar, mulieres vidimus, quae in manu dextra Priapi-*
6 *nos faſcinoſos geſtabant. Plus videre non licuit:
nam, vt nos animaduerterunt, tam magnum clamorem
ſuſtulere, vt intremuerit templi camera; et nos corri-
pere conatae ſunt: ſed velociter ad diuerſorium con-
fugimus.*]

## CAP XVI.

***Quartillae, cuius cryptam turbaſſe dicuntur, ancilla, foribus vi apertis, intrat, et dominae aditum iis annunciat.***

Sed vt primum beneficio Gitonis praeparata nos impleuimus coena, oſtium ſatis audaci ſtrepitu impulſum exſo-

§. 5. ſacellum] hoc *Nodotius* collegit ex c. 16, 3. et 17. 8. 9.

C. XVI. §. 1. Satis audaci] *Codd. vett.* vt *Samb. Leid.* et *Trag.* et *Edd. vett. non* addunt: quod abundare, iam *Tornaeſ.* vidit. Hinc illud recte omiſerunt *Wouw. Hadrianid. Boſch. Burm.* et *al. Barth. in racem.* ad h. l. ex *oſtium non ſatis* efficit *oſtiolum ſatis*, ne nimis multae literae ſint delendae. Iam quidem *adu.* 36, 9. lect. *vulg.* tuetur, ſed ſumit, quod nullo exemplo defendi poteſt, *audax* ab *audire* eſſe ducendum. *Anonym.* quidem putat, aliquid excidiſſe, v. c. haec: *non ſatis firma ſera munitum*

*audaci*

exſonuit. Cum ipſi ergo pallidi rogaremus, Quis 2
eſſet: (Psyche) Aperi, inquit, iam ſcies. (Encolp.)
Dumque loquimur, ſera ſua ſponte delapſa cecidit, re-
miſſaeque ſubito fores admiſerunt intrantem. Mulier 3
autem erat operto capite, illa ſcilicet, quae paullo ante
cum Ruſtico ſteterat: (Psyche) et, Me deriſiſſe, in-
quit, vos putabatis? Ego ſum ancilla Quartillae, cu-
ius vos, ſacram ante Cryptam turbaſtis. Ecce ipſa 4
venit ad ſtabulum, petitque, vt vobiſcum liceat loqui:
nolite perturbari; nec accuſat errorem veſtrum, nec
punit: imo potius miratur, quis Deus iuuenes tam vr-
banos in ſuam regionem detulerit?

CAP.

*audaci ſtrepitu* etc. ſed hoc ſumere, multo audacius eſt, quam *non* delere. *Burm.* mauult *mox* ſubſtituere.

§. 2. ipſi] *cum et ipſi ergo C. Colb. Trag. Edd. vett. Burm.* et *al. Tornaeſ.* vero *cum ergo et ipſi alii.* Sed *et* deleui, quia nondum alii introducti ſunt, qui et ipſi rogarent. *Barthius* coniicit: *cum et ipſe et ego.*

Dumque] *que*, quod non ſuperuacaneum eſt, reſtitui ex *Cod. Samb. Trag. Colb.* quamquam omnes, quas inſpexi *Edd.* praeter *Plantinianam*, etiam *Burm.* copulam neglexerunt.

ſera ſua ſponte] *iam ſua ſp. C. Memm.*

delapſa] hoc fieri potuit, quia vt *Turneb. adu.* 19, 7. obſeruat, veterum ſerae exemtiles erant, et quoties fores reſerabantur, ſerae remouebantur. Hinc *Ouid.* 1. *Amor. Eleg.* 6. ait: *Excute poſte ſeram.* Sunt tamen, qui magico artificio ſeram remotam dici, exiſtiment, quia *Quartilla* ſaga fuerit: conferuntque *Virg. Aen.* 6, 81. Ceterum *delapſa cecidit*, aliaque ſynonyma ſaepius iunguntur ab auctoribus latinis, inprimis a poëtis, vt *Stat.* 2. *Theb.* 251.

remiſſaeque] ita *C. Samb. Biturig. Leid. Trag. Colb.* et vnus ex *Codd. vett.* a *Puteano* commemoratus, habent: quam lect. repoſui, quia eſt verior; remiſſae enim, id eſt laxatae, fores quidni poſſint dici, ſera delapſa, vt arcus remiſſus dicitur? *recluſaeque*, quod habent omnes, quarum copia mihi fuit, *Edd.* etiam *Burm.* ex coniectura videtur receptum.

§. 3. et, Me] *Heinſ.* forte *eccè me.*

et Me d. i. vos p.] *Cod. Mem. et deriſiſſe, inquit, vos me putatis. C. Trag. ex . . . me d. i. v. putabatis*, quaſi aliquid excidiſſet.

cuius vos] *cur vos C. Samb.* et *Trag.* hoc recte ſic correctum eſt, vt c. 6, 1. vbi pro *neſcio cur quis*, *neſcio cuius, qui*, eſt ſubſtitutum.

ſacram ante cryptam] Haec lect. *C. Samb. Memm. Leid. Trag. al.* a *Boſch. Burm.* et *al.* recepta, recte ſe habet; nam crypta ſignificat locum abditum, h. l. ſpecum Neapolitanam, ſi prope Neapolin ea, quae hic narrantur,

geſta

## CAP. XVII.

*Quartilla ingreſſa eos increpat, excuſat, denique obteſtatur, ne quae in Priapi ſacello viderint, vulgare audeant.*

(ENCOLP.) Tacentibus adhuc nobis, et ad neutram partem aſſentationem flectentibus, intrauit ipſa vna comitata virgine, ſedensque ſuper torum meum,
2 diu fleuit. Ac ne tunc quidem nos vllum adiecimus verbum, ſed attoniti eſpectauimus lacrymas ad oſten-

geſta ſunt, quod ex c. 81, 3. colligunt, vbi *graecae vrbis deuerſorium* commemoratur, idque confirmatur *P. Danielis vet. gloſſ.* quod eiusmodi nobis fragmentum ſubminiſtrat ex 1. *ſatyrarum Petron. ſatis conſtaret, eos, niſi inclinatos, non ſolere tranſire cryptam Neapolitanam:* atque in iſta crypta fuiſſe ſacellum Priapi, ex c. 17, 8. intelligitur. Iam ſiue *turbare* reddideris *turbas dare ante cryptam:* ſiue ſumſeris, dici *turbatam cryptam, ante* (i. e. antea) *ſacram*, nunc profanatam interruptis nimirum ſacris, quod eſt probabilius, quia timent, ne, quod in ſacello Priapi viderint, vulgare audeant: locus recte ſe habet. Erant enim duplicia Priapi ſacra, quorum illa in aperto loco peragebantur, haec magis propudioſa in ſubterranei ſacelli receſſu. *Heinſius* legit *ſacra ante cryptica. Salmaſ.* ad *Spartian. vitam Hadr.* c. 13. *ſacra inante crypta*, i. e. ſacra ante hoc tempus ſecreta et occulta. *Barth. adu.* 21, 6. *ſacrum* (quod *C. Autiſiod.* et *al.* habent) *ante cryptam. Burm.* idem, vel *ſacra ante cryptam*, vti editum eſt ab *Hadrian.* et in *Ed. Helionop.* legendum exiſtimat.

C. XVII. §. 1. aſſentationem] Sic *Codd.* et *Edd. vett.* exhibent. *Guilielmus* et alii malunt *aſſenſionem.* Sed aſſentari pro aſſentiri vſurpauit etiam *Plaut. Moſtell.* 1, 3. et alibi, vbi *Lamb.* temere ſubſtituit aſſentiri. vid. Interpretes ad *Vell. Paterc.* 2, 48.

§. 2. adiecimus] *Burm.* olim putabat *eiecimus* legendum, poſtea *ſubiecimus*, quod ſignificat, ſubiungere prioribus verbis *Sueton. Aug.* 98. Quidni vero *adiicere*, vel addere verbum, poſſit referri ad verba *Quartillae*, aut ſi quis malit, ad ea, quae tum gerebantur? vt ſenſus hic ſit: iis, quae viderant, ne verbum quidem adiecerant. Sic adiicere dicitur c. 11, 4. nec aliter c. 34, 9.

eſpectauimus] Sic quia *expectauimus*, quod habent *Codd.* et edidit *Burm.* cum aliis, huic loco plane non conuenit, repoſui ex coniectura *Gesneri* in *theſaur.* idem verbum *Plaut. Aul.* 4, 8, 7. viro docto occurrere videtur, vti *eſpicere Plaut.* 5. 8. pro *adſpicere* dicitur. At ſi quis hoc verbum *Petronio* nolit condonare, cui talia eſſe condonanda, ex pluribus exemplis videbimus, is poſſit cum *Sambuco* legere *ſpectare*, quod centies cum *expectare* commutatum eſſe, notauit *Munkerus* ad *Hygin. Aſtron.* 1, 6. et *Geſner.* ad *Plin. Panegyr.* 31. *Barth.* in *racem.* coniicit *expu tauimus. Gruterus ſuſpic.* lib. 8, 8. melius *adſpectauimus. Cuperus ſuſpectauimus* tentabat pro *ſuſpectas habuimus. Burm.* putat, *deſpe-*

oſtentationem doloris paratas. Vt ergo tam ambi- 3
tioſus detonuit imber, retexit ſuperbum pallio caput, et manibus inter ſe vſque ad articulorum ſtrepitum conſtrictis, (QVARTILLA) Quaenam eſt, inquit, 4
haec audacia? aut vbi fabulas etiam anteceſſura latrocinia

*deſpectauimus* poſſe ferri, quia *Quartilla* in toro ſedebat. Idem tamen *expauimus* legendum arbitratur.

oſtentationem] *C. Samb.* et *Trag. oſtenſionem; oſtentatio* melior, quia non verus erat ille dolor, ſed fictus.

§. 3. Vt ergo] *al. vt vero.*

detonuit] Sic recte edidit *Burm.* praeeuntibus *Hadr. Boſch. Wouw. al.* et *Codd.* omnibus. Vti enim apud *Solin.* 14. *bellorum procellae,* apud *Flor.* 2, 6. *turbo,* ſic *imber,* cui tonitrua ſaepe ſunt iuncta, poteſt dici *detonuiſſe. Gruterus* autem mauult, *detumuit, ſuſpicion.* 6, 6. metaphora a fluminibus repetita: atque hoc vocabulum *Nodotius* recepit; nec ego negauerim, hanc mutationem eſſe ſatis elegantem: eam tamen lectioni *Codd.* praeferre non auſim; cum, quanta ſit *Petronii* in metaphoris audacia, notum ſit.

retexit] *C. Bitur.* et *al. detexit.* Sed *C. Tr.* et *Samb. retexit.*

inter ſe vſque ad articulorum] *C. Leid. interius in articulorum.*

conſtrictis] Hanc lect. *C. Leid.* et *Tholoſ.* ad quam prope accedit *C. Samb.* et *Trag.* in quibus *ſtrictis* legitur, *vulgatae: contritis,* quam habet *Burm. Hadr. Boſch.* etiam *Nodot.* et *al.* praetuli, quia manibus conſtringendis facilius oritur ſtrepitus, quam conterendis.

§. 4. haec] quod vocabulum ignorat *C. Trag.* et *alii,* vt tradit *Mam. Patiſſ.* in *iſta* mutari vult *Heinſ.*

etiam anteceſſura] Sic ex *Mſ. Tornaeſ.* et *C. Leid.* reſcripſi, quia ex hac lect. ſenſus commodus elici poteſt, nulla coniectura admiſſa, ſcilicet hic: vbi didiciſtis *latrocinia, fabulas etiam* (i. e. *adeo,* cum enim hanc vim habet, commode poſtponitur ſubſtantiuo) anteceſſura? Fabulae nimirum ſunt fictae de latrociniis hiſtoriae, quas *Iuſtin.* 11, 3. *ſcelerum priorum fabulas* dixit. *Antecedere* vero h. l. ſignificat *ſuperare.* Ita hoc verbo vſus eſt *Sen.* 7. *natur. Quaeſt.* 31. *muliebres munditias anteceſſimus. C. Samb.* et *Trag.* exhibent *fabulas et anteceſſura latrocinia:* et ſic *vulgo* legitur. *Vet. Cod.* habet *etiam anteceſſuras,* vt *Scaliger* legendum putat. *Barthius* coniicit ad *Claud. de rapt. Proſerp.* 1. *ante exercita latrocinia,* ſed in *Ed.* altera, *et ante ſecura latrocinia dedidiciſtis.Schopp. Veriſim.* 2, 2. legendum proponit *et anteceſſa eas latrocinia,* vnde anteceſſa latrocinia recepit *Nod. Schoppius* verius putat: *et arte ceſſura latrocinia,* i. e. artiſiciose vobis ſucceſſura. *Anonym.* exiſtimat, ſcribendum *antecoenaria,* quia coenam praeceſſerant. *Douſa* pro voc. *fabulas* ſubſtituit *rapinas. Heinſ.* ſcribit: *aut vbi et fabulas anteceſſura latrocinia didiciſtis,* quod recepit *Burm.* Ceterum latrocinia, quorum *Quartilla* accuſat *Aſcylton* et *Encolpium,* videntur facta eſſe prope cryptam ſacram; forte ibi pallium, cuius mentio ante fiebat, abſtulerunt.

nia didiciſtis? Miſereor, me Dius Fidius, veſtri: neque
enim impune quisquam, quod non licuit, adſpexit.
5 Vtique noſtra regio tam praeſentibus plena eſt Numi-
nibus, vt facilius poſſis Deum, quam hominem in-
6 uenire. Ac ne me putetis vltionis cauſſa huc veniſſe,
aetate magis veſtra commoueor, quam iniuria mea.
Imprudentes enim, vt adhuc puto, admiſiſtis inexpia-
7 bile ſcelus. Ipſa quidem illa nocte vexata, tam pe-
riculoſo inhorrui frigore, vt tertianae etiam impetum
timerem: et ideo medicinam ſomno petii, iuſſaque
ſum vos perquirere, atque impetum morbi, monſtra-
8 ta ſubtilitate, lenire. Sed de remedio non tam valde
laboro: maior enim in praecordiis dolor ſaeuit, qui
me vſque ad neceſſitatem mortis deducit: ne ſcilicet
iuuenili impulſi licentia, quod in ſacello Priapi vidi-
ſtis,

quod non licuit] ſacrum Priapi myſticum. Idem fere *Propert* 4. *Eleg.* 10. de occultis Bonae deae ſacris:

*Femineae loca clauſa deae, fontesque piandos,*
*Impune et nullis ſacra retecta viris.*

§. 5. regio] *C. Bitur.* et *Colb.* *regia.*

plena eſt numinibus] ridet *Petron.* apotheoſes tum nimis frequentes.

inuenire] inde ab hoc verbo vſque ad c. 18, 6. *Contemni* etc. eſt lacuna in *Ed. Ven.*

§. 6. aetate magis veſtra] *C. Memm.* et *Scalig.* *aetatis veſtrae* ſcil. cauſſa, quod eleganter poteſt intelligi. Sed *Heinſ.* legendum exiſtimat: *aetatis magis veſtrae flore.* At *aetate magis veſtra*, quod reperitur in *Cod. Samb.* *Trag. al.* rectius ſeruatum eſt a *Burm.* et aliis, quia terminatio eadem vocabulorum ſine alius interuentu ſeſe excipientium aurem offendit.

§. 7. timerem] vera procul dubio lect. pro qua *C. Autiſiod.* exhibet *timeam.* Hinc *timebam* in *C. Samb. Colb. Leid. Trag.* vitio librariorum ortum.

ſomno petii] aegrotantes in templis *Aeſculapii* aliorumque deorum cubare ſolebant, vt per oracula ipſis remedia morbi indicarentur. cf. *Suet.* *Veſpaſ.* 7.

ſubtilitate] *Erhard.* coniicit *vtilitate*, *Heinſ.* *ſalubritate.* Sed *Burm.* defendit *ſubtilitatem*, quae ſignificat *ab ingenio excogitatum remedium;* imo vero *artem haud vulgarem*, vt c. 31, 3. *ſubtilitas* dicitur.

§. 8. impulſi licentia, quod] *C. Samb. Leid. Trag.* *iuuenili impulſu licentiam, quam:* lectio non contemnenda; erant enim ſacra obſcoeniſſima. vid. *Priapej.* c. 34.

ſtis, vulgetis, Deorumque conſilia proferatis in populum. Protendo igitur ad genua veſtra ſupinas ma- 9
nus, petoque et oro, ne nocturnas religiones iocum riſumque faciatis, neue traducere velitis tot annorum ſecreta, quae Myſtae vix omnes nouerunt.

## CAP. XVIII.

*Encolpius et ſilentium pollicetur, et adiumentum in tertiana ſanandа. Hinc illa ei blanditur, atque vna cum ſuis comitibus in riſum effunditur.*

(ENCOLP.) Secundum hanc deprecationem lacrymas rurſus effudit, gemitibusque largis concuſſa, tota facie ac pectore torum meum preſſit. Ego eodem 2
tempore et miſericordia turbatus, et metu, bonum animum habere eam iuſſi, et de vtroque eſſe ſecuram. Nam neque ſacra quemquam vulgatu- 3
rum, et, ſi quod praeterea aliud remedium ad tertianam Deus illi monſtraſſet, adiuuaturos nos diuinam pro-

deorumque] *C. Trag. deique*, forte rectius, quia ſermo eſt de *Priapi* ſacris.

conſilia] *Heinſ.* mauult *concilia.*

§. 9. Protendo igitur] *Mſ. Tornaeſ. obtendo iugiter.*

faciatis] *Cad. Samb.* et *alii* referatis. In *C. Trag.* verbum deeſt.

annorum] *Delben.* coniicit *animorum.*

ſecreta] *C. Samb. conſilia ſecreta:* ſed voc. *conſilia* videtur irrepſiſſe ex margine, vbi, *ſecreta* paullo ante *conſilia* dicta eſſe, ſignificatum erat.

myſtae vix omnes] hanc lect. *Edd.* quarundam, vt *Helionopol. Hadrian.* et *Nodot.* praeferre eo minus dubitaui, cum *Boſchius* adeo tradat, hanc eſſe lectionem *membranarum*, neſcio quarum, *meliorum C. Samb.* et *Trag.* habet *mille vix homines*, quod edidit *Burm.* ſed non poteſt ferri, quia, paucos noſſe iſta ſecreta, dicere volebat mulier. *C. Leid.* habet *millae*, ortum forte ex *miſtae* i. e. *myſtae*, ſacerdotes his ſacris initiati: *omnes* vero facile in *homines* potuit mutari, inſerto vnica literula, cum *h* in multis *Codd.* non ſcribatur. *Patiſſonius* tradit, alios legere: *quae nulli vix homines;* pro quo rectius ſcriberetur: *quae vix vlli homines*, vt coniicit *Memmius.*

C. XVIII. §. 1. gemitibusque] *C. Mem. gannitibusque*; laſciui dicuntur gannire.

concuſſa] *Schopp. confuſa.*

§. 3. adiuuaturos] haec forma poteſt quidem defendi, quia ex *Plinii* 4. *Epiſt.* 15, vbi *iuuaturi* occurrit, intelligitur, poſt aetatem auream eam vſurpatam eſſe; et quia ſimilium quoque verborum ſimilis forma interdum adhibetur,

4 prouidentiam, vel periculo noſtro. Hilarior poſt hanc pollicitationem facta mulier, baſiauit me ſpiſſius, et ex lacrymis in riſum mota, deſcendentes ab aure ca-
5 pillos meos dentata manu duxit: et, (QVARTILIA) Facio, inquit, inducias vobiſcum, et a conſtituta lite dimitto. Quod ſi non annuiſſetis, de hac medicina, quam peto, iam parata erat in craſtinum turba, quae et iniuriam meam vindicaret, et dignitatem.

6 Contemni turpe eſt; legem donare, ſuperbum;
Hoc amo, quod poſſum qua libet ire via.

Nam

betur, vti *ſonaturum* pro *ſoniturum Horatium* dixiſſe, notat *Priſcianus* lib. II. poſſit tamen per facilem mutationem *adiutaturos* reſtitui.

prouidentiam] *V. Cod. Memm.* etiam *Ed. Plant. prudentiam* exhibet, quod defendit *Dauiſius* ad *Cicer.* I. *Acad.* 8. *prouidentia* tamen, quae eſt lect. *C. Trag.* et quae iam *Memmio*, ita legendum coniicienti, arriſit, contextui aptior videtur, per eam enim remedium monſtratum erat.

periculo] *Rittersh.* coniicit *peculio.*

§. 4. dentata] Sic recte editum eſt in *Burm. Boſch. Hadrianid. Heliop.* et *Nodot. Edd.* ex emendatione *Delbenii* pro *tentata*, vt *C. Samb.* et *Trag.* vel *temptata*, vt alii exhibent; *dentata* vero eſt *manu in modum pectinis dentatim formata.* Quidam tamen habent, vt tradit *Erhard. lenta manu traxit*, i. e. placida vel *molli:* quae lectio non videtur contemnenda; praeſertim cum etiam c. 26, 5. *lenta manus* eodem ſenſu dicatur: alii malunt *temperata*, alii *tentante. Barth. adv.* 21, 6. mauult *lentata* i. e. de induſtria lenta facta. *Bourdelot.* olim coniiciebat *temerata*, poſtea ex gloſſis veteribus, in quibus *temtatum* δοκιμασθὲν, ἁμαρτηθέν, explicatur, intellexit, *temtata* idem eſſe, quod *temerata.*

§. 5. et Facio — dimitto] haec deſunt in *C. Samb.* et *Trag.*

quod ſi non] *C. Samb.* et *Tr. Si, inquit, non.*

annuiſſetis] Hanc lect. *C. Samb.* in *Edd. Boſch. Hadr. Helinop. Nodot* et *al.* receptam praetuli, quia §. 3. promiſerant, ſe adiuturos; nondum vero adiuuerant. Sed *adiuuiſſetis*, quod edidit *Burm.* habet *C. Leid.* et *Tr. Mſ. Tornaeſ.* vero *adimiſſetis.* Ceterum poſt *annuiſſetis* interpunxi, quia neutrum horum verborum cum *de* poteſt conſtrui. *De* vero h. l. eſt *propter* hanc medicinam, mihi denegatam.

iniuriam] ipſi nimirum per repulſam factam.

dignitatem] forte myſteriorum.

§. 6. legem donare] haec lect. *Codd.* et *Edd.* omnium recte retenta eſt a *Burm.* nam *legem donare* eſt *remittere actionem, lege datam.* Non multo aliter c. 30, 11. *dono vobis* a diſpenſatore, qui ſeruum iure punire poterat, vſurpatur: notae ſunt formulae: *donare*, vel *condonare iniurias, iras,*

Nam ſane et ſapiens contemtus iurgia nectit:
Et, qui non iugulat, victor abire ſolet.

(Encolp.) Comploſis deinde manibus in tantum 7
repente riſum effuſa eſt, vt timeremus. Idem ex altera parte et ancilla fecit, quae prior venerat. Idem virguncula, quae vna intrauerat.



*iras.* Superbi vero eſt, ita arroganter facere gratiam inferioribus, quaſi lege non opus ſit ad iniurias vindicandas. *Schopp.* legi vult: *regem donare; Barth. legi damnare*, pro *lege* per archaiſmum. *Iungermann. legem damnare. Gronov. Obſerv.* 3, 23. *laeſum damnare*, quod putat vir doctus ſignificare, *non accipere ſatisfactionem, ſed perſeuerare in querela, donec damnaueris illum, a quo laeſus es.*

quod poſſum] *Heinſ.* mauult *quo.*

qua libet] Recte disiungit hoc voc. *Burm.* qui putat: *Quartillam* dicere, *ſe delectari ea libertate, per quam ipſi liceat, pro re nata vel intendere actionem, vel remittere. Piccartus Pericul. Crit.* c. 17. auctor eſt, vt vel *aequaliter*, vel quod commodius ipſi videtur, *vtralibet ire via*, legamus.

ſane et ſapiens] *Schopp. Veriſim.* 2, 14. iubet legi *ſane*, vel *ſaniter ſapiens. Gronov.* legit: *Nam ſaepe et ſapiens c. i. nectit; Heinſ. Non ſana et ſ. c. i. flectit.*

contemtus] *Turneb. adv.* 19, 7. mauult: *cum tempus i. flectit.*

nectit] Sic alii legunt, vt ait *Tornaeſ.* pro *flectit*, quod editum eſt in *Edd.* omnibus, quas conſului, etiam in *Ed.* prima et *Plant.* ſed contextui non videtur conuenire; vult enim dicere: *ſapientem interdum decere, contemtus cauſſa litem alteri intendere, interdum eius eſſe, eam remittere.* Prius hoc verſu exprimitur. *Samb.* coniiciebat *plectit*, quod idem eſſet, quod *nectit.* Magis tamen placet *nectit*, quia *Ouid. Amor.* 2, 2. 35. haec formula occurrit; hinc *Burm.* quoque *nectit* in textum recepit.

iugulat] *C. Samb.* exhibet *vigilat*, *Trag. viguiat*, *Colb.* habuit *vigilat*, quod correctum eſt *iugulat*; atque haec procul dubio eſt vera lectio, quam dederunt *Edd. Boſch. Helenop. Hadrian.* et *Nod.*

abire] *C. Samb.* habet *obire*: quae ſi vera foret lectio, ſic interpungendum eſſet: *Et qui non iugulat victor, obire ſolet.* Sed *abire* alii rectius.

ſolet] *Vet. Cod.* habet *dolet*, quod recepit *Burm.* Sed *C. Samb.* et *Tr.* et *alii*, omnesque, quas inſpexi, *Edd.* excepta *Plantin.* exhibent *ſolet*, quod mihi videtur melius. Senſus enim non hic eſſe videtur: qui prohibetur in feruore iugulare (vt gladiator,) ille indignatur, ſe tam ignauum proſtrauiſſe; ſed hoc dicitur: *et ille etiam, qui parcit laedenti, ſolet victor eſſe.* Ceterum in *Ed. Ven.* hic eſt lacuna, quae pertinet vsque ad c. 24. §. vlt. *Hodie enim* etc.

§. 7. Comploſis] Quaedam *Edd.* vt *Bourdelot.* ait, habent *compoſitis*, male.

vt timeremus] *Heinſ.* coniicit, *vt Thymelicum vereremur*, vel *crederemus.*

ancilla] *Pſyche.*

virguncula] *Pannychis.*

## C A P. XIX.

*Aſcyltos quidem paulliſper obſtupuit, Encolpius horrore correptus eſt. Nil tamen triſtius timent, viribus ſuis confiſi. Non multo poſt omni conſtantia deſtituti, mortem metuunt.*

Omnia mimico riſu exſonuerant: cum interim nos, quae tam repentina eſſet mutatio animorum facta, ignoraremus, ac modo nosmet ipſos, modo mulieres, in-
2 tueremur. (QVARTILIA.) [*Tandem, inquit Quartilla.*] Ideo vetui, hodie in hoc deuerſorio quemquam mortalium admitti, vt remedium tertianae, ſine inter-
3 pellatione, a vobis acciperem. (ENCOLP.) Vt haec dixit Quartilla, Aſcyltos quidem paulliſper obſtupuit: ego autem frigidior hieme Gallica factus, nullum po-
4 tui verbum emittere. Sed ne quid triſtius exſpectarem, comitatus faciebat. Tres enim erant mulierculae, ſi quid vellent conari, infirmiſſimae, ſcilicet contra nos, quibus, ſi nihil aliud, virilis ſexus eſſet. Et

C. XIX. §. 1. mimico] *C. Samb. Leid. Colb. Tr. nimio*, quod non plaue ſpernendum eſt, cum *nimius riſus* antea deſcriptus ſit. *Mimico* tamen, quod exhibet *Autiſiod.* videtur melius, quia hic riſus videtur eſſe ſimulatus. Sic c. 94, 15. *mimica mors* dicitur.

intueremur] Quae iam ſequuntur, deſunt in *C. Samb. Colb.* et *Trag.* vsque ad: *Ac ne Giton quidem vltimo,* c. 20. §. vlt.

§. 2. Quartilla] Recte haec inſeruit *Nodotius*, quia eam loqui, apparet; ſed plura hic deeſſe, facile intelligitur.

in hoc deuerſorio] pro *deuerſorium* Sic c. 136, 3. *in vicinia* pro *viciniam cucurri* dicitur.

ſine interpellatione] *C. Memm.* et *Leid. ſine vlla interpellatione,* vt c. 102, 9. *ſine vlla ſuſpicione.*

§. 3. emittere] *Erh.* coniicit *emutire.* Sed etiam *Liu.* 5, 51. reperitur *vox emiſſa.*

§. 4. ſcilicet contra nos – eſſet.] Addunt recentiores *Edd. Boſch. Helenop. Wouw. Hadrianid. Nod. al.* etiam *Burm. quod auxiliaretur.* Sed haec verba ignorat *C. Leid.* qui habet: *contra nos, ſi nihil aliud, virilis ſexus eſſet,* ignorant *Edd.* antiquae: eaque *Tornaeſ.* margini adiecit. Sed quia gloſſam ſapiunt, quae eſt cauſſa, cur deſint in *Codd.* et *Edd. vett.* ea eieci. Praeterea non repugnauerim, ſi quis vnius *Mſ.* auctoritate *virile* legerit, locumque ſic interpunxerit, cum *Hadrian. Boſch. Nod. Edd. quibus ſi nihil aliud virile, ſexus eſſet. Piccart. Peric. Crit.* c. 17. mauult: *ſcilicet contra quas, ſi nihil aliud, virilis ſexus eſſet. Rutgerſ.* l. 6. *Var. lect.* c. 8. eiectis

Et praecincti certe altius eramus: imo ego ſic iam pa- 5
ria compoſueram, vt, ſi depugnandum foret, ipſe cum
Quartilla conſiſterem, Aſcyltos cum ancilla, Giton
cum virgine. [*Dum haec mente voluebam, acceſſit Quar-
tilla, vt tertianae mederer; ſed deluſa ſpe furibunda
egreditur, et reuerſa paulo poſt, nos inuadi ab ignotis,
et in palatium ſuperbiſſimum transferri iuſſit.*] Tunc 6
vero excidit omnis conſtantia attonitis, et mors non
dubia miſerorum oculos coepit obducere.

## CAP. XX.

***Ad venerem incitantur arte, vi, medicamentis et blandimentis.***

Rogo, inquam, Domina, ſi quid triſtius paras,
celerius confice: neque enim tam magnum facinus ad-
miſimus, vt debeamus torti perire. Ancilla, quae 2
Pſyche vocabatur, lodiculam in pauimento diligenter
extendit. [*Et*] ſollicitauit inguina mea, mille iam
mortibus frigida. Operuerat Aſcyltos pallio caput, 3
admonitus ſcilicet, periculoſum eſſe alienis interue-
nire ſecretis. [*Interim*] duas inſtitas ancilla protulit 4
de

ctis verbis: *ſcilicet contra nos:* quae pro gloſſemate habet, ſic legit: *ſi nihil aliud, certe virilis ſexus eſſet. Barth. adv.* 21. c. 16. ſolo vocabulo *nos* deleto, mauult, *ſcilicet contra, ſi nihil aliud, virilis ſexus eſſet. Anonymus* legebat, *quibus ſi nihil aliud virilis ſexus* (in genitiuo,) ceteraque expungebat. *Weizio* arridet *virile ſecus*, i. e. *virilis ſexus*; etiam *Boſchio*, qui ita vult interpungi: *ſi nil aliud, virile ſecus eſſet, quod auxiliaretur.*

§. 5. Et praecincti] *Pith. ſed et praecincti; al. At praecincti.*

§. 6. obducere] *al. abducere*, male.

C. XX. §. 1. Rogo] ita *Burm.* ſed *Nodotius: Aſt ego. Boſchius* coniicit: *Te rogo. Inquam* deeſt in *C. Leid.* Forte ſi poſt *obducere* nulla eſt lacuna, legendum eſt *ergo.*

torti perire] *C. vet. tenti*, pro quo *Erhard. lenti* coniicit. *Schoppius Veriſim.* 2, 14. mauult, *torte abire.* Sed metuebant, ne ipſis eſſet pereundum, ſi fuſtibus caederentur vsque ad necem.

§. 2. mortibus] *Ramirez motibus* legit. Sed *mille mortes* dixit etiam *Sarisber.* 6. *de Nug. Cur.* 3. atque hoc verbo impotentia, et languor Venereus etiam efficacius exprimitur.

§. 3. admonitus] ſcilicet periculo, quod ſibi contraxerat inſpiciendis religionibus nocturnis.

interuenire] ſic *Mſ. Tornaeſ.*

 et

de ſinu: alteraque pedes noſtros alligauit, altera manus. [*Conſtrictus ita vinculis, non, inquam, hac ratione frui poterit votis Domina tua.* (Psyche) *Fateor, inquit ancilla, ſed alia medicamenta ſunt mihi ad manum, et certiora:* (Encolp.) *ſubitoque vas ſatyrio plenum attulit, et iocoſe, fabuloſeque multa iactitans ita effecit, vt fere totum liquorem exhauſerim, et, quia nuper eius blanditias ſpreuerat Aſcyltos, extrema ſatyrii portione eius dorſum, illo non ſentiente, ſparſit.*]
5 Aſcyltos, iam deficiente fabularum contextu, (Ascyltos.) Quid ergo? inquit, non ſum dignus, qui bibam?
6 (Encolp.) Ancilla riſu meo prodita, complosit manus, et, (Psyche) Appoſui quidem, inquit, adole-
7 ſcens: ſolus tamen medicamentum ebibiſti. (Qvartilla) Itane eſt, inquit Quartilla, quidquid ſatyrii fuit, Encolpius ebibit? (Encolp.) non indecenti riſu latera
8 commouit. Ac ne Giton quidem vltimo riſum tenuit, vtique poſtquam virguncula ceruicem eius inuaſit, et non repugnanti puero innumerabilia oſcula dedit.

et quaedam *Edd.* etiam *Burm. alii*, auctore *Patiſſon. intereſſe.*

ſinu] alii cum *vet. Lex. de ſura; al. de ſuris*, male, quia *proferre* non *ſurae*, ſed *ſinui* conuenit, *v. c.* 51. et 131, 4. *de ſinu* habet *C. Leid.* et tres alii.

ſatyrio] eiusmodi quid excidiſſe, ex contextu recte collegit *Nodotius*. Sed plura procul dubio deſiderantur; quod ex verbis ſeqq. *iam deficiente fabularum contextu*, colligi poteſt.

§. 5. quid ergo] *Erh.* coniicit *ego.*

§. 6. riſu meo] *C. Leid. ſuo.*

et appoſui] *Heinſ.* ſcribendum putat: *et appoſite equidem, adoleſcens, ſolus tantum medicamenti ebibiſti.* Sed *appoſui* bene ſe habet, ſcil. *ſatyrium*, vt omnibus facultas eſſet, inde bibendi.

tamen] quod habet *C. Leid.* et *alii*, reſcripſi, quia *quidem* illud requirit. Alii, etiam *Burm.* et *Hadr.* ediderunt *tantum*, quod eſt moleſtum, niſi *tantum medicamenti* legatur. *Nodotius totum* exhibuit, ſed illud iam latet in verbo *ebibit.*

§. 8. vltimo] *C. Samb. et Tr. vltimus; Colb. etiam vltimo.*

dedit] Quae ſequuntur, deſunt in *Ed. Plant.* vsque ad c. 24, 5. *Stabat.* etc.

CAP.

## CAP. XXI.

*A cinaedo vexantur, oleo et epulis recreantur.*

Volebamus miſeri exclamare, ſed nec in auxilio erat quisquam, et hinc Pſyche acu comatoria, cupienti mihi inuocare Quiritum fidem, malas pungebat; illinc puella penicillo, quod et ipſum ſatyrio tinxerat, Aſcylton opprimebat. Vltimo Cinaedus 2
ſuperuenit, myrtea ſubornatus gauſapina, cinguloque ſuccinctus, modo extortis nos clunibus cecidit, modo baſiis olidiſſimis inquinauit; donec Quartilla balenatam tenens virgam, alteque ſuccincta, iuſſit infelicibus dari miſſionem. Vterque noſtrum religioſiſſimis 3
iurauit verbis, inter nos periturum eſſe tam horribile ſecretum. Intrauerunt Palaeſtritae quam plures, et 4
nos legitimo perfuſos oleo refecerunt. Vtcumque 5
igitur

C. XXI. §. 1. hinc] alii *huic. hinc* requirit ſequens *illinc.*

pungebat] *P. Dan. pingebat* mauult; male, cum de tormentis ſit ſermo.

§. 2. gauſapina] Sic pro *gauſapila*, quod habent *Edd. Helenop. Boſch. Hadr. a'.* cum *Nodotio* reſcripſi, quia *Martial.* 6, 59. et in quibusdam *Codd. vett. Petron.* h. v. ita ſcribitur. Quoddam exemplar habet *gauſapia.*

extortis] Quidam *Codd. extentis*, pro quo *Putſchius* legendum putabat *exertis; Anonymus, extritis.*

balenatam] Sic legendum puto cum *Tornaeſ. Turneb.* et *Barthio.* Hinc vulgatum in *Edd. Boſch. Helen. Hadr. Nod. al. ballenatiam* facile potuit oriri. *Richardus* tamen *balenariam* maluit, ex *balena*, vt *arenarius* ex *arena;* idque edidit *Burm.* Alii, vt *Tornaeſius* dicit, *belluatam*, alii *venenatam* exhibent. *Dupeyrat. bellutam* legit, et *veretrum*, beſtiae ſimile, intelligit. *Clauer.* ad *Perſ. Sat.* 4. *balanatam*, i. e. *medicatam*, legit. Sed virga, qua haec certatio dirimebatur a *Quartilla*, rectius *balenata* dicitur, ſi fuit ex *balenae* cartilagine confecta.

§. 3. inter nos] *inter duos C. Memm.* et *Leid.* hinc *Cuperus* faciebat, *inter nos duos.* Sed cum *Gitone* erant tres.

§. 4. palaeſtritae] ſic reſtitui cum *Nodotio* ex *C. Leid.* quia etiam miniſtri vngendi hoc voc. inſigniuntur, *Mart.* 3, 58. *Perſ.* 4, 39. *Edd.* plurimae, etiam *Burm.* habent *palaeſtricae*, ſcil. ancillae, quae oleo perfundebant certantes; nec haec lectio eſt plane contemnenda.

legitimo] i. e. vel *ſolemni* et *vſitato* (ex lege palaeſtrae,) vt *Cic.* 7. *famil.* 6. *legitimam acceſſionem commendationis* pro *vſitata* dicit, vel *incorrupto*, nec *adulterato*, vti *olus legitimum*, *Plin.* l. 22. c. 38. videtur dici. Alii

igitur laſſitudine abiecta, coenatoria repetimus, et in
proximam cellam ducti ſumus; in qua tres lecti ſtrati
erant, et reliquus lautitiarum apparatus ſplendidiſſime
6 expoſitus. Iuſſi ergo diſcubuimus, et guſtatione mi-
7 rifica initiati, vino etiam falerno inundamur. Ex-
cepti etiam pluribus ferculis cum laberemur in ſo-
mnum, (QVARTILLA) Itane eſt? inquit Quartilla, et-
iam dormire vobis in mente eſt, cum ſciatis Priapi ge-
nio peruigilium deberi?

## C A P. XXII.

*Aſcylti faciem ancilla fuligine perfricat, omnes obdormiunt. Duo ſerui lagenam, quam expilare decreuerant, frangunt, menſa excuſſa, ancilla et ebrii quidam excitantur, nec non tricliniarches et ſerui. Reliquos cymbaliſtria expergefacit.*

(ENCOLP.) Cum Aſcyltos grauatus tot malis in ſomnum laberetur, illa, quae iniuria depulſa fuerat, ancilla totam faciem eius fuligine longa perfricuit, et non ſentientis labra humerosque ſopitis titionibus pinxit.

Alii legunt *lecythi*, *Nodotius* cum *Ed. Helenop. lecythino* (i. e. in *lecytho* aſſeruato) *Trillerus in obſ. crit.* p. 362. coniicit *ſelgitico oleo*, quod a *Selge*, Piſidiae oppido, appellatum, a *Plin.* l. 15. c. 7. *neruis admodum vtile* dicitur.

§. 5. coenatoria] alii, vt *Tornaeſ.* tradit, *coenatula* exhibent.

§. 6. mirifica] *Heinſ. myrrhiſtica*, i. e. *vino*, *myrrha condito.*

inundamur] *C. Memm. inundabamur.*

§. 7. in mente] *Anonym.* coniicit legendum eſſe: *dormire vobis eſt; Rittersh. in mentem eſt.*

C. XXII. §. 1. quae iniuria depulſa fuerat] *Heinſ.* inſerit, *quae inuitata iniuria repulſae fuerat. Anonym.* in *Ed. Hadrianid. quae iniuriam repulſa tulerat.*

longa] *Iungermann.* coniicit *larga.* Sed *longa fuligo* ſignificat *longas fuliginis lineas*, per totam faciem vsque in humeros ductas.

ſopitis titionibus] Hanc *Edd.* multarum, *Helenop. Nodot. al.* lectionem ſeruandam duxi, quia *gloſſarium vetus*, quod habet, *ſopiti titiones, vt e contrario vigilantes ſeu ardentes*, eam confirmat, quia carbones eleganter dicuntur *ſopiti titiones*, et quia *ſopitionibus*, quod exhiberi in *primis Edd.* dicit *Gonſalius*, et *Hadr.* edidit, ex his vocabulis facile oriri potuit. Eandem lect. probat *Heinſ.* ad *Ouid. Metam.* 7, 186. Non multo aberrat *Cod. Leid.* qui exhibet *ſopiti titionibus.*

pinxit. Iam ego etiam tot malis fatigatus, minimum 2
veluti guſtum hauſeram ſomni: idem et tota intra fo-
risque familia fecerat: atque alii circa pedes discum-
bentium ſparſi iacebant, alii parietibus appliciti, qui-
dam in ipſo limine coniunctis marcebant capitibus.
Lucernae quoque humore defectae, tenue, et extre- 3
mum lumen ſpargebant, cum duo Syri, expilaturi la-
genam, triclinium intrauerunt: dumque inter argen-
tum auidius rixantur, diductam fregerunt lagenam.
Cecidit etiam menſa cum argento, et ancillae, ſuper 4
torum marcentis, excuſſum forte altius poculum ca-
put fregit: ad quem ictum exclamauit illa, pariterque
et fures prodidit, et partem ebriorum excitauit. Syri 5
illi, qui venerant ad praedam, poſtquam ſe depre-
henſos intellexerunt, pariter ſecundum lectum conci-
derunt, vt putares hoc conueniſſe, et ſtertere, tan-
quam

*bus*, quod edidit *Boſch.* et praeferunt, qui *ſopiti* pro *dormientis* capiunt. Sed hoc iam latet in *non ſentientis;* neque titionibus, vel lignis adhuc ardentibus, ſed titionibus ſopitis, vel extinctis, vt dicit *Celſ.* 3, 12. hic locus eſt. Alii, vt tradit *Tornaeſ.* legunt *ſcriptionibus ſopiti. Heinſius*, vt *Boſchius* dicit, mauult, *ſcopionibus*, i. e. *pediculis*, *a quibus acini pendent in vuis*, ſcil. *peruſtis* et *extinctis*, quod quia intelligendo eſt addendum, haec coniectura, a *Burm.* recepta, mihi diſplicet. *Martinus del Roa* 1. *lib.* 6. *ſingul.* c. 17. legit *ſublitionibus* a ſublinendo. Alii malunt *ſcipionibus.*

§. 2. marcebant] *C. Leid. manebant.* Sed *marcebant* elegantius dicitur *Sen. Medea.* v. 69. *Huc incede gradu marcidus ebrio.*

§. 3. expilaturi] in *Cod. Dorvillii* manus viri docti, *exſiccaturi* legendum, notauit.

lagenam] *Barth. Adu.* 21, 6. *ſaginam* mauult, vti dici putat triclinium illud.

inter argentum] idem ibidem *inter trahendum* coniicit; temere: nam *inter argentum* eſt *ad menſam*, in qua argentea pocula et vaſa erant propoſita, apud quam, vel in qua lagena erat collocata. Rixabantur vero de lagena, cuius vtramque anſam apprehenderant.

§. 4. fregit] *Heinſ.* ſcribendum putat, *capiti infregit*, vel *impegit.* Sed *caput fregit*, recte ſe habet. cf. c. 134, 4.

§. 5. hoc conueniſſe] *hoc* ex *C. Leid.* et *Edd.* quibusdam, vt *Helenopolitana*, reſtituit *Burm.* recte, nam *huc*, quod habet *Hadrianid. Nod.* et *aliae*, non commodum ſenſum exhibet; neque *hos*, quod *P. Daniel* legi iubet.

ſtertere] recte pro *ſtectere* ſubſtituit *Memm.*

6 quam olim dormientes, coeperunt. Iam et Tricliniarches experrectus lucernis occidentibus oleum infuderat, et pueri, deterſis paulliſper oculis, redierant ad miniſterium, cum intrans Cymbaliſtria, et concrepans aera, omnes excitauit.

## C A P. XXIII.

*Refectum eſt conuiuium, redit cinaedus, qui canit, et Encolpium vexat.*

Refectum igitur eſt conuiuium, et rurſus Quartilla ad bibendum reuocauit. Adiuuit hilaritatem com-
2 miſſantis Cymbaliſtria. Intrat Cinaedus, homo omnium inſulſiſſimus, et plane illa domo dignus, qui vt infractis manibus congemuit, eiusmodi carmina effudit: (Cinaedvs.)

3 Huc huc conuenite nunc Spatalocinaedi,
Pede tendite, curſum addite, conuolate planta,
Femore facili, clune agili, et manu procaces,
Molles, veteres, Deliaci manu reciſi.

4 (Encolp.) Conſumtis verſibus ſuis, immundiſſimo me baſio conſpuit: mox et ſuper lectum venit, at-
5 que omni vi detexit recuſantes. Super inguina mea diu,

C. XXIII. §. 1. reuocauit] *Giphanius* in *obſeru. ling. lat.* putat, *inuitauit* legendum. Sed *rurſus* eleganter poteſt addi verbo *reuocauit.* cf. c. 10, 4.

§. 2. carmina] *C. Leid. carmen.* Sed *carmina* dicuntur et *ſinguli verſus*, hinc lectio *vulg.* non eſt ſollicitanda. vid. *Burm.* ad *Virg. Ecl.* 5, 42. *Aen.* 5, 387.

§. 3. ſpatalocinaedi] ſunt *delicati cinaedi*, a σπάταλος, *delicatus. Gonſalius* malebat *batalocinaedi*, vel a βάταλος, quod ſignificat *podicem*, vel a *Batalo Epheſio*, tibicine, qui artem tibiarum remolliuit, vnde omnes, qui parum ſunt viri, vel effeminati, *batali* dicuntur; putat tamen *vulgatam* lect. ſeruandam.

procaces,] *Erh.* dubitat, an *procace* ſit legendum?

veteres] *Barth.* in *racem. ceuetes*, in *aduerſ.* 21, 6. *teretes* mauult.

§. 4. detexit] *Memm.* coni. *depſuit*, quod *Burm.* non diſplicet, quia *moluit* ſequitur. Sed primum *detexit*, deinde *moluit.*

recuſantes] *Vet. Cod. recuſantem*, ſcil. *Encolpium.*

diu multumque fruſtra moluit. Perfluebant per frontem ſudantis acaciae riui, et inter rugas malarum tantum erat cretae, vt putares detectum parietem nimbo laborare.

## CAP. XXIV.

*Iam cinaedus vexat Aſcylton. Gitonem autem Quartilla craſtinae voluptati ſeruare decernit.*

Non tenui ego diutius lacrymas: ſed ad vltimam
perductus triſtitiam, Quaeſo, inquam, Domina, certe
Embaſicoetam iuſſeras dari. Comploſit illa tenerius 2
manus, et, (QVARTIL.) O, inquit, hominem acutum, atque vrbanitatis vernulae fontem! Quid? tu
non intellexeras cinaedum Embaſicoetam vocari? (ENCOLP.) Deinde, ne contubernali meo melius ſuccede- 3
ret: Per fidem, inquam, veſtram, Aſcyltos in hoc
triclinio ſolus ferias agit? (QVARTILLA.) Ita? inquit 4
Quartilla, et Aſcylto Embaſicoetas detur. (ENCOLP.)
Ab hac voce equum cinaedus mutauit, tranſituque ad
comitem meum facto, clunibus eum baſiisque diſtriuit. Stabat inter haec Giton, et riſu diſſoluebat ilia 5
ſua. Itaque, conſpicata eum Quartilla, cuius eſſet
puer? diligentiſſima ſciſcitatione quaeſiuit. Cum ego 6
fratrem meum eſſe dixiſſem, (QVART.) Quare ergo,
inquit, me non baſiauit? (ENCOLP.) vocatumque ad
ſe in oſculum applicuit. Mox manum etiam demiſit 7
in

§. 5. ſudantis] alii *ſudantes; al. ſubantis*, ἐρωτομανῆς. Sed *ſudans acacia* eſt *ſudori mixta.*

cretae] alii, auctore *Tornaeſ. porriginis*. Sed rectius *cretae*, qua potiſſimum vtebatur hoc hominum genus ſuci loco.

C. XXIV. §. 2. vernulae] *Scal. verniliae. Schopp. vernaculae.* Sed *Mſſ. vett. vernulae* habent.

fontem] *C. Memm.* et *alii, frontem;* neque hoc male.

intellexeras] *Mſ. Tornaeſ. intelligis.*

§. 3. meo] *Mſ. Tornaeſ. modo,* i. e. *non multo ante.*

veſtram] *noſtram C. Leid.* et *Tornaeſ*, forte ex *voſtram* ortum. *Veſtram* enim contextus requirit.

§. 7. *Mox*] *C. Colb. moxque.*

etiam] deeſt in *C. Samb.* et *Trag.* exhibetur in *Mſ. Tornaeſ.*

in ſinum, et protracto vaſculo tam rudi, (QVARTILLA) Hoc, inquit, belle cras in promulſide libidinis noſtrae militabit: hodie enim poſt aſellum diaria non ſumo.

## CAP. XXV.

*Sed mutato conſilio, ei deuirginandam producunt Pannychida ſeptennem.*

(ENCOLP.) Cum haec diceret, ad aurem eius Pſyche ridens acceſſit, et cum dixiſſet, neſcio, quid, (QVARTILLA) Ita, ita, inquit Quartilla, bene admonuiſti: cur non, quia belliſſima occaſio eſt, deuirginetur Pannychis
2 noſtra? (ENCOLP.) Continuoque producta eſt puella, ſatis bella, et quae non plus, quam ſeptem annos habere

protracto] haec *C. Trag.* lectio mihi reſtituenda viſa eſt. quia ſequens *hoc* indicat, illud protractum eſſe in conſpectum. *C. Colb.* et *Leid.* habent *pertractat*, vnde *pertractato* legunt quidam, auctore *Tornaeſ.* quod in *Ed. Helenopolitana* reperi; neque haec lectio contemnenda eſt, quia *pertractare*, eſt *manibus frequentius tangere*. Hinc alii effecere *pertrectato*, quod in *Ed. Burm.* exhibetur. *C. Samb.* et *Edd.* quaedam, vt *Hadrian. Boſch.* et *Nod.* habent *pertracto*, per vitium librariorum ex *protracto*, vel *pertractato* ortum.

tam] *al.* ap. *Tornaeſ. tum.*

rudi, H. i. belle] *Heinſ.* emend. *tam rude hoc, inquit, belli*, i. e. *rude ad pugnam veneream*, coniectura ingenioſa, vix tamen neceſſaria. *Lipſius* iam *tam rude hoc* legere voluit, *belle* autem retinuit. *Al.* vt ait *Tornaeſ. tum rudi, haec.*

militabit] *Chevraeus* in *Miſcellan. mi litabit;* male, cum tam frequenter opus venereum cum militia comparetur (v. c. *Plaut. Perſ.* 2, 2. 49. *Hor.* 3. *Od.* 24. *Ouid, Amor.* 3. *El.* 7. etc.) vt hoc vocabulum adeo proprii in hac re vocabuli vices ſuſtinere poſſit.

ſumo] *Quae* ſequuntur, deſunt in *Ed. Ven.* vsque ad c. 25, 1. *cur non* etc.

C. XXV. §. 1. haec] *Ed. Burm.* cum aliis *hoc*. Sed *haec*, quod habet *Nodot.* reſtitui ex *C. Leid.* et *Trag.* quia purior latinitas pluralem amat, eumque *Petron.* alibi vſurpat, vt c. 92. *fin. Haec Eumolpo dicente.*

admonuiſti] *C. Trag. monuiſti.* Sed lect. *Edd. vett.* et *Codd.* plurium non eſt ſollicitanda, quia *Pſyche* iam antea de *Pannychide* deuirginanda egiſſe videtur, eamque habent *Edd.* pleraeque. Sed *Nod.* edidit *monuiſti.*

deuirginetur] *C. Samb.* et *Ed. Ven. deuirginatur.*

noſtra] Ab hoc vocabulo vsque ad: *Obſtupui* §. 3. eſt lacuna in *Ed. Ven.*

bere videbatur, et ea ipſa, quae primum cum Quar-
tilla in cellam venerat noſtram. Plaudentibus ergo
vniuerſis, et poſtulantibus, nuptias fecerunt. Ob- 3
ſtupui ego, et, nec Gitona, verecundiſſimum puerum,
ſufficere huic petulantiae, affirmaui; nec puellam eius
aetatis eſſe, vt muliebris patientiae legem poſſit acci-
pere. (Qvartilla) Ita? inquit Quartilla, minor eſt 4
iſta, quam ego fui, cum primum virum paſſa ſum?
Iunonem meam iratam habeam, ſi vnquam me me-
nerim virginem fuiſſe. Nam et infans cum paribus 5
inquinata ſum, et ſubinde prodeuntibus annis, maio-
ribus me pueris applicui, donec ad hanc aetatem per-
ueni. Hinc etiam puto prouerbium natum illud, vt 6
dicatur poſſe taurum tollere, quae vitulum ſuſtulerit.
(En-

§. 2. et ea ipſa] *Samb.* conii-cit, *vt;* male, quia ea ipſa cum *Quartilla* in cellam *Encolpii* venerat.

primum] abeſt a *Cod. Leid.* et *Trag.*

§. 3. poſſit] ſic ex *C. Colb.* pro *poſſet*, quod *Burm.* cum aliis edidit, reſcripſi, quia *infin. praeſ. eſſe, praeſens Coni.* requirit. reliqui *Codd. poſſet.*

§. 4. Ita] *itaque C. Samb. Tr. Leid.* et *Ed. Ven.* alii malunt *itane?*

primum] iterum deeſt in *C. Samb. Leid.* et *Tr.*

iratam] *Ed. Ven.* et *Codd.* antiqui *irritatam:* ſed *Samb.* ex coniectura reſcripſit *iratam;* quam lect. habet quoque *C. Trag.* et alii. *Delbenius* coniecit *iuratam.*

me] deeſt in *C. Trag.* abſorptum quippe a ſyllaba ſimili *meminerim. Ed. Plant. ſi me vnquam meminerim.*

§. 5. et infans] *et* deeſt in *C. Trag. Ed. Ven.* et *Plant.*

prodeuntibus] *V. Cod. procedentibus.* Sed lect. *Edd.* et *Codd.* plurium recte ſe habet; *prodire* enim eſt idem, quod *procedere.*

§. 6. vt dicatur] Sic recte *Autiſiod.* et *Edd.* optimae, pro *dicatur vt*, quod habet *C. Tr.* et *Ed. Ven.* aut *dicatum vt*, quod reperitur in *C. Samb.*

poſſe] *C. Samb.* et *Ed. Ven. poſſit*, rectius *C. Trag. poſſe.* Ceterum tota loquendi formula eſt repetita ab eo, quod *Quinct.* I, 9. narratur: *Milo, quem vitulum aſſueuerat ferre, taurum ferebat. Taurum* hic putem dici pro *viro adulto*, vti *Hor. 2. Od.* 5, 3. vbi puella immatura cum *iuuenca* comparatur; *vitulus* ergo eſt *iuuenis*, vel *puer.* Huic interpretationi magis fauet alluſio ad *Milonis Crotoniatae* factum, quam explicationi eorum, qui *taurum* putant hic ſignificare *eam partem, qua viri ſumus. Nodotius* dedit, neſcio, vnde:

*tollere taurum,*
*Quae tulerit vitulum, illa poteſt.*

7 (Encolp.) Igitur ne maiorem iniuriam in ſecreto fra-
ter acciperet, conſurrexi ad officium nuptiale.

## C A P. XXVI.

*Hae nuptiae celebrantur; luſum puerilem Quartilla ſpectat, Encolpium ſubinde oſculatur: reliqua nox ſine metu exigitur. Tertio die coenae Trimalchionis ſe parant.*

Iam Pſyche puellae caput inuoluerat flammeo; iam
Embaſicoetas praeferebat facem; iam ebriae mulieres
longum agmen plaudentes fecerant, thalamumque in-
2 geſta exornauerant veſte. Tum Quartilla, iocantium
quoque libidine accenſa, et ipſa ſurrexit, correptum-
3 que Gitona in cubiculum traxit. Sine dubio non re-
pugnauerat puer, ac ne puella quidem triſtis expaue-
4 rat nuptiarum nomen. Itaque, cum incluſi iacerent,
conſedimus ante limen thalami, et in primis Quartilla,
per

§. 7. in ſecreto] alii *in furto*, *Ed. Ven. in ſcorto.* Sed *in ſecreto* eſt verius, quia *Encolpius* timebat, ne in ſecreto *Gitoni* a cinaedo vis inferretur.

conſurrexi] *al. conſurrexit.*

C. XXVI. §. 1. puellae] *Aurat.* mauult *puella.*

flammeo] ſic reſcripſi ex *Codd. Samb. Trag.* aliis (*Boſchius* enim quatuor commemorat) et *Ed. Ven.* aliisque. *Samb.* coniecit *flammeolum baſicum.* Alii legunt *flammeolo*, diminutiuum, quod *Burm.* et *Nod.* praeeuntibus *Edd. Boſch. Helenop. Hadr.* receperunt, ſed praeter neceſſitatem.

iam embaſicoetas] hoc recte reſtituerunt critici pro *iam embaſico aetas*, quod habent *Codd. Samb.* et *Trag.* et *Ed. Ven.* Alii exhibent *flammeolo embaſico: aetas praeferebat. Rob. Titius loc. controuerſ.* l. 9, 19. legendum putat: *flammeolum baſicum. Oetas. Braſſican.* mauult: *tam e baſilica materna aetas. Guil. Canterus Nou. lect.* 3, 14. ita correxit: *e baſilico* (i. e. *baſilica* vel *prytaneo.*) Sed cuinam hae partes melius potuiſſent dari, quam *embaſicoetae?*

fecerant] ſic *C. Trag.* exhibet; *C. Samb. Tornaeſ. Leid.* et *Ed. Ven. fecerunt.*

ingeſta] Sic recte edidit *Reisk.* et *Nod.* praeeunte *Scaligero*, et *Ed. Helenop.* pro *inceſta*, lect. *Codd. Samb Trag. Leid. Tornaeſ.* et aliorum, a *Burm.* ſeruata in *Ed.* priore. *Aurat. intexta. Heinſ. iniecta* mauuult, quod eſt melius. *Brouckhuſio* arridet *feſta:* quod *Burm.* probatur, mihi a literis lectionis vet. nimis aberrare videtur.

§. 2. iocantium] *C. Biturig. vocantium. Leid.* et *Torn.* quoque *iocantium.*

per rimam improbe diductam, applicauerat oculum curioſum, luſumque puerilem libidinoſa ſpeculabatur diligentia. Me quoque ad idem ſpectaculum lenta manu 5
traxit: et quia conſiderantium haeſerant vultus, quidquid a ſpectaculo vacabat, commouebat valgiter labra, et me tanquam furtiuis ſubinde oſculis verberabat. [*Libidine Quartillae ita fatigatus eram, vt recedendi vias meditarer. Aſcylto mentem declaraui, quae multum placuit: cupiebat ſe ex Pſyches vexationibus expedire: idque nobis non difficile, ni Giton cubiculo fuiſſet incluſus: volebamus enim eum abducere, et meretricum petulantiae ſubtrahere. Hoc ipſum anxie meditabamur, cum Pannychis lecto cecidit, Gitonaque ſuo traxit pondere, illaeſum tamen, puella autem capite leuiter laeſa tanto exclamauit, vt concitata terrore, praecipiti greſſu accurrens, Quartilla nobis effugiendi locum dederit: nec mora; celeres in hoſpitium peruolamus noſtrum, et continuo*] Abiecti in lectis ſine metu reliquam exegimus 6
noctem. [*Poſtero die egredientes duos ex noſtris raptori-*

§. 4. diductam] abeſt in *Ed. Ven.* et *C. Trag.* ſed *C. Leid.* et *Colb.* exhibent *deductam. C. Samb. ductam.* At *rima diducta* recte dicitur.

ſpeculabatur] alii, auctore *Patiſſon. ſpectabat*, quod ſapit gloſſam.

§. 5. lenta] *Munckerus* maluit *iniecta*, vt c. 133, §. 4. ſed *lenta* habet ſenſum commodum. cf. *not.* ad c. 18, 4. *Aurat. lente;* ſed ipſe emendat *lenta.*

quia conſiderantium haeſerant] *Aurat.* coniicit, *qui conſiderans inhaeſerat;* temere. Nam conſiderantium, ſcil. *Quartillae* et *Encolpii* vultus haeſerant in eadem rima ita, vt os ori fere vltro applicaretur.

valgiter] *C. Samb. Leid. Colb. Trag.* et *Ed. Ven.* habent *obiter,* quod dicunt eſſe *interim.* Sed recte *valgiter* edidit *Burm.* quod iam coniecit *Putean.* et reſtituerunt critici ex *Fulgentio.* Hic tamen, quia ad *Chalcidium* in *voc. Exercitus* dicit, *Petronium* ſcripſiſſe, *obtorto valgiter labello,* ſic pro *commouebat valgiter labra, Burmannus* legendum, atque *et* ſequ. delendum, exiſtimat.

oſculis] ſic *C. Samb.* Sed *Tr. oculis.* At commotio labiorum, paullo ante commemorata, requirit *oſculis.*

§. 6. noctem] Quae iam ſequuntur, vsque ad c. 55, 1. *Comprobauimus factum, fragmenti Trag.* nomine veniunt, quia, paucis, quae ſubinde indicabimus, exceptis, deſunt in *Codd.* omnibus, in vno *Cod. Trag.* exhibentur; ea vero a *Petronio* pro-

*ptoribus offendimus, quos vt conſpexit Aſcyltos, alte-*
*rum animoſe aggreſſus eſt, quo victo, et grauiter vul-*
*nerato, mihi alterum vrgenti praeſto fuit. Ille vero*
*tam ſtrenue ſe gerebat, vt nos ambos, ſed leuiter, vul-*
7 *nerauerit, illaeſusque effugerit.*] Venerat iam tertius
dies, id eſt, exſpectatio liberae coenae [*apud Trimal-*
*chionem;*] ſed tot vulneribus confoſſis fuga magis pla-
8 cebat, quam quies. Itaque [*in diuerſorium citiſſime*
*abimus, et, haud alte vulnerati, in lecto plagas oleo et*
*vino medemur. Raptor tamen debellatus humi iacebat, et*
*ne agnoſceremur timebamus,*] Itaque cum [*igitur*] moeſti
deliberaremus, quonam genere praeſentem euitaremus
procellam, vnus ſeruus Agamemnonis interpellauit
9 trepidantes: et, (SERVUS) Quid? vos, inquit, neſci-
tis, hodie apud quem fiat? Trimalchio, lautiſſimus
homo, horologium in triclinio, et Buccinatorem habet
ſubornatum, vti ſubinde ſciat, quantum de vita perdi-
10 derit. (ENCOLP.) Amicimur ergo diligenter, obliti
omnium malorum, et Gitona, libentiſſime ſeruile offi-
cium tuentem vſque hoc, iubemus in balneo ſequi.

profecta eſſe, demonſtratum eſt in praefatione.

§. 7 tot] *Nodotius* ſubſtituit *aliquot*, quia putabat, vera vulnera eſſe intelligenda.

§. 8. moeſti] *Heinſ.* coniicit *incerti.*

vnus] *Heinſ.* olim volebat *Eunus*, quod eſt nomen ſeruile, ſubſtituere. Sed *vnus* poteſt defendi, exemplis adeo *Ciceronis*, *Roſc. Com.* 5. *vt iudicem vnum vereri debemus; de Orat.* 1, 29. *ſicut vnus paterfamilias.*

§. 9. Quid?] *Goeſius* putat, hoc voc. poſt *neſcitis* ponendum. Sed *Quid?* ſaepe, ita poſitum, eleganter interrogationis plenioris vicem ſuſtinet. *Ter. Phorm.* 4, 1. *Quid? qua profectus cauſſa hinc es?* et noſter c. 49, 3. *Quid? quid? inquit, porcus hic non eſt exenteratus?* et alibi.

§. 10. amicimur] Sic recte legitur ex *Cod. Mſ.* male in *Ed. Patauina*, A. 1664. *amicum.*

balneo] pro *in balneum* vid. c. 19. §. 2.

## CAP. XXVII.

*Vident Trimalchionem pila ludentem, eiusque quasdam ineptas lautitias.*

Nos interim veſtiti errare coepimus, imo iocari magis, et circulis ludentum accedere; cum ſubito videmus ſenem caluum, tunica veſtitum ruſſea, inter pueros capillatos ludentem pila. Nec tam pueri nos, 2 quamquam erat operae pretium, ad ſpectaculum duxerant, quam ipſe Paterfamiliae, qui ſoleatus pila praſina exercebatur: nec eam amplius repetebat, quae terram

C. XXVII. §. 1. interim] Non eſt, quod explicemus cum *Hadrianide*, *repente*, aut vitioſum eſſe, putemus. Significatur enim: *priusquam intraremus balneum.* quod c. 28. §. 1. factum eſſe, narratur: *veſtiti adhuc, errare coepimus.*

iocari] *Heinſ.* mauult *ociari*, literis transpoſitis. Sed hac mutatione non opus eſt. Senſus enim hic eſt: imo nos non tam *errabamus*, temere huc et illuc vagabamur, quam *iocoſe loquebamur*, et *ad ludentes accedebamus*, atque ſic errare deſinebamus.

videmus] inde ab hoc voc. vsque ad c. 37. §. 5. voc. *credet:* omnia, paucis exceptis, non ſolum in *Cod. Trag.* ſed etiam in aliis quibusdam, vt *Codd. Memm.* et *Leid. Mſ. Tornaeſ.* et in *Edd.* multis, vt *Wouweriana*, *Helenopolitana* 1610. etc. exhibentur; abſunt vero a *Cod. Samb.* et *Ed. pr.*

ruſſea] alii *ruſſa*, quod *Schoppio* placet. Sed *ruſſea* eſt idem; vt *coccinus* et *coccineus*.

pueros] *Vetus Cod. Scaligeri* et *Leidenſ.* exhibet *puellos*, vti antiqui dicebant pro *pueris. Suet. Caligula.* c. 8.

§. 2. duxerant] *Heinſ.* mauult *induxerant.*

paterfamiliae] *Tornaeſ.* et alii *paterfamilias.*

ſoleatus] in *Ed. Nodotiana* 1693. *ſoleatus* ante *ipſe* legitur; male, cum *C. Trag.* et alii *ſoleatus* exhibeant, poſt *qui* poſitum; neque tam *ſoleatus paterfamiliae*, quam id quod *ſoleatus pila exercebatur*, (cum indecorum eſſet, ſoleatum in publico ſtare. vid. *Verr.* 5. c. 33. *Sen.* 2. *de benef.* c. 12.) riſum moueat,

praſina] *Codd.* et *Edd.* priores *ſparſina*, vt *Boſch.* habet, vel *ſparſiua*, vt *Nod.* edidit cum *Ed. Helenop.* quam putant forte eſſe *trigonalem;* ſed *C. Trag.* habet *praſina*, quae lectio recte eſt recepta a *Burm.* praeeunte *Hadrian.* quia *ſparſiua* eſt vocabulum incertum, cuius nec de ſignificatu conſtat, *praſina* contra eſt verbum vſitatum, ſaepiusque vſurpatum a *Petronio*, qui ſolet colorem cuiusque fere rei indicare, quam quaſi in oculos lectorum incurrere cupit. Sic §. 1. *tunicam ruſſeam*, c. ſequ. §. 4. *coccinam gauſapam*, c. 32, 2. *pallium coccineum* commemorauit; *oſtiarium* adeo c. 28, 8. *praſinatum; faſciam catellae* c. 64, 6.

terram contigerat, ſed follem plenum habebat ſeruus,
3 ſufficiebatque ludentibus. Notauimus etiam res nouas. Nam duo ſpadones in diuerſa parte circuli ſtabant, quorum alter matellam tenebat argenteam, alter numerabat pilas: non quidem eas, quae inter manus luſu expellente vibrabant; ſed eas, quae in terram de-
4 cidebant. Cum has miraremur lautitias, accurrit Menelaus: et, (Menelavs) Hic eſt, inquit, apud quem cubitum ponetis; et quid? iam principium coe-
5 nae videtis? (Encolpivs) Etiamnum loquebatur Menelaus, cum Trimalchio digitos concrepuit: ad quod
6 ſignum matellam ſpado ludenti ſubiecit. Exonerata ille

64, 6. *praſinam* dixit. Atque hic color pilis conuenit, ſi, quod *Lipſius* ad *Senecam* et *Velſerus* ad *Inſcriptionem antiquam* obſeruauit, e vitro factae ſunt. Nec tamen putauerim, praſinis pilis luſiſſe *Trimalchionem* in contemptum factionis praſinae.

§. 3. quae] hoc et *C. Memmii* et *Trag.* et rel. exhibent; hinc *vibrabant,* quod habet *C. Memm.* et *Tornaeſ.* pro *vibrabantur* dictum, eſt putandum, idque eleganter fieri, *Heinſ.* obſeruauit. Eodem modo c. 47. *init. vibrabant* dicitur. Temere ergo alii, auctore *Tornaeſ. luſu expellentes vibrabantur,* ſubſtituunt; alii cum *Jungermanno* legunt: *quas* — *luſu expellentes vibrabant.*

luſu] *C. Memm.* et *Leid.* habent *luxu; C. Trag.* et alii rectius *luſu. Scriuerius* mauult *ſurſum expellentes.*

expellente] haec. lect. *C. Memm. Trag.* aliorum, eſt procul dubio vera, quia inter manus luſu expellente vibrant, vel vibrantur pilae, cum *expulſim luditur,* quod fiebat, cum iacta pila ſe inuicem luſores, ne eam poſſent rapere, expellerent; de quo ludi genere vid. *Lucian.* in *Anacharſi* et *Iul. Pollux* l. 4. *Onomaſt.* Non ergo eſt, quod cum *Memmio, expellentis,* legamus.

§. 4. has] poſt *has* inſeruit *C. Trag. ergo.*

accurrit — Menelaus, cum] Haec in ſolo *C. Trag.* reperiuntur.

ponetis] Sic reſcripſi, ſuadente *Scheffero* et praeeunte *Hadr.* pro *ponitis,* quod exhibetur in *Mſ. Tr.* et in *Ed. Burm.* quia *fut.* neceſſario requiritur.

§. 5. Etiamnum] Ita recte correxerunt lect. *C. Tr. et ium non.*

Trimalchio] in *C. Tr. Ed. Burm. Nod.* et *al.* additum eſt *lautiſſimus homo,* quod deleui, quia ex cap. ſup. §. 9. vitio librariorum irrepſit. Ibi quidem hoc additamentum non erat ſuperuacaneum, quia ibi luxus quaedam documenta enarrabantur; id vero, quod hic narratur, quis dicat lautiſſimi hominis eſſe?

ludenti] alii, vt *Tornaeſ.* tradit, *iubenti,* quae lect. non eſt contemnenda.

ſubiecit] Subſtitui ex *C. Tr.* pro *ſuppoſuit,* quod alii *Codd.* et *Edd.* etiam *Burm.* et *Nodot.* habent, ſed gloſſam ſapit vocabuli inſolentioris *ſubiecit,* quod tamen eleganter dicitur eodem, quo *ſuppo-*

ille veſica, aquam popoſcit ad manus, digitosque paullulum aſperſos in capite pueri terſit.

## CAP. XXVIII.

*Lauantur; Trimalchio probe vnctus, et inuolutus, in lectica auffertur, comitante puero delicato et ſymphoniaco. Sequuntur ceteri, qui ad varias res in ipſo aditu ſtupent.*

Longum erat, ſingula excipere: itaque intrauimus balneum, et ſudore calefacti, momento temporis ad frigidam eximus. Iam Trimalchio vnguento perfu- 2
ſus tergebatur, non linteis, ſed palliis, ex molliſſima lana factis. Tres interim Iatraliptae in conſpectu 3
eius Falernum potabant: et cum plurimum rixantes effunderent, Trimalchio, hoc ſuum propinaſſe, dicebat. Hinc

*ſuppoſuit* ſenſu, *Sen.* 2. de *benefic.* 10. *puluino — ſacculum ſubiecit.*

§. 6. ille] *Tornaeſ. illa.* Sed *ille*, quod habet *C. Trag.* et *Mſ. Torn.* praeſtat.

C. XXVIII. §. 1. Longum — excipere] *Putean.* coniicit, hoc eſſe exſcriptoris, non auctoris.

erat] eleganter pro *eſſet*, vel *fuiſſet* dicitur, vt *Ouid.* 1. *Ep. Heroid.* 108. *Hor.* l. 1. *Od.* 37. vid. *Burm.* ad *Lucan.* 2, 617.

ſingula] deeſt in *Cod. vet. Tornaeſ.* ſed in *C. Trag.* reperitur.

excipere] *Heinſ.* mauult *exigere*, proprium in hac re verbum. Sed *excipere*, quod habent omnes *Codd.* et *Edd.* videtur commode defendi poſſe. Nam cum *Petronius* c. 37, 1. et 52, 8. *excipere* (ſcil. auribus) vſurpet pro *audire*, quidni hic *excipere* (ſcil. oculis) poſſit dici ab eodem pro *oculis perluſtrare?*

et ſudore calefacti] Vnus ex ſcriptis habet, vt *Boſchius* ait, *at ſ. c.* vnde ille legit: *et ad ſudorem calefacti;* quod magis etiam mihi arridet, quam *Heinſii* coniectura: *et in ſudorem calefacti.* *Wouweren* pro *calefacti* mauult *madefacti*, vti c. 6, 4. *ſudore madens* dicitur. Sed quidni *ſudore calefacti* dici poſſint, qui, cum in ſudatorio calore eliciant ſudorem, neceſſario calefiant? *Calefacti* dixit pro *madefacti*, vt eo luculentior eſſet oppoſitio: *ad frigidam*, ſcil. aquam, *eximus.*

§. 3. potabant] *Leid.* et *Edd.* antiquiores, *bibebant.* Sed lectio *C. Trag.* edita a *Burm. Nodot.* et *Hadr. potabant*, eſt praeferenda, quia hoc verbum maiorem, quam *bibere*, vim habere, ex *Burm.* ad *Phaedr.* 3, 16. apparet.

et cum — dicebat] Haec in ſolo *C. Trag.* ſunt ſeruata.

hoc ſuum propinaſſe, d.] i. e. *ſe* ipſis propinaſſe hoc ſuum vinum. *Petron.* enim interdum *ſe* negligit; vid. not. ad c. 14, 5. et *Ind.* Liberalitatis ſuae oſtentandae cauſſa, hic ait: *ſe hoc vinum dominicum*, vt infra dicitur, *iis propinaſſe, atque adeo vini optimi effundendi copiam feciſſe.* Temere ergo *Heinſ.* coniicit legendum

4 Hinc, inuolutus coccina gauſapa, lecticae impoſitus eſt,
praecedentibus phaleratis curſoribus quatuor, et chira-
maxio, in quo deliciae eius vehebantur, puer vetu-
5 lus, lippus, domino Trimalchione deformior. Cum
ergo auferretur, ad caput eius cum minimis ſympho-
niacus tibiis acceſſit, et tanquam in aurem aliquid ſe-
6 creto diceret, toto itinere cantauit. Sequimur nos
iam admiratione ſaturi, et cum Agamemnone ad ia-
nuam peruenimus, in cuius poſte libellus erat, cum
hac inſcriptione fixus:

7 QVISQVIS. SERVVS SINE. DOMINICO. IVSSV. FORAS.
EXIERIT. ACCIPIET. PLAGAS. CENTVM.

8 In aditu autem ipſo ſtabat oſtiarius praſinatus, ce-
raſino ſuccinctus cingulo, atque in lance argentea pi-
ſum

dum eſſe: *hoc ſuum genium propitiaſſe;* quamquam et haec oſtentatio *Trimalchionis* perſona eſſet ſatis digna.

§. 5. auferretur] Haec lect. *C. Trag.* recte praefertur a *Burm.* contextus enim docet, *Trimalchionem*, lecticae impoſitum, ab eo loco, vbi pila luſerat, ablatum eſſe ad triclinium, vbi coena erat parata. *C. Memm.* habet *efferretur*, quod et ipſum poſſit ferri. Reliqui *adferretur*, quod etſi in *Ed. Hadr. Boſch. Nodot. Helenop.* aliisque *Edd.* veteribus reperitur; tamen plane non conuenit huic loco, vt nec coniectura *Heinſii*, *inferretur*.

minimis] Quidam putant *mimicis* legendum. Sed *mimi* non habuerunt peculiares tibias. *Heinſ.* olim malebat *geminis*. Sed *minimae tibiae* ſunt, quae minutum edunt ſonum, quibus ita *cantauit, tanquam in aurem aliquid ſecreto diceret;* quo ſenſu forte in loco *Sophoclis* apud *Cic. ad Atticum* 2. Ep. 16. et *Longin.* περὶ ὕψȣς, Sect. 3. σμικροὶ αὐλίσκοι dicuntur.

ſymphoniacus] *Codd.* reliqui; etiam *Edd. Hadr. Nod.* et omnes antiquiores: *ſymphoniacis*, vnus *Trag. ſymphoniacus:* quae lectio recte a *Burm.* recepta eſt, quia non apparet, quis ad caput eius acceſſerit, niſi *ſymphoniacus* legatur. Noti vero ſunt pueri *ſymphoniaci* vel ex *Cic. pro Milone.* c. 21.

§. 6. Agamemnone] qui erat inter conuiuas *Trimalchionis*, cuiusque ſeruus c. 26, 8. commemoratur.

in cuius poſte — CENTVM] Haec ſunt ſolius *Cod. Trag.*

§. 7. ACCIPIET] *Heinſ.* mauult *accipiat*, quia hic modus, in legibus antiquis paſſim vſitatus, *Trimalchionis* maieſtate ſit dignior.

§. 8. autem] deeſt in *C. Leid. al.* legitur in *Trag.*

lance] deeſt in *C. Trag.* habent *Edd. vulg. Heinſ.* cui a mala
manu

ſum purgabat. Super limen autem cauea pendebat 9
aurea, in qua pica varia intrantes ſalutabat

## CAP. XXIX.

*Obſeruant canem in pariete pictum; Trimalchionis fata imaginibus expreſſa; in porticu curſores, in aedicula lares argenteos.*

Ceterum ego, dum omnia ſtupeo, paene reſupinatus crura mea fregi. Ad ſiniſtram enim intrantibus, non longe ab oſtiarii cella, canis ingens, catena vinctus, in pariete erat pictus, ſuperque quadrata litera
ſcriptum, CAVE. CAVE. CANEM. Et collegae qui- 2
dem mei riſerunt. Ego autem, collecto ſpiritu, non
deſtiti totum parietem perſequi. Erat autem ve- 3
nalitium titulis pictum, et ipſe Trimalchio capillatus caduceum tenebat, Mineruaque ducente, Romam intra-

manu inculcatum videtur, dubitat, an *vanno* ſit legendum?

§. 9. varia] *Mſſ. vario, Bourdel.*

C. XXIX. §. 1. dum] *dum ego, Tornaeſ.*

omnia] *Heinſ. ad omnia* putat latinius eſſe. Sed etiam *Hor.* dicit 1. *Sat.* 4, 28. *ſtupet aera;* et ita *Valer. Flacc. Virg. alii.*

CAVE. CAVE.] Hanc lect. *C. Memm. Leid. Edd.* antiquiorum et membranarum *Scaligeri* reſtitui, quia in admonendo eiusmodi repetitio eſt vſitata. *Vitallinus* enim *de Maleſic. tit. damno dato, n.* 45. ſcribit: *et equitantes debent cauere et admonere gentem, alta voce clamando, Caue, Caue!* Praeterea *Petron.* amat eiusmodi geminationes, vt c. 37, 9. *babae, babae. C. Trag.* et *Edd. Burm. Nod. Boſch.* et *Hadr.* CAVE ſemel tantum exhibent.

§. 3. venalitium titulis] *Burm.* coniicit, *cum* a vocabulo *venalitium* abſorptum eſſe. Sed *titulis* poteſt pendere a *pictum*, erat venalitium, titulis, vel aetatis, nominis, patriae indiciis inſignitum. Nimirum, vti per ſeruitium ſerui, ita h. l. per *venalitium* ſerui *venales* indicantur, vti *l. vlt. D. de aedilit. edict.* et l. 5. §. *vlt. D. de iur. deliber.* Cataſtae enim, in quibus ſerui vendebantur, non poſſunt intelligi, quia *Trimalchio*, qui fuerat ex numero eorum, etſi *Mercurii* formam in hac tabula ſibi dari curauerat, vt a reliquis diſtingueretur, maiori conditioni deſtinatus, hic, *Mineruа* ducente, vrbem intrans pingitur, cum ſeruorum venalium turba.

Romam] Sic habet *C. Trag.* atque hanc lect. *Burm.* et *Nod.* recte cum *Scheffero* praetulerunt, quia locus, quo duceretur, neceſſario erat indicandus. Nec obſtat, quod *Capuae* ſeruiuit *Trimalchio;* potuit tamen puer venalis *Romam* duci. Ex *Roma*, in lib. *Patiſſon.* et *Cod. Leid.* tema, ſuperſcripta lineola, quod eſt indicium nominis proprii, eſt ortum;

 ex

4 intrabat. Hinc quemadmodum ratiocinari didiciſſet,
dein Diſpenſator factus eſſet, omnia diligenter curio-
5 ſus pictor cum inſcriptione reddiderat. In deficiente
vero iam porticu, leuatum mento in tribunal excel-
6 ſum Mercurius rapiebat. Praeſto erat Fortuna, cornu
abundanti copioſa, et tres Parcae, aurea penſa torquen-
7 tes. Notaui etiam in porticu gregem curſorum cum
8 magiſtro ſe exercentem. Praeterea grande armarium
in

ex quo eſt natum *tenia* vel *taenia*, quod habet *Douſae Mſ.* et *vulgg.* idque defendunt, qui tribuunt *Trimalchioni* taeniam. *Daniel* coniiciebat, legendum eſſe *thermas*, *Schefferus* et *Heinſ.* *moenia*, ſcil. *Capuana;* hic tamen olim, *théma dictabat*, coniecerat.

intrabat] Ita *Mſ. Tr.* et *Burm. Hadr. Nod.* aliaeque *Edd.* Tamen *itabat*, videtur latere in lect. libri *Putean.* et *C. Leid. vitabat*, vel *citabat*, vti in ora eius reperitur.

§. 4. dein] Sic *Codd.* et *Edd. vett. C. Trag. deinque;* forte *deinde* ſcriptum erat.

pictor] *alii, ſcriptor. Patiſſ.*

§. 5. In] *Heinſ.* putat rectius abeſſe, niſi *hinc* ſubſtituatur.

in deficiente] *Goeſ.* olim ſcriptum fuiſſe, exiſtimat: *Ingredientem vero iam porticum.* Sed hac mutatione non opus eſt; quia in *deficiente porticu* eſt in *extrema porticus parte*, vt ſupra c. 12, 1. *deficiens dies*, et *Mart. ſpectac.* 2. *deficiens aula* dicitur.

mento] *merito*, *Tornaeſ.* ſed *mento* poteſt defendi, ſi intelligatur barba. Alibi, vt *Reiskius* in *Miſcell. Lipſ.* ad h. l. obſeruat, *coma rapti* leguntur. *Liban. parental. in Iul.* Καὶ τὶς αὐτῆ τῆς κόμης ἥψατο τῶν ἐξ ἐρανῆ καταβάντων. *Burm.* putat, *leuatum mento* hic dici *arrogantia auctum;* collato c. 43, 4. *quod illi mentum ſuſtulit.*

rapiebat] *capiebat C. Leid. Tornaeſ.* et *alii* exhibent. Sed lect. *C. Trag. rapiebat* procul dubio eſt verior. Hoc enim verbum in hac re eſt ſolenne. *Plaut. Ter. Virg. rapere ſublimem* dicunt. Ceterum a *Mercurio* in tribunal excelſum raptus dicitur, ob *ſeuiratum* ipſi conceſſum.

§. 6. Praeſto erat Fortuna] ſcil. *Trimalchioni*, in tribunal rapto, vt indicaretur, cum iam eſſe feliciſſimum, quod etiam tres *Parcae* additae ſignificant. Conf. *Pind. Od.* 6. *Olymp.*

copioſa] haec *Goeſio* videtur gloſſa expungenda, niſi *abundanter copioſa* legatur. Sed quidni *fortuna*, poſſit dici *copioſa cornu abundanti*, cum *Gell.* 7, 1. *copioſus re cibaria; rebus omnibus ornatus et copioſus Cic. Catil.* 2, 8. occurrat?

§. 7. in porticu] Haec verba, quae habet *C. Leid. Trag. alii*, temere delenda putat *Goeſ.* nam iam indicantur, quae in ipſa porticu obſeruata ſint.

curſorum] ſerui intelliguntur, quos in currendo exerceri iuſſerat *Trimalchio*, diuerſi ab *quatuor curſoribus phaleratis.* c. 28, 4. *C. Memm.* exhibet *curſorium. Heinſ.* ſubſtituere vult *cirratos*, i. e. *delicatos pueros*, qui alibi *capillati* dicuntur.

in angulo vidi, in cuius aedicula erant Lares argentei poſiti, Veneriſque ſignum marmoreum, et pixis aurea non puſilla, in qua barbam ipſius conditam eſſe dicebant. Interrogare ego atrienſem coepi: quas in 9 medio picturas haberent? (Atriensis) Iliada et Odyſſeam, inquit, ac Laenatis gladiatorium munus.

CAP.

§. 8. lares] *Memm.* coniiciebat *Paridis*, cuius ſignum cum *Veneris* ſigno coniunctum putat, propter eiusdem iudicium ſatis notum: putatque *eius* barbam commemorari. Verum neque huius, neque *Veneris*, vt putauit *Bongarſius*, ſed *Trimalchionis* barba eſt intelligenda, quae vti *Neron. Suet.* 12. *in aurea pyxide condita*, diis eſt conſecrata.

marmoreum] Poſt hoc voc. in *C. Tr.* reperitur *poſitum*, quod temere repetitum ex ſup. recte deletur; neque exhibetur in *C. Leid.* et *al.*

§. 9. in medio] *in medica Cod. Scaligeri* et *al.* quam lect. defendit *Scaliger*, qui putat porticum ſic vocari, in qua *Medi*, vel *Perſae* a *Miltiade* deuicti, eſſent picti. Sed alii habent in *media*, vt *Tornaeſ.* tradit, ſcil. *porticu*, quod etiam additum eſt in *Edd. Hadr. Burm. Nodot. al.* Sed *C. Trag.* habet in *medio*, quam lect. recepi, quia eam cum *Burm.* veriorem puto; nec tamen cum *Goeſio* putauerim, *in medio* h. l. eſſe idem, quod *ad manum*, *in propatulo*. Si enim de iis, quae viſui eſſent expoſitae, ſermo foret, non ita interrogaturus fuiſſet. Sed in *medio* videtur dictum, vt apud *Virg.* 3. *Georg.* 16. *In medio mihi Caeſar erit:* i. e. *in loco honoratiſſimo*, et quaſi *ſanctiſſimo*, qui in templis deorum ſtatuis erat deſtinatus. *Barthius* in *ratém.* pro *medica* ſubſtituit *porticu:* ſed in *aduerſ.* 13, 5. *in poëtica* mauult.

haberent] non eſt ſollicitandum: dicitur pro *quae — picturae haberentur*, *eſſent.*

ac Laenatis — Nos, C. ſequ. §. 1.] ex ſolo *C. Tr.* reſtituta ſunt. *Laenas* eſt *nomen propr.* non inauditum. Nam apud *Cic.* 3, 11. *de legibus*, *Laenatis*, *Conſulis*, fit mentio; et hoc nomen ſaepius legitur, quia erat cognomen gentis *Popiliae*, *Octauiae*, *Vipſaniae* et *Pontianae*. Videtur vero hic libertus quidam harum gentium intelligendus, qui in hac colonia munus ſumtuoſum ediderat, quod *Trimalchio*, homo lautiſſimus et ineptiſſimus, eodem, quo *Iliados* et *Odiſſeae* fabulas loco depingendum curauerat, quaſi non minus dignum eſſet aeternitate. Haec vero inſania, totos parietes inueſtiendi imaginibus, etiam pictura muneris gladiatorii, valde increbuit illo fere tempore, quod ex *Plin.* 35, 7. apparet. *Schefferus* coniiciebat *ac laeua, bis;* quam coniecturam *Nodotius* ſuo *Codici* ficto tribuit. *Burm.* coniicit *Maecenatis*, cuius ſectam ſtudioſiſſime effinxiſſe videatur. *Tilebom.* putat, legendum eſſe: *as dantes glad. mun. non licebat multoties conſiderare.* Sed *Laenatis*, quod edidit *Burm.* cum aliis, non eſt ſollicitandum.

## CAP. XXX.

*Vident ante triclinium procuratorem, faſces in poſtibus fixos, lucernam, duas tabulas, et duplicem inſcriptionem. A ſeruo rogati, diſpenſatorem deprecantur, vt ei remittat poenas.*

(Encolp.) Non licebat multas iam conſiderare. Nos iam ad triclinium perueneramus, in cuius parte prima Procurator rationes accipiebat: et, quod praecipue miratus ſum, in poſtibus triclinii faſces erant cum ſecuribus fixi, quorum imam partem quaſi embolum nauis aeneum finiebat, in quo erat ſcriptum:

G. Pom-

C. XXX. §. 1. multas iam] Haec ex coniectura reſtitui ex lect. *Cod. Trag. multaciam.* Vnde effecit *Schefferus*, *multa etiam*, quod recepere *Edd.* pleraeque, etiam *Burm.* prior et *Nodot.* ſed *etiam* quid ſibi velit h. l. non apparet. *Tilebom.* malebat *multotius. Heinſ. multa ad aciam*, collato c. 76, 11. *ab acu et acia omnia expoſuit*, vel *multa per otium*, quod ille longius abire fatetur, *Reiskius* in textum recepit. *Cruſius* in *Prob. Crit.* p. 210. *multa ab otio; Goeſius, mi vltra eam*, proponit. Ex omnibus coniecturis cum mea proxime ad literas accederet, atque contextui non minus eſſet apta, eam lectioni *Burmannianae* praetuli.

Nos iam] *Heinſ.* nos ſcribere iubet: *Nam nos;* equidem *nam* pro *iam* ſubſtitui malim, et *nos*, quod in vno *C. Trag.* exhibetur, deleri.

perueneramus] ſic *C. Trag. Edd.* priores, et *Codd. vett. veneramus.* Poſt hoc voc. excidiſſe putat *Heinſ.* haec: *emenſo porticu atrioque*, quia, *in cuius parte prima*, non ad *triclinium* eſt referendum, ſed ad *atrium*, in quo veteres, vt docet *Seruius ad Virg. Aeneid.* 1, 726. et 9, 648. habebant pecunias et cenſus omnes; hinc rationes quoque procurator ibi accepiſſe videtur. Sed, *in cuius parte prima*, videtur dici, pro *ad cuius partem primam; in* enim interdum ſic dicitur. vid. *Salluſt. Iugurth.* 101. et *Brouckh.* ad *Prop.* 1. 1, 11. Eodem modo c. 26, 9. *horologium in triclinio*, i. e. ad triclinii parietes exteriores, *ſub dio habere* dicitur *Trim.* Omnia vero, quae hic obſeruantur, ſunt in atrio. Nam §. 5. demum conantur in triclinium intrare: illudque c. 31, 1. vere intrant. Niſi malis ſumere, partem triclinii primam dici cellam procuratoris, de cuius camera pendebat lucerna, et per quam in triclinium ibant.

miratus ſum] ſcilicet quia *ſeuir* tantum erat *Trimalchio*, neque vllo magiſtratus iure faſces cum ſecuribus ſibi vindicare poterat, cum duumviris in coloniis tantum bacilli darentur. Sed de *ſeuiris* vide *Indicem.*

imam] ſic recte omnes recentiores ediderunt pro *vnam*, quod habet *C. Trag. al.*

aeneum] *C. Trag. treum*, quod ex *aereum* ortum eſt.

G. Pompeio. Trimalchioni. vi. viro. Avgv- 2
stali. Cinnamvs. Dispensator.

Sub eodem titulo, etiam lucerna bilychnis de ca- 3
mara pendebat, et duae tabulae in vtroque poſte de-
fixae; quarum altera, ſi bene memini, hoc habebat
inſcriptum:

iii. Et. pridie. Kal. Ian.
G. noster. foras. coenat.

altera Lunae curſum, Stellarumque ſeptem imagines 4
pictas; et, qui dies boni, quique incommodi eſſent, di-
ſtin-

§. 2. G. Pompeio] Sic omnes *Edd. vett.* et *Mſſ.* exhibent, vno *C. Trag.* excepto, qui habet *C. N. Pompeio.* Sed noſter c. 50, 1. *Gaius* dicitur; hinc patet, veriorem eſſe lectionem *vulg.* Neque hoc praenomen genti *Pompeiae*, cuius libertus hic noſter olim fuit, plane inauditum fuiſſe, ex *Tac. Annal.* 12, 5. et ex *Gruteri* et *Reineſii inſcriptionibus* apparet.

vi. viro] vi quidem non extat in *C. Leid.* nec in aliis. *Puteanus* tamen recte ſic legendum putauit, quod docet *C. Tr.* vbi *Seuiro* reperitur. Sed hoc voc. in inſcripitonibus, (vid. *Grut.* p. 149. 6.) ſaepe vi vir ſcribitur.

§. 3. etiam] *C. Trag. et.*

bilychnis] *C. Memm. bilignis. C. Trag. bilynchis.* Hinc recte fictum eſt *bilychnis.* Nam apud *Gruterum* p. 215. 2. in veteri teſtamento, *candelabra et lucernae bilychnes*, occurrunt.

in vtroque] *Goeſ.* coniicit *ab vtroque poſte*, i. e. *ad vtriusque latus*, quia poſtes iam faſcibus erant occupati. Sed fortaſſe et hic *in* pro *ad* dicitur, vt §. 1.

G. noster] *C. Trag.* exhibet: *Cum noſter*, quod *Schefferus C. V. M. cum voto memoriae*, vel *contra votum memoriae*, vel ſimili modo explicandum exiſtimat. Videtur vero ex *C. N.* quod ſupra etiam exhibebatur, ortum: rectius in *Edd.* quas conſului omnibus, *G.* i. e. *Gaius*, ſcribitur. vid. not. ad. §. 2.

foras] Quia *Petron.* etiam c. 10, 2. *foris coenare* dicit, non temere *Burm.* coniicit, *foris* legendum eſſe: ſed poteſt lect. *Codd.* defendi, quia, vti ſaepe *accuſatiuum* pro *ablatiuo* ponit noſter, ita etiam ſaepius *foras* pro *foris* vſurpauit, vt c. 47, 5.

coenat] *Brouckhuſius* putat *coenauit* legendum, quaſi rei tam inſolitae memoria hac inſcriptione eſſet conſeruanda. Sed *vulg.* lect. conſeruata, hac inſcriptione poteſt indicari, reliquis diebus anni ad *Trimalchionis* coenam patere conuiuis aditum.

§. 4. pictas] ſcil. *habebat* ex §. 3. eſt intelligendum.

5 ſtinguente bulla, notabantur. His repleti volupta-
tibus, cum conaremur in triclinium intrare, exclama-
uit vnus ex pueris, qui ſuper hoc officium erat poſi-
6 tus: (Pver) Dextro pede. (Encolp.) Sine du-
bio paulliſper trepidauimus, ne contra praeceptum ali-
7 quis noſtrum tranſiret. Ceterum, vt pariter moui-
mus dextros greſſus, ſeruus nobis deſpoliatus procu-
buit ante pedes, et rogare coepit, vt ſe poenae eripe-
remus: nec magnum eſſe peccatum ſuum, propter quod
8 periclitaretur. Subducta enim ſibi veſtimenta Diſpen-
9 ſatoris in balneo, quae vix fuiſſent x. HS. Retulimus
ergo dextros pedes, Diſpenſatoremque in precario
aureos

bulla] *Heinſ.* arbitratur, *diſtinguente tabula*, vel *tabella*; aut certe *pullo* h. e. *atro colore*, qui diebus infeſtis conueniebat, legendum eſſe. Sed bullarum vſus in ianuis et poſtibus erat frequens. *Cic.* 4. *Verr.* c. 56. *bullas aureas ex his valuis — non dubitauit auferre. Trimalchio* igitur, qui pro ingenio ſuo tabulis ornauerat poſtes, bulla diſtinguere potuit dies bonos et incommodos, ex ſuperſtitione iſtius temporis, quae Lunae inprimis hanc vim tribuebat. *Virg. Georg.* 1, 276.

§. 5. 6. His repleti — tranſiret] Haec in ſolo *C. Trag.* ſeruata ſunt.

dextro pede] Quia, ſiniſtro pede incedere, infauſtum habebatur, veteres pede dextro deorum templa intrabant. Idem ergo vt intrantes triclinium facerent, curauit *Trimalchio.* Hinc etiam architecti in gradibus numerum imparem ſectati ſunt. vid. *Vitruv.* 3, 3. et 8.

§. 6. noſtrum tranſiret] In *Ed. Patav.* et *Pariſ.* ex mera coniectura additum eſt *limen*, quod *C. Trag.* non habet, neque ferri poteſt, quia *noſtrûm* ad *aliquis* eſt referendum.

§. 7. pariter] Hoc in ſolo *C. Trag.* reperitur.

dextros greſſus] *Anonym.* hic et §. 9. *dextrorſum* legit; male! nam recta domum intrabant, ſed dextro pede. *Mouere dextros greſſus* vero eſt, *mouere dextros pedes gradiendi cauſſa.*

deſpoliatus] ita recte hoc voc. ſcribitur in *C. Trag.* nudatus enim vel exutus erat, ad accipienda verbera. *Plaut. Caſin.* 4. 4, 4. *Vir te veſtiat, tu virum deſpolies. Hadr.* et *Nod.* male edidere *diſpoliatus.*

nobis — ante pedes] i. e. *ante pedes noſtros.* Ita c. 97, 9. *Ego ad genua Aſcylto procubui.* vid. *Sueton. Domit.* 4.

ante] *C. Trag. ad* pedes, quod perinde eſt.

ſibi] ſeruo capſario, veſtes ſeruanti in balneo.

§. 8. x. HS.] Sic recte vulgo editum eſt, non ſuperducta linea, quae millenarium indicat. Nam *C. Trag.* ſcribit *decem ſeſtertiorum.*

§. 9. precario] Hanc lect. *C. Trag. rel.* et *Edd. vett.* defendunt,

aureos numerantem deprecati ſumus, vt ſeruo remit-
teret poenam. Superbus ille ſuſtulit vultum, et, 10
(DISPENSATOR.) Non tam iactura me mouet, inquit,
quam negligentia nequiſſimi ſerui. Veſtimenta mea 11
cubitoria perdidit, quae mihi natali meo cliens qui-
dam

dunt, qui putant, ſic dici ſacrarium, quod *Trim.* domi ſuae habebat pro more Romanorum; vid. *Barth.* ad *Claud.* 4. *conſ. Honor.* 3. et *Marcil.* ad *Suet. Tit.* 8. Sed poteſt quaeri, cur in ſacrario numeret aureos? equidem putauerim reſpondendum eſſe, *in precario*, vel *ſacrario* h. l. eſſe *ad precarium*, vel *ad ſacrarium*, i. e. in ea parte atrii, quae finitima erat angulo porticus, in cuius aedicula erant lares et *Veneris* ſignum. c. 29, 8. Notum enim eſt, ad atrium ſeruaſſe veteres pecunias; atque in ipſo armario, cuius mentio fit l. c. ſolebant eam reponere. *In precario* vero poteſt ſignificare *in precarii vicinia.* Sic enim apud *Cic.* ad *famil. l.* 13. *ep.* 2. *qui habitat in tuo ſacrario*, dicitur. Cui *precarium*, quod vocabulum eſt inuſitatum, moleſtum eſt, ei auctor ſim, vt vel cum *Heinſ. in primore atrio*, vel ex mea coniectura, *proatrio* (quod vocabulum eodem iure a Latinis, quo προαύλιον a Graecis formari poteſt) ſubſtituat. Ceterae enim coniecturae non ſunt probabiles. *Dan.* quidem coniicit *in preciario*, vel *imprecarium* (ſcil. diſpenſatorem) vel *precarios* (i. e. mutuatos.) *Scalig.* in *praetorio.* Alii *in praeterito.* *Schefferus* olim putabat legendum eſſe *imprecario*, (multis precibus) idque ad *deprecati ſumus* referendum; deinde *praetorium* praeferebat, atque intelligebat locum, vbi priuatim quoque ac domi ius dicebatur familiae. *Boſch.* olim exiſtimabat, *in cellario* (vel cella, quae erat ante triclinium) ſcribendum eſſe; *Goeſ. imperatorio*, ſcil. ſeruo, i. e. villico, vel *in pec. erario* i. e. *in peculiari aerario*, vel in *priu.* (in *priuato*) *aerario.* *Barthius* vero *ad Statii* l. 4, 761. proponit *prothyrio.*

numerantem] *C. Trag. mirantem*, quod poſſet ferri, ſi quis cum *Scheffero* ſumeret, *in precario aurea S.* i. e. *ſigna*, *mirantem*, ſcriptum fuiſſe; ſed vir doctus hanc ſuam coniecturam non magni facit, quia haec admiratio vix cadit in eum, qui haec ſigna ſaepius viderat: hinc mauult, *in praetorio taureas minantem.* At lect. *vulg. aureos numerantem*, non eſt ſollicitanda; hoc enim erat munus diſpenſatoris.

vt] non reperitur in *Edd. vett.* additum vero eſt in *C. Trag.*

§. 10. ſuperbus] *Douſa F.* et *Burm* malunt *ſuperbum*, vt c. 17, 3. *retexit ſuperbum pallio caput. Heinſ. ſuperbius.*

§. 11. cubitoria] Sic reſtitui ex *C. Leid. Trag. al.* ſubſtituerunt vero critici, *etiam Burm.* et *Nod.* duce *Lipſio*, *accubitoria*, quia putarunt, verbum *accubare* eſſe proprium coenantibus: ſed *Codd.* lect. non eſſe ſollicitandam, inde apparet, quia et a *Plauto* paſſim, et a *Cic. de Orat.* 2. c. 86. et a *Iuſtin.* 32. 4, 14. *cubare* de coenantibus dicitur. Sunt vero *veſtimenta cubitoria*, vel *accubitoria*, *coenatoria*, vel *veſtes tricliniares*, quas a *forenſibus*, i. e. a *toga*, diuerſas habebant *Romani*, ſcili-

dam donauerat, Tyria ſine dubio, ſed iam ſemel lota. Quid ergo eſt? dono vobis eum.

## C A P. XXXI.

*Seruus, pro quo rogauerant, gratias iis agit. Discumbentibus aqua niuata in manus infunditur, pedes purgantur, potus porrigitur a pueris canentibus. Adfertur guſtatio in repoſitorio magnifico, ſcilicet oliuae varii coloris, glires conditi, tomacula, ſyriaca pruna, grana punici mali.*

(Encolp.) Obligati tam grandi beneficio, cum intraſſemus triclinium, occurrit nobis ille idem ſeruus, pro quo rogaueramus, et ſpiſſiſſima baſia ſtupen-
2 tibus impegit, gratias agens humanitati noſtrae. Ad ſummam, (Seruus) ſtatim ſcietis, ait, cui dederitis beneficium. Vinum dominicum Miniſtratoris gratia
3 eſt. (Encolp.) Tandem ergo diſcubuimus, pueris Alexandrinis aquam in manus niuatam infundentibus, aliisque inſequentibus ad pedes, ac paronychia cum ingenti

ſcilicet ſyntheſis aut pallium, aut laena, cuius vſus non erat in publico. vid. *Sueton. Nero* c. 51.

ſine dubio] *Pontanus* ad *Macrob.* 6. *Saturn.* c. 1. legit, *ſine eluvie. Marklandus* ad *Stat.* 3. *Sylu.* 11, 23. legit, *ſane dibapha.*

iam ſemel] *Lipſ. Saturn.* l. 1. c. 2. *haud ſemel lota*, legere voluit, et *veſtimenta dibapha* intelligere: ſed *veſtimenta* a fullone iam *ſemel lota*, rectius ſeruantur. Alii, *ſed tantum ſemel. Gonſalius* vero, *ſed ea ſemel*, coniicit.

Quid ergo eſt?] Ita ex *Codd. vett.* et *Trag.* reſcripſi. Critici quidem, etiam *Burm.* et *Nod.* ſubſtituerunt, *quidquid ergo eſt.* At vero hac mutatione non opus eſſe, ex *C. Trag.* patet, qui habet: *dono vobis*, et addit, *eum*, i. e. *ignoſco ei veſtri cauſſa*, cf. *Iuſtin.* 32. 2, 5. vbi eodem ſenſu *donatus filio pater* dicitur. add. 38, 66. Hac lectione recepta, in *Ed. Burm.* illud: *Quid ergo eſt?* recte ſe habet. Hic enim tranſitus, vt *Ciceroni* (*pro Quint.* c. 1. *ad famil.* 10. *ep.* 23.) ita noſtro non eſt infrequens. vid. c. 4, 1. c. 46, 2. c. 129, 8.

eum] ex *C. Trag.* recte additum eſt; vid. not. ſup. *Heinſ.* coniiciebat *reum.*

C. XXXI. §. 3. in manus] *C. Memm. aquam manibus.*

ad pedes] ſcilicet, *pueris ad pedes*, qui eodem modo dicuntur, quo *pueri ad cyathos*; intelliguntur ergo ſerui, qui, detractis calceis, purgare ſolebant vnguium ſordes *ingenti ſubtilitate* i. e. dexteritate et peritia. Non ergo eſt, quod ex hiatu, qui eſt in *Cod. Trag. inſequentibus ad ped. - - - ad paronychia*, colligamus, aliquid excidiſſe, v. c. *ad pedum curam*, vel *ad pedes curandos.* Exhibent reliqui *Codd. ad pedes et ad* etc.

ingenti ſubtilitate tollentibus. Ac ne in hoc qui- 4
dem tam moleſto tacebant officio; ſed obiter can-
tabant. Ego experiri volui, an tota familia cantaret? 5
Itaque potionem popoſci: paratiſſimus puer non mi- 6
nus me acido cantico excepit: et quisquis aliquid ro-
gatus erat, vt daret. Pantomimi chorum, non patris- 7
familiae triclinium crederes. Allata eſt tum guſtatio 8
valde

§. 4. cantabant] Vbique in hac coena cantus auditur pro luxu iſtius temporis, *vid. Sen. de vita beata.* c. 11. adde *Salmaſ.* et *Caſaub. ad Lamprid. Seuer.* c. 34. *Barth. ad Claud.* 2. de *laud. Stilic.* 141.

§. 5. Ego] *Heinſ.* mauult *Ergo*, quod amat *Petron.*

itaque potionem] *Heinſ.* vult legi: *Itaque vt potionem popoſci.*

§. 6. acido] *Tornaeſ.* maluit *arido*, quoniam *aſſa voce* caneretur. *Erh. acuto.* Sed *acido* poteſt ſeruari, quia variis rebus adiectum pro *ingrato* et *moleſto* dicitur. *Apulei. Ed. Berol.* p. 440. *acidas et amaras iſtas nuptias ſentias*, et noſter c. 56, 6. *vbicunque dulce eſt, ibi et acidum inuenies.* Etiam verbum *peraceſcere* eodem ſenſu dicitur ap. *Plaut. Bacch.* 5, 1. *hoc eſt quod peraceſcit.* *Goeſio* in toto loco ordo verborum turbatus, et ſic reſtituendus videtur: *puer me acido cantico excepit, et non minus quisquis aliquid rogatus erat.* *Burm.* mauult: *non minus me acido, ac cantico excepit;* atque putat, hoc dici, puerum et ſimul cantaſſe et porrexiſſe potionem acidam; per *acidum* autem intelligit potum, qui acretudine ſua ſtomachum excitat, coll. c. 92, 5. *negat ſibi vnquam acidius fuiſſe.* Sed omnia bene ſe habent, ſi ſumas, *non minus* reſpicere *pueros*, §. 4. commemoratos.

§. 7. Pantomimi chorum] Ex *C. Trag.* reſtituit *Reiskius* eo impunius, cum ipſe *Burm.* hanc putaret eſſe *Petronii* veram lectionem. Profecto durum videtur *pantomimorum triclinium, non patris familiae.* Nec pantomimorum, qui in ſcenis perſonas ſaltando exprimebant, ſimilitudinem referebant ſerui *Trimalchionis;* ſed *chori*, qui pantomimo ſaltanti accinebat. Omnes reliqui *Codd.* omnes *Edd.* ne *Burm.* quidem *Ed. pr.* excepta, exhibent *pantomimorum;* quae lect. potuit ex *pantomimichorum*, in vnum verbum conflato, vti reperitur in *C. Trag.* oriri. c. 34, 1. commmemoratur *chorus cantans.*

§. 8. Allata] haec vera procul dubio eſt lectio; nam proprium hac in re verbum eſt *adferre*, vt obſeruauit *Burm.* et apparet ex c. 33, 3. c. 34, 6. Hinc in *C. Memm. ablata eſt* facile potuit naſci; in *Trag.* vero *altera* ex margine videtur irrepſiſſe, in quo aliquis, qui in animo habebat eam, quae c. 21, 6. commemoratur, guſtationem, h. v. adſcripſerat. *Burm.* coniicit: *Petron.* dediſſe: *allata eſt tamen altera guſtatio;* quod mihi non probatur, quia prior iſta guſtatio non ad coenam *Trimalchionis* pertinebat.

tum] *C. Memm. hinc*, quod ex *tunc* ortum videtur. *Trag. tamen*, quod *Boſchius* recipiendum putat

valde lauta: nam omnes iam diſcubuerant praeter vnum Trimalchionem, cui locus, nouo more, pri-
9 mus ſeruabatur. Ceterum in promulſidari aſellus erat Corinthius cum biſaccio poſitus, qui habebat oli-
10 vas, in altera parte albas, in altera nigras. Tegebant aſellum duae lances, in quarum marginibus nomen Trimalchionis inſcriptum erat, et argenti pondus. Ponticuli etiam ferruminati ſuſtinebant glires, melle et
11 papauere ſparſos. Fuerunt et tomacula feruentia ſupra

putat, quia, *Nonio* auctore, ſignificat *tandem*. *Heinſ.* *tandem* mauult.

lauta] *C. vet. laudata.*

iam] huc transtuli cacophoniae vitandae cauſſa, auctoritate *C. Tr.* qui habet; *Iam omnes iam diſcubuerant*. *Heinſ.* mauult: *Iam omnes vna diſcubuerant*. *Burm.* et *Nod.* cum aliis ediderunt: *nam iam*.

vnum] Haec lectio *C. Trag.* recte recepta eſt, a *Burm. Nod.* et *al.* quia *vnus* eleganter opponitur *omnibus*. *Codd. rel.* et *Edd. vett.* habent *ipſum*, quo pronomine ſaepius *Trimalchio* inſignitur, vt c. 29, 8. vid. *Indicem*.

nouo more] *Memm.* ſuſpicatus eſt *nouae morae locus*, i. e. *poſtremus locus*, olim ſcriptum fuiſſe, quia in *Mſ.* repererat *nouomorae*. Sed *nouo more* recte legitur in *C. Trag.* et aliis. Nam vtique nouus hic erat mos, quod *Trimalchioni*, qui vt dominus conuiuii in tertio, ſeu imo lecto accumbere debebat, primus, id eſt, lecti medii imus, vel vltimus locus, qui dari ſolebat conuiuarum honeſtiſſimo, atque ideo conſularis dicebatur, in hoc conuiuio ſeruabatur. cf. *Lipſ.* l. 3. *Antiqu. Lect.* et *Salmaſ.* in *exercit. Plinianis* p. 885.

§. 9. promulſidari] Haec lect. *Cod. Memm. Tornaeſ. Trag. al.* non videtur ſollicitanda; nam vti *palmare* et *palmarium*, ita *promulſidare* et *promulſidarium* eſt idem, nimirum *promulſidis*, vel guſtationis, aut adeo vaſis, quod continebat promulſidem, *repoſitorium:* quod ex *Vlpian.* l. 19. ff. *de auro, argento, mundo*, §. 10. intelligitur. vid. *Salmaſ. ad Tertull. Pall.* p. 408. *P. Dan.* coniiciebat *promulſidario;* non male. *Memm. in promulſide ei aſellus* etc. *Tornaeſ. promulſide danda*. *Palmer.* in *ſpicileg.* p. 718. *in promulſidare*, i. e. promulſidaris loco. *Anonymus: in promulſide gari.*

Corinthius] Temere *Palmer.* in *ſpicileg.* p. 718. coniicit, legendum eſſe, *Corinthiis* ſcil. vaſis.

biſaccio] Sic recte *C. Memm.* i. e. *duplici ſacco.* Graeci quoque recentiores dicunt διϭάκιον *peram* vel *manticam duplicem.* Perperam ergo *Tornaeſ. byzantio* aut *gemino ſacco* mauult.

in altera parte albas, in altera nigras] i. e. *verſicolores*, de quibus vid. *Varr. de R. R.* l. 4. c. 66.

§. 11. tomacula] Recte ex *tumatula C. Memm.* et *Trag.* effectum eſt; quia haec *feruentia* ſolebant apponi, vel *fumantia*, quae a *Mart.* l. 1. *epigr.* 42. cocus dicitur *circumferre tepidis popinis*. Alii ex *trimatula C. Tor-*

pra craticulam argenteam poſita, et infra craticulam Syriaca pruna cum granis Punici mali.

## CAP. XXXII.

*Trimalchio ipſe affertur, poſitus inter ceruicalia minutiſſima, vario modo ornatus.*

In his eramus lautitiis, cum ipſe Trimalchio ad ſymphoniam allatus eſt, poſitusque inter ceruicalia minutiſſima, expreſſit imprudentibus riſum. Pallio 2
enim coccineo adraſum excluſerat caput, circaque onera-

*Tornaeſ.* effinxerunt *trimetalla*, quod probat *Tornaeſ.* qui putat ſic dici *orichalcum*; alii exiſtimant, ita dicta vaſa *Corinthia*, ob trium metallorum confuſionem.

tomacula feruentia] *Cod. Trag.* et *Edd.* pleraeque, etiam *Burm.* prior, verba hoc ordine exhibent: *tomacula ſupra* (*C. Trag. ſuper*) *craticulam feruentia argenteam poſita.* Sed cum hic ordo in oratione proſaica nimis contortus ſit, equidem non dubitaui, *tomacula feruentia* iungere, quod iam factum eſt, in *Ed. Lipſ. Tornaeſii* forte auctoritate, qui poſt *trimetalla* ſtatim poni iubet *feruentia. Reiskius* in *Ed. Burm.* altera exhibet *tomacula ſupra craticulam argenteam feruentia et poſita.* Sed haec mutanda, et lectionem *Ed. pr.* reſtituendam eſſe, indicatur.

poſita et] *Tilebom. et poſita infra*; ſed lect. *Codd.* h. l. eſt melior, quia *poſita* ad *fuerunt* pertinet. *Gonſalius* exiſtimat, *pruna Syriaca*, vel *Damaſcena* infra craticulam poſita eſſe cum granis mali punici, vt ignis ſimilitudinem referrent. Sed in guſtatione etiam poma appoſita eſſe, notum eſt. Et *pruna Syriaca* in ſummis deliciis fuerunt ad ciborum condimenta; cuius rei ratio intelligitur ex *Dioſcor.* l. 1. c. 130. Sed mala punica ſtomacho ſunt vtilia, (*Dioſc.* l. 1. c. 151.) vires reficiunt, et cum nucleo aluum ſiſtunt, (*Hippocr. de affectionibus ſect.* 5. p. 89. *Ed. Foëſ.* cf. *Plin.* lib. 23. c. 6.) Veteres vero etiam grana mali punici ediſſe, inde apparet, quod fabulantur, Cererem apud inferos mali punici granis ieiunium ſoluiſſe, et quod iis veſci prohibebantur mulieres, quae *Cereris* ſacra obibant. vid. *Clem. Alex. Protrept.* p. 12. Plura vide apud *Lud. Nonnium*, de *re cibaria* l. 1. c. 37.

C. XXXII. §. 1. inter] Sic *C. Trag. Edd. vulgg. in. Inter* melius, quia, quod ex *Apuleii* l. 10. *Mileſ.* apparet, puluillis modicis maxillas et ceruices delicatae mulieres ſuffulcire conſueuerant. Erat nimirum *Trimalchio*, vt *Mart.* l. 3. *Epigr.* 82. dicit, *Effultus — puluinis.* Infra c. 78, 5. *fultus ceruicalibus multis extendit ſe ſupra torum extremum.*

minutiſſima] *C. Trag.* et *Leid. munitiſſima.* Rectius in editis *minutiſſima* legi, ex loco *Apuleii not. ſup.* allato patet.

§. 2. Coccineo] *Leid.* et *Bourdel. coccino. C. Trag. coccineo*; ſed perinde eſt.

excluſerat] Vera eſt procul dubio haec *C. Trag.* lectio, ab *Hadr.*

oneratas veſte ceruices laticlauiam immiſerat mappam,
3 fimbriis hinc atque illinc pendentibus. Habebat et-
iam in minimo digito ſiniſtrae manus annulum gran-
dem ſubauratum; extremo vero articulo digiti ſequen-
tis minorem, vt mihi videbatur, totum aureum, ſed
4 plane ferreis veluti ſtellis ſerruminatum. Et, ne has
tantum oſtenderet diuitias, dextrum nudauit lacertum,
armilla aurea cultum, et eboreo circulo lamina ſplen-
dente connexum.

CAP.

*Hadr. Burm. Nodot.* et aliis recepta. Adraſum enim caput non poterant videre, niſi paulliſper exertum extra pallium. *Excluſum* eodem ſenſu dixit *Sen. Ep.* 114. vbi dicitur *Maecenas in omni publico loco ſic apparuiſſe, vt pallio velaretur caput, excluſis vtrimque auribus.* Habent vero *incluſerat Edd.* priores. *Memm.* vero *incluſus erat.*

laticlauiam immiſerat] *C. Trag. laticlauia in eis erat mappam.* Sed vera lect. eſt in editis. Nam *laticlauia mappa* dicitur ea, quae *Mart.* l. 4. *ep.* 46. dicitur — *lato variata clauo*, ſcil. purpurae, quo vtebantur ſenatores non ſolum in tunicis, ſed etiam in ſupellectili, inprimis tricliniari. Linteorum toralium, duos clauos habentium latiſſimos, meminit l. 16. *Ammian.* c. 8. En faſtum *Trimalchionis* libertini! *Immiſerat* autem, recte dicitur pro *impoſuerat.*

pendentibus] *Heinſ.* mauult *dependentibus*, vt *Phaedr.* l. 2. *fab.* 5, 13. *Atrienſis cirris dependentibus.*

§. 3. grandem] quia erat lautiſſimus; ceteri in minimo digito geſtabant annulum minimum; vid. *Kirchmann.* de *annulis* c. 4. Idem *Lucian. dial. Meretric.* narrat de *Parmenione.*

extremo — articulo] Mollis hominis putabatur, plures annulos eosque in *extremis* digitis geſtare; vid. *Kirchm.* c. 17. et *Sen.* 7. *Natur. Quaeſt.* c. 31.

ferruminatum] Commemoratur etiam *Suet. Octau.* c. 7. *imaguncula aerea ferreis literis inſcripta.* Atque *Scaliger* adeo ait, ſe eiusmodi annulos aureos, ſtellis ferreis ferruminatos, vidiſſe, vt tradit *Wouweren. Heinſ.* putat, in hoc annulo adhibitam eſſe ferruminationem, quia libertis et plebeiis hominibus non licebat, vti annulis aureis.

§. 4. dextrum] nouo more: nam antiquiores brachiis laeuis armillas geſtarunt; *Liu.* 1. 11. Sed etiam *Nero*, auctore *Suetonio*, c. 6. eas dextro brachio geſtauit.

lamina ſplendente] *Anonym.* quidam coniiciebat: *laminae ſplendenti*, i. e. *ipſi armillae aureae. Erhard.* malebat *ſplendens.* Sed lect. *Codd.* et *Edd.* proba videtur, lacertus erat connexus *lamina ſplendente* i. e. *per laminam auream* (aurum enim et argentum inprimis ſplendere dicitur *Hor.* 2. *Od.* 2. et paſſim) *circulo eburneo*; i. e. circulus eburneus per laminam auream erat connexus lacerto; haec hypallage ſatis frequens, inprimis in carmine. Eodem plane modo ap. *Valer.* 4, 334. *tempora lauro connexa* dicuntur.

## CAP. XXXIII.

*Luſum, in alio cubiculo inchoatum, perſequitur. Affertur repoſitorium cum corbe, in qua gallina erat lignea, incubans oua pauonina, quae ex farina pingui figurata, continebant ficedulam, piperato vitello circumdatam.*

Vt deinde ſpina argentea dentes perfodit, (Trimalchio) Amici, inquit, nondum mihi ſuaue erat in triclinium venire, ſed ne abſentiuus morae vobis eſſem, omnem voluptatem mihi negaui. Permittitis 2
tamen finiri luſum? (Encolp.) Sequebatur puer cum tabula terebinthina, et cryſtallinis teſſeris: notauique rem

C. XXXIII. §. 1. Vt] ita *C. Trag.* et *al.* rectius legunt, quam *Et*, quod alii habent, vt ait *Tornaeſ.*

ſpina] *C. Trag. pinna*, vel *penna*. *C. Leid.* et *al. ſpina*. Sed quae lectio ſit praeferenda, dictu difficile eſt. Nam et *penna* et *ſpina*, ad dentes ſcalpendos et purgandos, veteres vtebantur. *Plin.* 38, 4. *penna vulturis ſi ſcalpantur dentes, acidum halitum faciunt. Hoc idem hyſtricis ſpina feciſſe, ad firmitatem pertinet. Trim.* autem vel ſpina, vel penna *argentea* vtebatur, luxus cauſſa.

triclinium] poſt hoc verbum in *C. Trag.* haec adduntur: *abſens more vobis:* quae in aliis *Codd.* non reperiuntur, ſed irrepſere ex ſeqq.

ne abſentiuus] *C. Trag. diutius abſentiuus*. *C. Memm. diutius abſentius*; alii, auctore *Torn. diutius abſens* exhibent, ſed *diutius* eſt gloſſema, quod inde patet, quia in *gloſſ. Petron. vet. abſentiuus* explicatur per *abſens diutius*. Pro *abſentiuus* poterat quidem ſubſtitui *abſens*, quia *C. Trag.* ſemel *abſens* legit, quod et alii habent, vt tradit *Torn.* Sed quia *Cod. Pithoei* et *Leid.* ſemel etiam *Trag. abſentiuus*; liber vero alius *vet. abſentibus*, et *Cod. Memm.* et *al. abſentius*, inde per lapſum facilem ortum, exhibent; dignum hoc *Trimalchione* eiusque collibertis vocabulum cum *Burmanno* retinui. Occurrunt autem paſſim eiusmodi vocabula, vt *vacatiuus* in vita *Alexandri Seueri* apud *Spartianum* c. 14. monente *Salmaſio* et apud *Manil.* l. 3, 189. *ortiuo — de cardine duces*, pro *orientali*, quam quidem terminationem *Barthius aduerſ.* lib. 23. c. 15. putat frequentiam indicare, vt *abſentiuus* ſit *frequenter abſens* a coena.

morae vobis] Haec, in *C. Tr.* alieno loco poſita, recte huc transferenda putarunt *Gronov. Scheffer. Heinſ. Burm. alii*, quia cauſſam diſerte indicant, cur tandem venerit, ne coenare cupientes diutius moraretur.

omnem] deeſt in *C. Trag.*

§. 2. Permittitis] *Tornaeſ. permittetis*. Sed *C. Trag.* et *Edd. vett. permittitis* recte; illi enim iam perſuaſum erat, eos ipſi, tanto viro, conceſſuros, vt praeter omnem morem ante coenam luderet.

finiri] *Cuper.* 1. *Obſ.* 1. *iniri*. *Reineſ. fieri*. Sed lect. *Codd.* et *Edd. vett.* poteſt defendi, ſi ſumas,

rem omnium delicatiſſimam. Pro calculis enim albis ac 3 nigris, aureos argenteosque habebat denarios. Interim dum ille omnium textorum dicta inter luſum con-

mas, inceptum iam in alio cubiculo luſum. Etiam *Claudium* tempore et loco inepto luſiſſe, tradit *Sueton.* 33.

omnium] *Tornaeſ. rem omnem;* in *marg. omnino.* Sed *omnium,* quae eſt lect. *C. Trag. al.* melius.

albis] deeſt in *C. Trag.* reperitur in *Leid. et Memm.*

ac] *C. Memm.* et *Leid. aut; C. Trag.* rectius *ac.*

§. 3. omnium] haec cunctorum *Codd.* lectio poteſt defendi per hypallagen non adeo duram, vſurpatam forte ad multitudinem dictorum, vel iocorum plebeiorum efficacius exprimendam. Verius enim eſſet *omnia,* quod propoſuit *Heinſ.* et in textum a ſe non receptum, dolet *Reiskius.*

textorum] *Reisk.* recepit ex coniectura *Heinſ.* feliciſſima, nam *ſ* et *x* in *Mſſ.* ſaepe permutantur, neque *teſtorum,* vel *teſtarum,* vel *teſtatorum,* quod habent *Codd.* et *Edd. vett.* poteſt ferri, quia hoc voc. neque calculi, quos *Trim.* non habebat teſtaceos, ſed argenteos et aureos, neque vaſa, in quibus cibi inerant, poſſunt intelligi, quia non teſtis, ſed vaſis argenteis et Corinthiis vtebatur lautiſſimus homo, neque nunc coenat *Trimalchio:* ſed c. ſequente §. 1. *Luſorum* magis placeret, niſi vererer cum *Burm.* tam violentam medicinam facere. Nec non *tonſorum* mihi non minus arridet, quam *Burmanno,* quia eorum loquacitas eſt ſatis nota. Sed cum omnes *Mſſ. teſtorum* habeant, facilius erat *textorum* ſubſtituere; quae lectio non eſt ſpernenda, etſi non ab aliis ſcriptoribus eorum dicacitas celebretur. Etenim hic non tam loquacitas *Trimalchionis* videtur carpi, quam iocorum, quibus vtebatur inter ludendum, tenuitas. Dicitur ergo non minus tenues iocos effutiiſſe, quam textores, qui, cum vel de viliſſima plebe, (vti apud graecos σκηνόῤῥαφοι, *tabernaculorum ſcorteorum conſutores,* et νευρόῤῥαφοι, *ſutores,* pro vltima faece plebis commemorantur,) vel adeo ſerui eſſent, non adeo exquiſitis iocis vſi videntur. *Reiskius* in *Miſcell. Lipſ.* ad h. l. *piſtorum* quoque legi poſſe, ait.

dicta] Hic vocab. aliquod deeſſe, omnes indicarant: iam cum *C. Trag.* h. v. ſatis aptum exhibeat, illud recipere cum *Reiskio* in *Ed. ſec. Burm.* (in priore enim *teſtorum inter* exhibetur) non dubitaui, cum *conſumere dicta* non minus bene dicatur, quam c. 41, 2. omnes *bucoleſias,* vel, vt alii malunt, *bateologias conſumſi;* ſignificatur nimirum, eum quaecunque vnquam dicta ſint ab vllo textore iocante, ea omnia iam effudiſſe. Eodem ſenſu dixit *Ouid.* 8. *Metam.* 106. *Conſumtis precibus. Manil.* 4, 400. *Conſumtis verſibus.*

inter luſum] Sic *Cod. Leid.* et *Trag.* recte exhibent. Vnde in *C. Memm.* librariorum vitio *interclusum* facile oriri potuit. Ceterum aliis etiam coniecturis toti loco mederi voluerunt viri docti. *Memm. omnem teſſeram* vel *omnem theſaurum inter luſum conſumit. Bourdel. omnium numerum teſſerarum. Salmaſius, omnium ſcriptorum iter luſu conſumſit;* et *Scriuerius* coniecit: *dum ille numos teſſerarum luſu conſumſit.* In

conſumit, guſtantibus adhuc nobis, repoſitorium allatum eſt cum corbe, in qua gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales eſſe ſolent, quae incubant oua. Acceſſere continuo duo ſerui, et, ſymphonia 4
ſtrepente, ſcrutari paleam coeperunt; erutaque ſubinde pauonina oua diuiſere conuiuis. Conuertit ad 5
hanc ſcenam Trimalchio vultum: et, (TRIMALCHIO) Amici,

In *Ed. Tornaeſ.* erat: *dum ille otium teſtarum inter luſum conſumſit. I. F. Gronov.* mauult lib. 3. de *pec. vet.* c. 13. *dum ille omnium teſtorum iter conſumit. Boſch.* olim legendum putauit: *dum ille omnes teſſeras inter luſum conſumit:* poſtea *Heinſ.* ſecutus eſt. *Gonſal. dum ille omnium agmen teſtorum* vel *teſtorum agmen,* quod edidit *Hadrianid. Nodotius, omnium calculorum agmen. Scheſſerus, omnium teſtorum electa*, i. e. ex eius ſententia, optimum ac delicatiſſimum quodque ferculum, quod erat teſtis impoſitum. *Barthius* in *adverſ.* lib. 13, c. 5. legit, *dum ille officium* (quod in exaratis *Codd.* fuiſſe notat) *ſeſtorum inter luxum conſumit.*

guſtantibus adhuc] ergo hoc ferculum etiam ad guſtationem pertinebat, quod vel inde apparet, quia demum c. ſeq. §. 1. *guſtatoria rapiuntur.* Haec vero gallina affertur cum ouis, mira nouitate conſtructis, non ſolum vt ne deeſſent oua, quae in guſtatione ſolebant offerri, ſed etiam vt inſaniae ſuae ſpecimen exhiberet *Trimalchio.*

corbe] *C. Leid. orbe.* In *Fabri* et *Stephani* aut *Geſneri theſauro* exhibetur in voc. Incumbere *cum corte* (qua gallinae alebantur, et cohibebantur,) neſcio, qua auctoritate. Sed *corbe* rectius.

in qua] Ita *C. Memm.* et *Edd. pr.* Sed *C. Trag.* et *Ed. Burm. in quo;* non male, quia apud *Priſcian.* et *al.* interdum in gen. maſc. *corbis* occurrit.

orbem] *Richardus* putat, *Petron.* ſcripſiſſe *in corbem.* Sed non adeo elegans foret haec eiusdem vocabuli repetitio. Poſſunt autem alae gallinae incubantis dici in orbem patere, quia orbis non ſemper circulum, omnibus numeris abſolutum, indicat.

eſſe ſolent] Haec verba etſi deſunt in *C. Tr.* reperiuntur tamen in *C. Memm.* et *al.*

incubant] Hoc eſſe proprium de hac re verbum, docet *Varro* 3. de *R. R.* c. 9. *Quae velis incubet;* et paullo poſt. Hinc recte *Burm.* recepit hanc lect. *C. Trag.* quam etiam alios *Codd.* habere, *Patiſſon.* notat, ſed *C. Memm.* cum exhiberet *incumbant;* vir doctus tamen coniecit *incubant.*

§. 4. ſtrepente] *Heinſ.* mauult *adſtrepente.* Sed etiam verbum ſimplex de muſicis poni, apparet ex *Quinct. Inſtit.* 1, 2. *omne conuiuium obſcoenis canticis ſtrepit;* et noſter c. 120, v. 13. *diſcordem ſtrepitum* ſenſu ſimili dixit.

ſubinde] *Goeſ. ſub nido* mauult.

§. 5. ſcenam] *C. Leid.* et *Edd. vett.* quaedam *coenam* habent, quod putant ſignificare *partem coenae; C. Trag. ſcenam* eſt longe melius, quia ſcena de quouis figmento et ludo dicitur. Eodem

Amici, ait, pauonis oua gallinae iuſſi ſupponi. Et, me Hercules, timeo, ne iam concepti ſint: tentemus
6 tamen, ſi adhuc ſorbilia ſunt. (ENCOLP.) Accipimus nos cochlearia non minus ſelibras pendentia,
7 ouaque ex farina pingui figurata pertundimus. Ego quidem paene proieci partem meam: nam videbatur
8 mihi iam in pullum coiſſe, Deinde vt audiui veterem conuiuam: hic neſcio, quid boni debet eſſe! perſecutus putamen manu, pinguiſſimam ficedulam inueni, piperato vitello circumdatam.

CAP.

ſenſu *Quinct.* l. 6. c. 1. *diſcutiendae tamen oratione huiusmodi ſcenae:* et noſter c. 117, 10. *ne quid ſcenae deeſſet*, dixit. Eodem modo *mimum* c. eod. 4. et *ludos* c. 36, 8. de re plane ſimili vſurpauit.

concepti] Ita ex mente *Burm.* dedit *Reiskius* ex *C. Trag.* pro *concepta*, quae eſt lect. aliorum *Codd.* et *Edd. vett.* etiam *Hadrian.* et *Nod.* idque recte, quia *Trim.* non timebat, ne oua eſſent concepta, ea enim iam edita videbat, ſed ne haec oua eſſent *concepti pulli pauonini;* et ita *conceptum* ſubſtantiue de foetu latente dici, *Burm.* ad *Sueton. Domit.* 22. et ſaepe apud *Columellam* obſeruaſſe, ſibi videtur.

tamen] alii, *igitur. Tornaeſ.*

ſunt] *C. Leid. ſint.* Sed *C. Tr.* et *al. ſunt.* Etiam alibi *ſi*, pro *an* dictum, habet *indicatiuum*, vt *Ter. Heaut.* 3, 4, 7. *Viſam, ſi domi eſt.*

ſorbilia ſunt] *C. Trag.* addit *ſorberi poſſunt*, quae eſt gloſſa. Nec *Trimalchionem* adeo ſtultum eſſe, vt idem bis dicat iisdem fere verbis, docent *Codd.* reliqui, qui non agnoſcunt hoc additamentum.

§. 6. ſelibras] Hanc *Cod. Tr.* lectionem recepi, quia lect. *Codd. rel.* et *Edd.* plerarumque, etiam *Burm.* et *Nod. ſex libras*, non poteſt excuſari *Trimalchionis* inſano lautitiarum ſtudio; nam cochlearia, dimidiam libram pendentia, magnitudinem cochlearium, quae ad oua comedenda valde minuta ſolebant apponi ab aliis, longe excedunt, vt et hoc pondus dignum poſſit videri *Trimalchioni*, quo inſcribendo diuitias ſuas oſtentaret. Ceterum *ſelibram* pendentia, iam *Gruterus ſuſpicion.* lib. 2. c. 10. ſuſpicatus eſt. *Erhardus* coniecit *ſexqui libras*, pro *ſesqui libras*, vel *ſelibras. Anonymus* auctor eſt, vt legamus: *accipimus nos cochlearia: non minus ſex libras pendentia oua, quae ex farina pingui figurata, pertundimus:* tribuit ergo hoc pondus ouis.

§. 7. mihi] deeſt in *C. Trag.* nec deſideratur; in reliquis legitur.

§. 8. debet] *Anonymus* delendum putat; male, quia *debet* hic eleganter dicitur pro: *quantum certis coniecturis aſſequi poſſum*, vel *veriſimile* eſt. vid. *Schultingium* ad *Senec. ſuaſoriam* 2. et *Graeuium* ad *Cic.* 6. ad *Fam.* 6.

perſecutus] *Goeſ.* forte *perſcrutatus.*

circumdatam] Hanc *Cod. Tr.* lect. cum *Boſchio, Hadr. Burm.*

et

## CAP XXXIV.

*Iterum facta mulſi ſumendi poteſtate, guſtatoria a choro cantante rapiuntur; parapſidem, quae forte exciderat, rurſus proiici argentumque euerri iubet Trim. Duo aethiopes vinum dant in manus loco aquae. Sua cuique menſa aſſignatur. Afferuntur amphorae, in quibus Falernum Opimianum conditum eſſe dicitur. Larua argentea ſuper menſam abiicitur; et Trim. conuiuas adhortatur, vt vitae breuis memores, indulgeant genio.*

Iam Trimalchio eadem omnia, luſu intermiſſo, popoſcerat; feceratque poteſtatem, clara voce, ſi quis noſtrum iterum vellet mulſum ſumere: cum ſubito ſignum ſymphonia datur, et guſtatoria pariter a choro cantante rapiuntur. Ceterum inter tumul- 2 tum, cum forte parapſis excidiſſet, et puer iacentem ſuſtu-

et *Nod.* recepi, quia lect. *C. Leid.* et *al.* in *Edd. vett.* recepta, *piperatam*, vix poteſt admitti, orta fortaſſe ex *opertam* vel *coopertam*. Quae lectio ſi reperiretur in aliquo *Cod. Mſ.* mihi adeo praeferenda videretur, quia in tot *Codd.* inde natum *piperatam* inuenitur, *circumdatam* autem pro gloſſa poſſit haberi. Recte vero *ficedulae vitello* eoque *piperato*, quia hae aues ſine pipere ſunt fatui ſaporis; (*Mart.* 13. *epigr.* 5.) *coopertae* vel *circumdatae* dicuntur. *Romani* lautiores hoc et ſimili modo ſolebant, aues et alia inuoluere; nam *Macrob.* de *coena Metelli Saturn.* 2. c. 9. inter alia recenſet *altilia ex farina inuoluta*. *Munkerus* putat, *Petronium* ſcripſiſſe: *praeparatam*. *Scaliger* ad 1. *Varron. de R. R. opiparatam* malebat, quod *Reiskius* recepit; quamquam poſtea in *Miſc. Lipſ.* ad h. l. faſſus eſt, ſe non videre, quam opiparum epulum ſit vitellus piperatus.

C. XXXIV. §. 1. eadem omnia] *Erh.* coniicit *alia omnia*: ſed *eadem*, quae diuiſa erant conuiuis, oua, ficedulas, popoſcerat *Trim.*

iterum] *Burm.* coniicit *interim*: quia mulſi iam ſumti nulla mentio facta. Sed cum in guſtatione mulſum, aut mel cum vino ad conficiendum mulſum, apponere, ſolemne fuerit, procul dubio etiam in hac guſtatione illud iam ſumſerant: adhortatur igitur *Trimalchio* conuiuas, vt nunc, cum in eo ſit, vt guſtatoria tollantur, iterum mulſum ſumat, qui voluerit.

ſumere] Quidam mutarunt in *ſumeret* lect. *Codd.* *ſumere*: alii eam defendunt *graeciſmo*. Sed hic *inf.* non a *poteſtatem*, ſed a *vellet*, pendere videtur, vt *Cic.* 3. *Cat.* 5. *ſi quid de iis rebus dicere vellet, feci poteſtatem.*

§. 2. parapſis] ita in *C. vet. Tornaeſ.* et in *Edd. vett.* exhibetur, idque rectius, quam *paropſis*, dici putant viri docti: hinc hanc ſcribendi rationem cum *Burm.* ſecutus ſum. Sed cum παροψὶς apud graecos occurrat, nec raro *paropſis* ſcribatur in libris latinis, neque haec ſcriptura eſt ſpernenda.

ſuſtuliſſet, animaduertit Trimalchio, colaphisque obiurgari puerum, ac proiicere rurſus parapſidem
3 iuſſit. Inſecutus eſt lecticarius, argentumque inter
4 reliqua purgamenta ſcopis coepit verrere. Subinde intrauerunt duo Aethiopes capillati, cum puſillis vtribus, quales ſolent eſſe, qui arenam in amphitheatro ſpargunt, vinumque dedere in manus; aquam enim
5 nemo porrexit. Laudatus propter elegantias dominus,

obiurgari] Ita ex mente *Burm.* *Reiskius* dedit ex *C. Trag.* recte, quia *obiurgare*, quod habent *rel. Codd. Edd.* etiam *Burm.* et *Nod.* indicaret puerum iuſſum alios colaphis *obiurgare:* vti iuſſus eſt *parapſidem* proiicere. Commode vero *actiuum* et *paſſ.* iungi poſſe, docuit *Heinſ.* ad *Virg. Eclog.* 6, 85.

rurſus] *C. Trag. prorſus,* quod arridet *Scheffero:* ſed quam ſuſtulerat parapſidem puer, eam iuſſus eſt *rurſus* proiicere. Exhibetur etiam *rurſus* in *marg. C. Tr.*

§. 3. inſecutus] *C. Leid. inſecutusque:* ſed *que* rectius abeſt in *C. Trag.* quia ſequitur *argentumque.*

lecticarius] Sic habent duo *Boſchii Codd.* et *Trag.* omnesque editi, excepta *Ed. Nodotiana, Hadrian. Gabbem.* et *Frellon.* in quibus legitur *ſupellecticarius:* nec tamen *lecticarius* poteſt dici, qui curat ſupellectilem, vti in *gloſſ. vet.* h. v. explicatur, ſed vni ex *lecticariis*, qui *Trimalchionem* in triclinium attulerant, equidem putem cum *Burm. ſcoparii* munus eſſe mandatum, ne vilius illud mancipium in honeſtorum virorum conſpectum veniret. *Douſa* in *Praecidan.* ſuppoſuit *ſupellecticarius. Heinſius, analecta — micarius*, i. e. ſeruus, analecta colligens, pro quo *Burm.* malit *analectarius,* ſi in vſu eſſet. *Barth. adv.* l. 12, 1. mauult *lectuarius,* vel *lectularius,* et intelligit ſeruum lectiſterniis et triclinio purgando deſtinatum, ſed ſine omni auctoritate.

verrere] *Goeſ.* mauult *euerrere.*

§. 4. Subinde — porrexit] Haec ſolo *C. Trag.* nobis ſeruata ſunt.

Subinde] *Goeſ. ſub id inde* mauult: ſed *ſubinde* a *Petron.* dicitur pro *deinde*, *non multo poſt.* v. c. 7, 2.

qui] *Schefferus* dubitabat, an *quis*, vel *quibus*, quod dedit *Nodotius* in *Ed.* ſua, eſſet legendum, praetulit tamen *qui*, idque ad *aethiopes* retulit: ſed rectius refertur ad *vtres*, qui ſpargunt, ſcil. aqua, arenam, vel ex quibus aquâ ſpargitur arena ad puluerem et calorem minuendum. *Montefalcon. Diar. Ital.* p. 6. de ipſa arena, qua campum et ſolum amphitheatri ſpargebant, capit. At *Burm.* dubitat, an arena vtribus ſpargi ſolita ſit?

dedere] *Heinſ.* putat, ſyllabam excidiſſe, olimque ſcriptum fuiſſe, *defudere*, ſed *dedere* recte ſe habet; reſpondet enim verbo *porrexit.* Dedere vero vinum in manus, vt, iam inchoante coena, eas abluerent, non aqua, ſed vino; quod conueniebat *Trimalchionis* luxui, qui ante guſtationem *aquam niuatam* porrigi iuſſerat.

nus, (Trimalchio) Aequum, inquit, Mars amat: (Encolp.) itaque iuſſit ſuam cuique menſam aſſignari; obiter ait: (Trimalchio) Paedidiſſimi ſerui minorem nobis aeſtum, ſublata frequentia, facient.

§. 5. Aequum] Haec procul dubio eſt vera lect. quae reperitur in *Scaligeri Cod.* neque obſtat *Cod. Tr.* qui exhibet *Equum*, nam *ae* in iſto *Mſ.* ſaepe per *e* exprimitur. *Mars* vero *aequum amare* dicitur, eo ſenſu, quo dicitur *communis*, et *vtrique parti aequus*, quod illuſtratur a *Barth.* ad *Statii* II. *Theb.* 282. et *Adv.* 13, 5. Imitari ſe ait *Trim. Martem:* quia iubet *ſuam cuique menſum aſſignari*, adeoque in hac re omnes aequales facit. Non ergo eſt, quod cum *Anonym.* legamus, *aequum ars amat.*

iuſſit ſuam] *ſenex*, quod poſt *iuſſit* inſeritur in *Cod. Scal.* et *Edd. vulg.* etiam *Burm.* et *Nod.* deleui auctoritate *Cod. Trag.* quia moleſtum eſt, cum paullo ante *Trim. dominus* ſit appellatus: videtur *ſenex*, quo nomine ſupra idem eſt inſignitus, h. l. adſcriptum eſſe, vt indicaretur, *iuſſit* non ad *Martem* pertinere, ſed ad *Trim. Burm.* mauult *iuſſi*, quod valde mihi arridet, putatque etiam haec dicere *Trim.*

cuique] ſcil. conuiuae. *Menſa* vero hic dicitur pro *ferculis*, vel ſimili aliquo inſtrumento, in quo vnusquisque conuiua accipiebat partes ſuas aequales. Ita c. 47, 8. *menſae omnes mundantur;* c. 68, 1. *ſerui omnes menſas tollunt, et alias adferunt.* Etiam apud *Virg.* 7. *Aen.* 116. eſt quadra vnicuique heroi ſua, et *menſas* ipſi *conſumunt.*

menſam] *Cuperus Obſ.* 1, 2. *ſuum cuique penſum.*

obiter] hoc voc. quod legitur in *C. Leid.* et *Trag.* rectius ſe habet, quam *obit*, quod in vno *Pithoei* exemplari reperitur, atque referendum eſt ad *ait:* ſcilicet cum iuberet cuique menſam ſuam aſſignari, *obiter* haec dixit.

ait] Hoc fecerunt critici ex *et*, quod habet *C. Leid.* et *Tr.* vel ex *ei*, quod habet *C. Pithoei* et *Torn.* Poſſit tamen *et* ſeruari, ſi paullo ante *iuſſi* legeretur, adeoque hic *Trimalchionis* oratio continuaretur: tum *obiter* ſignificaret: *dum hoc agent, in eo erunt occupati, vt ſuam cuique menſam aſſignent.* c. 31, 4. et c. 92, 2. *obiter* ſimili modo dicitur.

paedidiſſimi] Recte hoc reſtitutum eſt etiam in *Ed. Burm.* et *Nod.* ex lectione *Cod. Pith. paediſſimi*, et *Leid. p̄diſſimi*, et ex lectione, quam primum ediderunt, *prae adiſſimi;* dignumque hoc *Trimalchionis* ſuperbia conuicium. *Tilebom.* inde efficit *foediſſimi. Heinſ.* ex lect. *C. Trag. pudiſſimi*, effinxit *putidiſſimi. Scaliger*, pro *obiter* et *p̄diſſimi*, correxit, *obiter enim perditiſſimi*, paullo durius conuicium. *Bourdel.* et *Barth.* repoſuit *paratiſſimi;* alii, vt dicit *Torn.* legunt, *obiter et per diſceſſum:* quod vel ex *praediſſum*, vt etiam legitur, ortum, vel gloſſema eſt. *P. Daniel* conii. *praecluſum.*

ſublata] *ſua* habent *Codd* plerique et *Edd.* multae, etiam *Burm.* ſed vix poteſt ferri, quia dura eſt conſtructio, *minorem frequentia ſua aeſtum*, pro *minorem, quam facturi eſſent ſua frequentia*, ſi frequentes adſtarent. Ambabus igitur cum *Heinſio* et *Nodotio* arripui id, quod auctore *Boſchio*, habet

6 facient. (Encolp.) Statim allatae ſunt amphorae vitreae diligenter gypſatae, quarum in ceruicibus pittacia erant adfixa cum hoc titulo:

Falernvm. Opimianum. annorvm. centvm.

7 Dum titulos perlegimus, comploſit Trimalchio manus, et, (Trimalchio) Heu, heu, inquit, ergo diutius viuit vinum, quam homuncio! Quare tengo

habet vnus ex ſcriptis, *ſublata*, quod per compendium ſcribendi expreſſum, potuit cum *ſua* mutari.

frequentia] alii, vt *Gruterus* et *Cuperus*, legunt ex coniectura, *infrequentia:* qua mutatione non opus eſt, ſi *ſublata* reſtituatur.

facient] *Heinſ.* putat, *faciunt* legendum eſſe: adeoque haec *Trimalchioni* tribuit; non male: totumque locum ſic conſtituit: *obiter et putidiſſimi ſerui minorem nobis aeſtum, ſublata ſua frequentia, faciunt. Bourdelotius* vero hoc modo: — *minorem nobis aeſtum ſua frequentia facient: obediunt ei paratiſſimi ſerui. Cuperus* 1. *Obſ.* 2. fingit: *obediunt ei paratiſſimi ſerui, et minorem nobis aeſtum ſua infrequentia faciunt. Gonſalius* legit: *addiditque, obuii et per diſceſſum ſerui minorem nobis aeſtum ſublata frequentia facient.*

§. 6. pittacia] ita in *C. Memm.* et *al. Memm.* coniiciebat πινάκια i. e. *tabellae.* Sed πιττάκιον etiam apud graecos occurrit, et indicat *tabellam*, vel *laciniam*, pice illitam vel affixam, cui aetas vini inſcripta erat.

centvm] Hic numerus non eſt ſollicitandus, etſi a tempore, quo *Opimius* Conſul fuit, A. V. C. 633. ad *Petron.* aetatem ducenti fere anni praeterlapſi ſunt. Nam vti ſaepe, ſic et h. l. inſcitiam iactabundi *Trim. Petron.* proponit; vel *Opimianum* eſt *optimum, Opimianum* aequans; vel titulus ille affixus eſt anno centeſimo poſt *Opimii* conſulatum. Prius maxime placet; nimirum *Trim.* pro vanitate ſua hoc vinum *Opimianum* inſcribi iuſſerat, nec tamen ſciuerat, quot anni eiusmodi vino affingendi eſſent; putabat, centum annos ſufficere; adeoque id, quod dicit, verum *Opimianum* hoc eſſe, ipſo indice refutauit. Solet enim iactantia, cum inſcitia coniuncta, ſibi contradicere. Ceterum potuiſſe *Trim.* verum *Opimianum* habere, non negamus, cum *Plin. hiſt. nat.* 14, 4. dicat: *durantque adhuc vina ducentis fere annis.*

§. 7. Heu, heu] *C. Trag. he* (quae poteſt eſſe graec. part. dolentis ἒ) *heu:* hinc *Heinſ.* mavult *eheu. Marcilio* ad *Hor. art. poet.* melius videtur, *eu, inquit. Edd. vett. heu* ſemel tantum legunt.

ergo] quod deeſt in quibusdam *Edd.* habet *C. vet.* et *Trag*, et multae *Edd.*

viuit] *Scaliger* notauit *viuito.* Sed *viuit* recte ſe habet, ſi addantur, quae exciderant. *Anon.* coniecerat, excidiſſe: *viuit, quam nos homunciones:* ſed *C. Trag.* exhibet *vinum, quam homuncio! — faciamus.*

tengo menas faciamus; vita vinum eſt: Verum Opimianum praeſto: heri non tam bonum poſui, et multo

tengo menas] τέγγω μῆνας, *lunam madefacio*, i. e. totam noctem perpoto, cum *Heinſio* legendum exiſtimo, quia *tangomenas*, in duo verba eſſe disiungendum, ex *C. Trag.* c. 73, §. vlt. patet, vbi *tango menas* ſcriptum exhibetur, et quia *tangomenas* nullum ſenſum commodum habet, ſi vel maxime ſumamus, *tangomenas* eſſe voc. lat. cum terminatione graeca, quaſi ἁπτομένας, atque hoc dici: libidini indulgeamus, quae poculis excitatur; tamen contextus requirit, vt hoc tantum dicatur: *quia vinum adeo bonum, vetuſtum eſt, bibamus.* Nec c. 73. alius ſenſus eſt commodus; additur enim: *et vsque in lucem coenemus:* quo additamento indicatur, hic etiam agi de compotatione vſque ad lucem protrahenda. Recte ergo ſuſpicatur *Heinſ.* hic alludi ad canticum aliquod graecum, cuius initium eſſet, τέγγω μῆνας, quodque in prouerbium abierit. Diceretur ergo hoc: faciamus id, quod in cantico iſto ſolemni exprimitur. Certe haec lectio literis *Cod. Trag.* ita inhaeret, vt vix poſſit dici coniectura. *Munkerus* quidem c. 73, §. vlt. putabat, τέγγω πνεύμονας; *Cruſius* h. l. τέγγε πνεύμονας οἴνῳ, *madefac pulmones vino*, reſcribendum. Atque haec quidem coniectura magnam ex eo habet commendationem, quod apud *Gell.* l. 17, c. 11. et apud *Athenaeum* commemoratur canticum *Alcaei:* in quo ineſt: τέγγε πνεύμονας οἴνῳ. Ea tamen a literis textus nimis longe recedit. *Tilebom.* coniicit *tingomenas* a *tingendo*, vt idem dicatur, quod *Hor.* 2. *Od.* 14. *et mero tinget pauimentum.* Sed ſi vel maxime hoc monſtrum verbi condonetur *Trimalchioni*, quaeritur tamen, quo terminatio *fem.* ſit referenda? *Reineſ.* mauult τεγγομένες (madidos) *faciamus*, ſcil. nos; quod addendum putat *Vorſtius* legens, *tengomenos nos. Hadr. Valeſius* in *diſſ.* de *coena Trim.* vtroque loco vult legi, *tango minas faciamus*, i. e. *laute epulemur et viuamus*, putatque, ex *Plauti* male intellecto verſu hoc loquendi genus eſſe deſumtum: *Sentin' ſenem tactum eſſe triginta minis.* Sed haec interpretatio valde contorta eſt. *Reiskius* in *Ed. Burm.* altera vtroque loco in textum recepit *tengomen os*, ex ingenio ſuo; cum *Burm. tangomenas* ſeruandum putaſſet; male, cum *os* ſit voc. latinum, *tengomen* graecum.

faciamus] *Cruſ.* dubitat, an legendum ſit *feſtinemus;* temere.

vita vinum — praeſto] Haec eſt lect. *C. Trag.* in reliquis haec verba ſic leguntur: *verum eſt, vinum Opimianum praeſto.* Ex quibus cum non commode ſe poſſent extricare viri docti, quaedam mutanda putarunt. *Richard.* quidem pro *praeſto* ſubſtituere voluit *profecto. Scaliger* maluit: *verum eſſe v. O. praeſto;* quod *Mſſ.* firmari, ait *Bourdelot. Anon. merum vinum O.* mauult: alii *praeſtans*, i. e. *valens*, legendum putarunt. Sed omnes hos conatus inanes eſſe, docet lect. *C. Trag.* quae recte ſe habet. Nam *vita vinum eſt*, pro quo *Goeſ.* exiſtimat, *vinum vita eſt*, ſubſtituendum, quod perinde eſt, ſignificat, *nutrit augetque vitam;* vti *Ter. Phorm. pauperi opera vita* eſſe dicitur, et *Scholiaſtes* *Nican-*

8 to honeſtiores coenabant. (ENCOLP.) Potantibus ergo, et accuratiſſime nobis lautitias mirantibus, larvam argenteam attulit ſeruus, ſic aptam, vt articuli eius vertebraeque laxatae in omnem partem flecteren-
9 tur. Hanc cum ſuper menſam ſemel iterumque abieciſſet, et catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalchio adiecit:

(TRI-

*Nicandri* ad v. 53. *Theriac*, ait, a quibusdam *cedrum* appellatam eſſe νεκρῶν ζωὴν, quia eos defendat a putredine, i. e. quaſi viuos conſeruet. Poſſit etiam *vita eſt* explicari per *vitae inſtar carum eſt*. Hoc ſenſu *Euripides Androm.* 5, 418. liberos appellat parentum ψυχὴν; plura exempla commemorat *Reiskius* in *Miſc. Lipſ.* ad h. l.

§. 8. accuratiſſime] Hanc lect. cum habeant veteres, eaque confirmetur etiam auctoritate *C. Tr.* qui habet *curatiſſime*, (non *curatiſſimas*) reſtituere non dubitavi, quia *accuratiſſime* mirari lautitias, eſt eas diligenter conſiderare cum admiratione; *accuratiſſimas* ediderunt *Tornaeſ. Gonſal. Bourdel. Boſch. Lottich. Hadrianides, Burm. Nodot.*

laruam] *larua* dicitur *noxia impiorum vmbra*, huc et illuc errans. Tribuebant autem illis formam ſceletorum, quod docet *Sen. Ep.* 24. *Nemo tam puer eſt, vt cerberum timeat, et tenebras et laruarum habitum nudis oſſibus cohaerentium.* Hinc etiam ſic dicebantur omnes *ſceleti*: etiam illi, qui in conuiuium inferebantur, vt conuiuae, vitae brevitatis memores, genio indulgerent. Hic mos ab *Aegyptiis* (vid. *Herod.* 2. c. 78. et *Plutarch.* in *ſeptem ſapientium conuiuio*) ad graecos tranſiit, inde ad Romanos. (vid. *Zonar.* l. 3.) Nec tamen haec erat mortis imago; quae a larua paullo poſt diſtinguitur: *Sic erimus cuncti, poſtquam nos auferet Orcus.* Cf. *G. E. Leſſingii diſſertatio germanica de ratione, qua mortem expreſſerint veteres.*

attulit] *C. Leid.* addit *nobis.*

aptam] Sic *Cod. Scaligeri* et *Edd. vett.* omnes legunt, pro quo quidam, vt *Hadr. Boſch. Nod.* ſubſtituerunt *aptatam* ex *C. Trag.* ſed *Burm. aptam* ſeruavit, i. e. catenis et iuncturis mobilibus connexam: quo ſenſu *Virg.* 3. *Georg.* 168. dicit: *e torquibus aptos vitulos; apere* enim olim dicebatur pro *ligare*, auctore *Feſto* in *apex.*

laxatae] Haec *C. Trag.* lectio praeſtantior eſt, quam *locatae*, quod habet *Cod. Scal. al.* et *Edd. vett.* ſequitur enim *catenatio mobilis;* et *reſolutae vertebrae* occurrunt apud *Senec. Controuerſ.* 33. *Heinſ.* tamen maluit *luxatae.*

flecterentur] reſtitui ex *C. Scaligeri, al.* et *Edd. vett.* quia lect. *C. Trag.* quam edidit *Burm. Nod.* et *al. vertebrae — verterentur,* non adeo elegans eſt.

§. 9. ſemel iterumque] *C. Memm. atque iterum*, quod perinde eſt. Noſter tamen etiam c. 94, 12. 115, 12. 135, 2. 140, 10. *ſemel iterumque* dixit.

abieciſſet] *C. Tr. abieciſſent.*

(Trimalchio) Heu, heu nos miſeros, quam totus homuncio nil eſt! 10
Sic erimus cuncti, poſtquam nos auferet Orcus.
Ergo viuamus, dum licet eſſe bene.

## CAP. XXXV.

*Affertur ferculum primum, ſcilicet repoſitorium, quod 12. habebat ſigna, quorum cuilibet impoſitus erat cibus conueniens. Panis in clibano argenteo circumfertur a puero cantante.*

(Encolp.) Laudationem ferculum eſt inſecutum, plane non pro exſpectatione magnum. Nouitas tamen omnium conuertit oculos. Repoſitorium enim 2
rotundum duodecim habebat Signa in orbe diſpoſita, ſuper quae proprium, conuenientemque materiae, Structor impoſuerat cibum. Super Arietem, cicer 3
arietinum: ſuper Taurum, bubulae fruſtum: ſuper Gemi-

§. 10. Heu, heu] *C. Trag. He heu.* hinc *Heinſ. Eheu.*

quam] *Patiſſon. al. quia. Scriverius, quam caecus.* Poſt hunc verſum *Tornaeſ.* eiusmodi verſum interponendum putat:

*Quam fragilis tenero ſtamine vita cadit:*

atque hunc *Nodotius* recepit; poſuit tamen male *flamine* pro *ſtamine.* In *Cod. Leid.* erat lacuna, quam *Scriuerius* ita ſuppleuit:

*Quam vitae humanae gloria tota breuis.*

*Scaliger* etiam, ratus pentamentrum deeſſe, interpoſuit aſteriſcos in *Catalect.* contra fidem antiquorum *Codd.* Atque hos tres verſus, ita iunctos, citat *Iac. Magni* in *ſopholog.* l. 7. c. 1.

Sic] in *ſophologii* l. c. *Nil* quae eſt *gloſſa* interpretis, qui putauit *Sic* ad *nil* referendum; ſed *Sic* h. l. refertur ad laruam.

Ergo] *Richardus* putat, hunc verſum non eſſe *Petronii.*

eſſe bene] Poſt *eſſe* vulgo interpungunt: ſed *eſſe bene* eſt coniungendum: quae formula omnem vitam ſuauem et beatam complectitur, quia cui omnia ſecunda vellent, ei precabantur, *bene eſſe.* Non ergo *eſſe* pro *edere* dictum eſt; alii malunt, *eſtque bene.*

C. XXXV. §. 2. quae] *Codd. vett.* et *Trag. que*, quod poſſit defendi, ſi ſumamus, vel per tmeſin *ſuper* ab *impoſuerat* eſſe ſeparatum, vel *ſuper* eſſe h. l. *aduerbium;* ſed *Hadrianides quae* reſtituit, idque etiam *Burm.* et *Nod.* habent; recte, quia in *C. Trag.* qui *e* pro *diphthongo, ae,* ponit, *que* a *ſuper* diſiunctum, pro *quae* poſitum videtur; idque veriſimilius etiam redditur eo, quod *que* ſtatim ſequitur. *Heinſ.* maunlt *ſuper quoque* (vel *ſuperque quo cuique.*)

§. 3. bubulae] ita ex mente *Burm.* dedit *Reiskius* pro *bubale,* quod in *Ed. Burm.* prima, *Nod.* et

Geminos, teſticulos, ac renes: ſuper Cancrum, co-
ronam: ſuper Leonem, ficum africanam: ſuper Vir-
4 ginem, ſtericulam: Super Libram, ſtateram, in cu-
ius altera parte ſcriblita erat, in altera placenta: ſuper
Scorpionem, piſciculum marinum: ſuper Sagittarium,
otope-

et in pluribus *Edd. vett.* exhibetur, poteſtque defendi, ſi ſumamus, hoc eſſe adiectiuum. Sed cum hoc vno tantum loco legatur, C. vero *Trag.* habeat *bubule*, i. e. *bubulae*, quod etiam in aliis *Codd.* reperitur, haec lectio recte praefertur, *bubula* autem dicitur pro *carne bubula*, vt c. 56, 3. *anatina* pro *carne anatina.* P. *Daniel* coniiciebat *bubulum.*

ac renes] Ita recte legitur auctoritate *C. Trag.* et *Tornaeſ.* vbi *rienes* ex more antiquo ſcribitur. *C. Memm. acriones* habet, vnde *P. Dan.* efficiebat *ac lienes. Memm.* tamen etiam *renes* coniiciebat; recte, quia ciborum loco erant, et venerem excitare credebantur. v. *Nonn. de re cibar.* 2, c. 13.

coronam] *Munkerus* coniiciebat *cacabum*, vel *camarum.* Alii intelligebant *coronam turdorum.* Sed quia *Trim.* c. 39, 8. dicit: *iam dudum nihil,* ſcil. cibi, *ſuper illum poſui, ne geneſin meam premerem; Burm.* rectius ſumit, *coronam conuiualem* hic eſſe intelligendam.

ficum africanam] hanc leoni, vt animali in *Africa* frequentiſſimo, imponit. De ea vid. *Plin.* 15, 18. *Varro de R. R.* 1, c. 41. et *Columel.* 5, 10.

ſtericulam] Haec lect. *C. Leid. Tornaeſ.* et *al.* eſt procul dubio proba et ſignificat *vuluam paruam,* ſi cum *Reineſ.* eodem modo, quo *ollicula* ab *olla*, ducamus a *ſtera*, quod *vuluam* ſignificat; poteſt ergo intelligi vterculus porcae, quae nondum concepit. Erant enim eiusmodi vuluae in deliciis, quod ex *Mart.* 13, *ep.* 56. apparet. In *C. Trag.* legitur *ſteriliculam:* quod *Schefferus* defendit, pro diminut. ex *ſterilis* habet, intelligitque *vuluam. Potiſſonius* ait, alios *ſtericulam*, alios *ficedulam* legere. *Wouweren* putat, coniici quidem poſſe, *ruſticolam*, vel quod in *Gloſſ. Iſidori* eſt, *ſuericulum*, edule, vel *hiſtriculum*, negat tamen coniectura opus eſſe.

§. 4. ſcriblita] Sic magno cum conſenſu ſcribitur in *Mſſ. Catonis, Plauti* et *Petron.* etſi *C. Trag.* h. l. habet mendoſe *ſcribilitta;* genus cibi, quod quomodo conficiatur, docet *Cato* 78. Alii ſcribunt *ſtribilitam*, quaſi *στρεπτὸς ἄρτος.* In *Tironis notis* p. 176. *ſcerbilita* legitur inter edulia.

ſuper ſcorpionem piſc. mar.] haec in *C. Trag.* exhibentur. In *Edd. vett.* deſunt. *Tornaeſ.* coniiciebat, deeſſe: *ſuper ſcorpium eiusdem nominis piſcem.* In quibusdam editis tamen legitur *ſuper ſcorpium*, mutilate. *Schefferus* putat *ſcorpionem* bis ſcribendum, ſed non eſt neceſſe: per *piſciculum* enim *marinum* propter contextum intelligendus eſt piſciculus marinus eiusdem nominis; quem *Plin.* l. 32, 11. commemorat. *Heinſ.* exiſtimat, ſcribendum eſſe: *Iſicium marinum;* vel, quod magis ei placet, *cammarinum.*

otopetam : ſuper Capricornum , locuſtam marinam : ſuper Aquarium , anſerem : ſuper Piſces,
duos mullos. In medio autem ceſpes cum her- 5
bis exciſus favum ſuſtinebat. Circumferebat Ae- 6
gyptius puer clibano argenteo panem, atque ipſe etiam teterrima voce, de laſerpitio et minio canticum extor-

otopetam] Sic rectius a *Burm.* et *Nod.* videtur ſcribi, quam quod *vulg.* habent, *odopetam*, vel *odopetum*, vti legit *C. Memm.* Nam ὠτοπετὴς eſt *auritus.* Sic videtur dici *lepus*, quem auritum poetae latini appellant, quique *ſagittario* ita conuenit, vt inter aſtrorum imagines, quas ex antiquo *Cod.* vulgauit *Grotius*, lepus a ſagittario portetur. Alii male intelligunt *lampretam. Putean.* mauult *otum*, vel *otidem*, auem, intelligere, de qua vid. *Plin.* 10, 23. *Reineſ.* putat, ex lect. *C. Trag. oclopetam*, efficiendum eſſe, *ſclopetam*, vel *ſtlopetam*, intelligitque puerile inſtrumentum, ex canna vel ligno emedullato factum, ex quo, bacillo ligneo cum vi intruſo, exploduntur globuli cum ſonitu. Sed contextus requirit cibum. Hinc *Schefferus* exiſtimat, *alopecam* ſcriptum fuiſſe, quod voc. et *vulpeculam* et *carnem muſculoſam* circa clunes aut interiores lumbos ſignificat. *Heinſ.* conicit vel *ocypoda*, vel *ſcolopacem* legendum. *Munkerus daſypoda* mauult, i. e. leporem, vel cuniculum.

Capricornum] *C. Leid.* et *Pithoei*, *capri cornua. C. Trag.* rectius, *ſuper capricornum:* addit vero, *in quo cornua erant; Schefferus* mauult *in qua*, ſcil. locuſta, vt indicetur, hanc ipſam ob cauſſam *capricorno* aſſignatam eſſe locuſtam. Sed in his verbis, quae neque in *Cod. Tornaeſ.* neque in *C. Leid.* nec in aliis habentur, mera gloſſa ineſt; hinc recte deleta ſunt a *Reiskio, Nod. Hadr. Boſch.* et *al.* male a *Burm.* ſeruata. *Locuſtae* vero *marinae* ſunt *piſces* e genere cancrorum; atque illae conueniunt *capricorno*, quia aduerſis cornibus dimicant. vid. *Plin.* l. 9. c. 30. et *Ariſt.* de *hiſt. animal.* l. 8. c. 2. *Nonn.* de *re cibar.* 3. c. 36.

mullos] *C. Leid.* et *Trag. mulos.*

§. 6. teterrima] *Wouweren* mauult *tenerrima.* Sed *teterrima* recte ſe habet; ſeruorum enim canticum ludibrio habet, vt c. 70, 7. *tremula, teterrimaque voce cantauit*, et verbum *extorquet* lect. vulg. adiuuat.

laſerpitio et minio] Ita *Tornaeſ.* et *Patiſſon.* aliquos legiſſe, indicant. Atque haec lectio lectioni vulgatae *de laſerpitiario mimo*, quam et *Burm.* et *Nod.* in *Ed. pr.* dederunt, praeferenda mihi viſa eſt, quia ſenſum non contemnendum exhibet. Ceciniſſe nimirum dicitur de *laſerpitio*, condimento, cuius vſus erat in cibis, vt docet *Caſaub.* ad *Athenaeum*, et *de minio*, pigmento pretioſo, quo iam *Vitruuii* tempore (vid. l. 7. *de architect.* c. 5.) toti parietes inducebantur, atque infra, c. 68, 1. adeo *ſcobem, croco et minio tinctam*, ſerui in triclinio ſpargunt; contra vero *vulg.* lect. non, niſi contortum ſenſum admittit. Alii nimirum cum *gloſſ.* per *laſerpitiarium mimum* intelligunt

7 extorquet. Nos vt triſtiores ad tam viles acceſſimus cibos, (TRIMALCHIO) Suadeo, inquit Trimalchio, coenemus; hoc eſt ius coenae.

ligunt eum, qui tibiam ex caule, vel radice *laſerpitii* habebat voci expurgandae: alii cum *Scheffero* coniungunt *extorſit canticum mimo*, i. e. geſticulatione, et ſumunt, canticum egiſſe de laudibus *laſerpitiarii*, i. e. laſerpitio conditi. Alibi tamen idem *Schefferus* ſenſit, *mimo*, quod, ex lect. *Godd. mino*, *mineo* et *minio* fecerunt, et *Scaliger* in vno *C.* reperit, hic nullum eſſe locum; hinc ex *C. Trag.* lect. *dela ſerpiciariomino*, effingendum exiſtimauit: *de laſerpitiario vino;* quae coniectura non ſpernenda eſt, quia *laſeris vinum*, *Colum. de R. R.* l. 5. c. 9. commemorat Sed *Trim. falernum* appoſuerat, ergo h. l. hoc vinum laudandum fuiſſet. *Bourdel.* mauult *de laſerpitiario milio. Gonſ.* coniicit *de laſerpitio mimico*, et tibiam ex caule *laſerpitii* confectam intelligit. *Boſch.* in ora libri ſui notauit, *Nic. Heinſ.* voluiſſe *de laſerpito domini* (in nota *de laſerpitiato* exhibetur.) In *Nod. Ed. franc. lat.* 1709. reperitur: *de laſerpitiato mimicum canticum. Trillerus* in *obſerv.* tres coniecturas proponit 1) *de laſerpitiari opo;* ὀπὸς ſcil. vocabatur medicis et coquis tantopere expetitus ſuccus, ex ſilphii vel laſerpitii caulibus, potiſſimum autem radice expreſſus: 2) *de laſerpitiari germine*, quod pretioſiſſimum apud *Cyrenaicos* habebatur; 3) *de laſerpitiari Ammone*, h. e. *de Ioue Ammone*, in foecundis *laſerpitio Cyrenis* culto.

extorquet] ita *Codd. vett.* plerique; alii *intorquet*, vt tradit *Torn. C. Trag. extorſit*, quod edidit *Nod.*

§. 7. viles] ſcil. pro expectatione; non enim omnes cibi, hic appoſiti, adeo viles ſunt; *multi* enim (*Plin.* 9, 17.) ſatis delicati erant.

ius] Haec eſt lect. *Codd. vett.* eaque ſatis proba: *ius* enim pro *legibus* ſaepe ponitur. Ergo hoc dicitur: *lex enim coenae requirit, vt coenemus. C. Memm.* et *C. vet. Britannicus* habet *in ius*, vnde facere volebat *Goeſ. huius;* hoc vero *Palmerius*, *ſpicileg.* p. 718. defendit per graeciſmum, quo *Gell.* 9. c. 2. vtitur: *aliquis petit aes ſibi dari εἰς ἄρτους.* Hinc orta eſt vitioſa lect. *C. Trag. in coenae:* pro qua *Burm.* coniicit, legendum eſſe, *in coenam*, vti c. 47, 10. *Quem vultis in coenam fieri?* Sed in textu *Ed. Burm.* alterius legitur: *hoc eſt initium coenae*, inſertum procul dubio ex coniectura *Reiskii*, non quidem contemnenda, nec tamen neceſſaria, eaque nimis longe recedente a literis: *in ius.* Si quid mutandum ſit, equidem malim: *hic eſt mos coenae:* nam ex *mos*, *in ius* potuit oriri.

## CAP. XXXVI.

*Superiore parte repoſitorii a tripudiantibus ſublata, in altero ferculo apparent cibi delicati, et circa angulos Marſyae, garum piperatum effundentes ſuper piſces, qui quaſi in euripo natabant. Omnibus plaudentibus, Tr. Carpe, inquit. Statim ſciſſor, ad ſymphoniam geſticulatus, lacerat obſonium. Tr. repetit vocem Carpe: qua et ſciſſorem vocat, et ei imperat, vt cibos carpat.*

(ENCOLP.) Haec vt dixit, ad ſymphoniam IIII.
tripudiantes procurrerunt, ſuperioremque partem re-
poſitorii abſtulerunt. Quo facto, videmus infra, 2
ſcilicet in altero ferculo, altilia, et ſumina, leporem-
que in medio pinnis ſubornatum, vt Pegaſus videre-
tur. Notauimus etiam circa angulos repoſitorii Mar- 3
ſyas IIII. ex quorum vtriculis garum piperatum curre-
bat ſuper piſces, qui in Euripo natabant. Damus 4
omnes plauſum a familia inceptum, et res electiſſi-
mas

C. XXXVI. §. 1. procurrerunt] Ita *C. Trag.* etiam *Edd. Burm. Nod. Hadr. Helenop.* atque etiam *vett.* melius, quam quod habet *Ed. Patauin. percurrerunt.*

§. 2. ferculo] *C. Trag.* et *vett. fercula:* ſed rectius *ferculo* ediderunt *Hadr. Nod. Burm. al.*

§. 3. vtriculis] *Wouweren* mavult *veretillis*, aut *veretriculis*, quia ſigilla haec ita fingebantur, vt ex eorum roſtris, vel verendis aqua flueret. Sed praeſtat ſumere, hos *Marſyas* aſcaularum effigiem referentes, ex vtriculis, quos inflarent, effudiſſe *garum*, quod certe eſt elegantius, quam ſi ex veretro, aut ex inferiore ventre, quem quidam per *vtriculum* intelligunt, illud emiſiſſent. Mihi igitur lect. *C. Tr.* recte recepta videtur, quae iam olim eſt exhibita in *Edd.* quibusdam, v. c. in *Ed. Lugdunenſi* a *D. S. S.* 1645. curata, et in *Ed. Wouwerii.* Vnde colligere licet, hanc lect. iam in *Cod.* quodam *vet.* reperiri, etſi *Pith.* dicit: *vet. inſiculis*, non, *vtriculis*, et *Patiſſon.* alios *interulis*, *Tornaeſ.* vero *Mſ. interculis* habere ait.

garum piperatum] *al. aquarum, al. quarum, al. aquatum;* ſed *Mſ. Torn.* et *C. Trag.* rectius *garum*, i. e. liquoris exquiſiti genus ex inteſtinis piſcium ſale maceratis. vid. *Plin.* 31, 7. et 8. *Sen.* dicit *ep.* 96. *garum pretioſam malorum piſcium ſaniem. Piperatum* vero dicitur, quia etſi in eo parando ſolo ſale vtebantur; (*Geopon.* 20. extr.) *garum* tamen iam paratum, vt ex *gloſſ. vet.* patet, ſolebat condiri variis pro ratione cibi aromatibus, atque etiam *pipere*, vt *Apicius* in *Polytele* indicat. *Garo* vero piſces conditos eſſe, intelligitur ex *Lucian. Aſin.* Λοπάδας, ἰχθῦς, τȣ́τȣς μὲν γάρῳ καὶ ἐλαίῳ κατακειμένȣς. Cf. *Hor.* 2. *Sat.* 8. 46.

qui] *C. Trag. quicunque euripo.*

§. 4. inceptum] Sic *Cod. Leid. Tornaeſ. Trag.* et *Edd.* quaedam; aliae *coeptum.*

5 mas ridentes aggredimur. Non minus et Trimal-
chio eiusmodi methodo laetus, (Trimalc.) Carpe!
6 inquit. (Encolp.) Proceſſit ſtatim Sciſſor, et ad ſym-
phoniam ita geſticulatus lacerauit obſonium, vt puta-
7 res eſſedarium hydraule cantante pugnare. Ingere-
bat nihilominus Trimalchio lentiſſima voce: (Tri-
malc.)

§. 5. methodo] Ita *alii* habent auct. *Patiſſon.* atque haec lect. antiqua reſtituenda mihi videbatur, quia hoc voc. contextus videtur requirere: *methodus* vero eſt ſecundum *gloſſ. vet. fictio*, ſeu *ludificatio*, aut illuſio. Sic in *Can. Concilii Ancyrani* dicitur. Hic ergo inuentum callidum, quo expectationem conuiuarum illuſerat, eſt intelligendum. In *gloſſ. vet.* indicatur, *metodio* μετωδέω, i. e. interiecto cantico, poſſe legi, quod *Wouw.* probat. *Burm.* quoque et *Nod.* ediderunt *methodio*, vti *Cod. Trag.* et *Tornaeſ.* qui *tranſitum* vertit. *Bourdel.* ſic interpungendum putat: *Non minus Trimalchio laetus, eiusmodi methodio, Carpe, inquit.* In notis *Tironis* p. 173. *methodia* quidem inter ludi genera recenſentur: ſed an hic ludus *Trim.* ſic poſſit dici, dubitare licet.

§. 6. ita geſticulatus] *C. Trag.* et *Pith.* *ita* poſtponunt.

eſſedarium] Hoc recte reſtitutum eſt ab *Hadr. Burm.* et *Nod.* ſuadente *Gronouio*; ſi enim rem vere aeſtimes, *C. Tr.* ita legit; habet enim *eſſe darium*, diuiſum per vitium, librariis valde frequens. Nam etiam *Sen. ep.* 29. *Codd.* *eſſedario* diuiſim ſcriptum habent. Exhiberi autem iſto tempore ſolebat ſpectaculum in arena, quo eſſedarii ad numerum decertabant, quibuscum hic ſciſſor recte componitur, quia ſumma eſſedarii ars erat in agilitate et celeri mobilitate; quam in veris eſſedariis obſeruauit *Caeſar de bel. gal.* l. 4. c. 33. Male legit *Ed. Patav.* *eſſem Darium*, et *Pariſ. quidem Darium*; *Edd.* priores exhibent *putares Darium*; quas qui ſequuntur, illi ſumunt, *Darii* exercitum ad organica inſtrumenta pugnaſſe, vt *Sibaritarum*, de quibus *Plin.* l. 8. c. 42. *Douſa P.* coniicit, *Daren* vel *Dareta* legendum. *Schefferus* olim ſuſpicabatur: *Beſſum in Darium*; atque ad *Beſſi* ex *Curtio* notum facinus alludi putabat.

hydraule] ita dicitur, qui organo muſico, in decurſu aquae ſonum reddente, canit. Illud vero, noſtris organis pneumaticis non diſſimile, quia non facile videtur potuiſſe in arenam transferri: hic putant tibicinem eſſe intelligendum, qui fiſtula, cuius canales aqua implebantur, canebat, cuius inuentor *Cteſibius Alexandrinus* fuit; vid. *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 449. Ceterum *Sueton.* in *Nerone* c. 44. narrat, *ſcenica organa delegiſſe Neronem, ſecum vehiculis portanda*, quae *hydraulica* fuiſſe, ex c. 41. intelligitur.

§. 7. lentiſſima] Apud *Ramirezium* in *hypomn.* ad *Mart.* 1. *ep.* 51. legitur *tentiſſima*, i. e. intentiore ſeu vehementiore. *Erh.* coniiciebat *leniſſima*; praefert tamen *tentiſſima*. Sed lect. *Codd.* eſt proba; nam vox *lentiſſima* i. e. effoeminata et molliſſima, *Trimalchioni* conuenit.

MALC.) Carpe! Carpe! (ENCOLP.) Ego ſuſpicatus, ad aliquam vrbanitatem toties iteratam vocem pertinere, non erubui eum, qui ſupra me accumbebat, hoc ipſum
interrogare. At ille, qui ſaepius eiusmodi ludos 8
ſpectauerat, (CONVIVA) Vides, inquit, illum, qui obſonium carpit? Carpus vocatur. Itaque quotiescunque dicit: Carpe! eodem verbo et vocat, et imperat.

## CAP. XXXVII.

*Vxor Trimalchionis, eiusdem diuitiae et ſeruorum multitudo deſcribuntur.*

(ENCOLP.) Non potui amplius quidquam guſtare; ſed conuerſus ad eum, vt quam plurima exciperem, longe arceſſere fabulas coepi, ſciſcitarique, quae eſſet
illa mulier, quae huc atque illuc diſcurreret? (CON- 2
VIVA) Vxor, inquit, Trimalchionis, Fortunata appellatur, quae nummos modio metitur, (ENCOL-
PIVS) Et modo quid fuit? (CONVIVA) Ignoſcet 3
mihi Genius tuus, noluiſſes de manu illius panem ac-
cipere. Nunc nec quid, nec quare, in coelum 4
abiit,

Carpe] Eleganter *Burm.* ex *C. Trag.* geminat hanc vocem. In *C. vett.* et *Edd.* antiquis, atque adeo recentioribus *Nod. Hadr.* ſemel legitur, male, cum *toties iterata vox* commemoretur.

ad] male abeſt in *Trag.* recte legitur in editis.

ſupra me] ſic *Trag.* et *al. Leid.* *ſupreme.*

C. XXXVII. §. 1. quam plurima] Ita *C. Trag. C. Memm.* vero et *alii*; etiam *Ed. Nod. plurima.*

fabulas] *C. Memm. tabulas.* Sed *Memm.* iam coniecit *fabulas,* quod *C. Trag.* habet.

ſciſcitarique] *que* excidit in *C. Trag.* ob ſequens *que*, i. e. *quae.*

diſcurreret] *C. Memm. diſcumberet;* male, quia *huc atque illuc* additur.

§. 3. modo] *C. Trag. modo, modo.* Et ita edidit *Burm.* ſed nullam vim videtur habere haec repetitio; hinc cum *vett.* etiam recentioribus *Edd.* v. c. *Nodot. Hadr.* et *Boſch.* ſemel tantum hoc voc. dedi.

illius] Sic *C. Trag. alii eius:* i. e. adeo ſpurca erat, vt ſi mendicares, nolles ex eius manu panem accipere.

§. 4. nec quid, nec quare] Ita et *Codd.* antiqui et *Trag.* Videtur haec fuiſſe locutio prouerbialis de homine, qui praeter meritum

5 abiit, et Trimalchionis tapanta eſt. Ad ſummam,
6 mero meridie ſi dixerit illi, tenebras eſſe, credet. Ipſe neſcit, quid habeat? adeo zaplutus eſt; ſed haec eupatria pro-

tum ad fortunam peruenit. *Barth. aduerſ.* l. 42. c. 24. eam ſic explicat: *Nihil eſt, nullum argumentum, cauſſaue eſt, quâ meritam tale quid, aut mereri putes, imo dea iam eſt; — nec opus eſt, quid loquatur, aut quibus argumentis praeſtantiam ſuam probet: penitus diuina eſt.* Sed quomodo hoc inſit, non apparet; neque locus *Hieron.* a viro docto allatus, eſt plane ſimilis. Deſideratur verbum, a quo pendeat, *quid* et *quare.* Extat in *Cic. Ep. ad Atticum* l. 2. *ep.* 19. locus non diſſimilis. *Bibulus in coelo eſt, nec quare ſcio.* Ex quo loco coniicere licet, verbum *ſcio*, vel inſerendum, vel intelligendum eſſe. *Quid* vero h. l. videtur poſitum pro *propter quid*, vt alibi. *Reiskius, nec quid, nec quare* explicat: *neminem curat:* forte intelligendum putauit: *nec quid? nec quare? interrogat.* *Erh.* corrigit: *Nunc nequit negari.* *Schefferus* vero ita legit: *Nunc vero quid? nec quaere. Goeſ.* ſcribit: *nec qui, nec quare;* et *ſcio* intelligit. *Marcilius* ad *Hor.* 1. *Satyr.* 1. legit, *nunc nec ſcit.*

abiit] Ita *C. Trag. al.* Sed *al.* vt ait *Tornaeſ. ſubiit.*

tapanta] ita recte reſcripſit *Lipſius* pro *topanta*, quod in *Cod. Trag. Leid.* et *al.* reperitur. Non diſſimili modo dixit *Ouid. Heroid.* 12. v. 162. *Coniuge, qui nobis omnia ſolus erat.* *Lucian.* in *tyrannicida* p. 695. Καὶ πάντα ὁ παῖς ἦν αὐτῷ. et *Liv.* l. 40. c. 11. *Demetrius iis vnus omnia eſt.* Alii, auctore *Patiſſ.* et *Tornaeſ.* habent *hierophanta:* quod probat *Pontanus* ad *Macrob.* l. 2. c. 3. *Schoppius* malebat *ſycophanta.* *Memmius* coniicit: ἐν τῷ παντὶ, i. e. omnino, omni ex parte.

§. 5. credet] Hic nos deſtituunt *Edd. vett.* omnes vsque ad c. 55. *Comprobamus nos* etc. Sed in *Edd. Helenopolitana*, *Gonſalii* et *aliis*, ex *Io. Saliſber. de Nugis Curial* 8, 7. haec inſerta ſunt: *Coenam Trimalchionis, ſi potes, ingredere, et porcum ſic grauidari poſſe, miraberis, niſi forte admirationem multiplex, ignota et inaudita luxuria tollat.* Reſpicitur vero ad c. 49, 10.

§. 6. zaplutus] *Cod. Trag. ſaplutus.* Ex quo recte effinxit *Gronov. zaplutus;* ζάπλουτος valde diues. Poſſit tamen etiam *ſaplutus* defendi, quod in *gloſſis Tironis* occurrit. *Schefferus* coniecit ſcribendum *adeo ſane Plutus eſt.* Sed conuiua, qui hic loquitur, amat verba graeca.

eupatria] ſic recte legit *Reineſ.* et *alii* pro *lupatria*, quod habet *Mſ.* Putant viri docti, *eupatria* dici pro gr. εὐπατέρεια, *honeſtis parentibus nata*, ironice, vt εὐγενὴς apud *Theophraſt. charact.* vltimo. Putat tamen *Burm.* hoc voc. etiam poſſe obſcuram eius originem indicare, quia inter *Athenienſes* non ſolum nobiles, vel patricii, ſed illi etiam, qui αὐτόχθονες et terrae filii credi volebant, eodem nati ſolo, non aduenae, *eupatridae* vocabantur. Verumtamen quia *Fortuna* hic, vt c. 67, 2. laudatur propter diligentiam in rebus domeſticis curandis, equidem putem, *eupatriam* eam dici propter indul-

prouidet omnia, et, vbi non putes,, eſt. Sicca, 7
ſobria, bonorum conſiliorum: eſt tamen malae linguae, pica puluinaris: quem amat, amat; quem non amat, non amat. Ipſe Trimalchio fundos 8
habet, qua milui volant, et nummorum nummos: argen-

indulgentiam, qua familiae commoda curat. Etenim etſi hoc vocabulum non occurrit in lingua graeca, nec hoc, nec eo, quem alii illi tribuunt ſenſu; poteſt tamen ex analogia linguae vocabulum, ex εὖ et πατριὰ, *familia*, compoſitum, ſignificare, *familia bene curantem*, vti εὔξενος, ex εὖ et ξένος, *peregrinus*, compoſitum, dicitur pro *hoſpitali*. *Schefferus* coniicit, *lupa ebrii; Goeſ. lupa trita.* Sed cum ea laudetur a diligentia rei familiaris, vix potuit, ne a iocante quidem, lupa dici.

vbi] *Goeſ. vti;* male, cum haec formula ſatis ſit apta ad exprimendam diligentiam herae, et celeritatem in omnibus rebus curandis et inſpiciendis. *Plaut. Amph.* 3. 3, 14. non diſſimili formula vtitur: *iam hic ero, cum illic cenſebis eſſe me.* Etiam περίεργοι vbique eſſe dicuntur. *Plutarch.* 2. p. 439. *Ed. Francof.* πανταχῆ σὺ ἄρα εἶ.

§. 7. ſobria] *Goeſ.* hoc voc. vt irreptitium ex margine, delendum, et *ſicca* cum *bonorum conſiliorum* conſtruendum olim exiſtimabat, vt eſſet *inanis bonorum conſiliorum.* Sed poſtea intellexit, etiam *Sen. Ep.* 18. et alibi, *ſiccum* et *ſobrium* coniungere. Atque *bonorum conſiliorum* per ſe poſitum videtur, vti in marmore apud *Gruter.* p. 602. 5. *conſilii boni coniux* dicitur.

conſiliorum] inſeritur in *Mſ.* et in *Edd. Burm. pr.* et *Hadr. tantum auri vides.* Hic *Schefferus* aliqua praeceſſiſſe, putabat. *Heinſ.* opinabatur ſubſtituendum, *tantum vni fides*, i. e. *huic vni credit* omnia. *Goeſ. tantum auri providens. Burm.* vero haec verba ad §. 8. poſt *volant* ponenda arbitratus eſt; quo *Reiskius* ea transtulit in *Ed. Burm.* altera. Sed tum non apparet, quo *tantum* referatur. *Nod.* haec verba plane neglexit.

pica puluinaris] ita dicitur, quia puluino ſuo incumbens, inter coenandum, vel nocte cum viro cubans, garrulitate ſua moleſta eſt. Nec eſt, quod cum *Scheffero* putemus, *naris* ſeorſim eſſe ſcribendum.

amat] i. e. quem amat, *vehementer amat.*

non amat] i. e. *vehementer odit*, formula loquendi ex vita communi repetita.

§. 8. qua] i. e. *vbicunque* milui volant, i. e. in variis regionibus; vti c. 48, 3. ipſe dicit: *Nunc coniungere agellis Siciliam volo:* et c. 53, 2. 5. *actuarius praedium Cumanum* et *hortos Pompeianos adiicit. Goeſ.* mavult *quaqua: Schefferus* vero praefert *quam*, pro *quantum*, quod *Burm.* arridet, et a *Nod.* eſt editum. *Heinſ.* olim: *qua milui vix volant*, poſtea lect. *vulg.* ſeruandam, et *qua* pro *quantum* dictum eſſe, putauit.

volant] ſic *Mſ.* Male *Hadrianides*, *Nod.* et *Burm.* in *Ed. pr. volent.*

et nummorum nummos] *et*, quia hic non poteſt abeſſe, ex con-

argentum in oſtiarii illius cella plus iacet, quam quisquam in fortunis habet.
9 Tantum auri vides. Familia vero babae! babae! non, me-Hercules! puto decumam partem eſſe, quae dominum ſuum nouit.
10 Ad ſummam, quemuis ex iſtis babaeculis in rutae folium coniiciet.

CAP.

coniectura *Reiskii* addidi. *Nummi nummorum* hic ſunt *pretioſiſſimi nummi:* vti *rex regum* eſt *ſummus rex, Hor.* 1. *Ep.* 1, 107. Atque *Anonymus* in *literis ad Rn. Arnoldum* dicit, Ebraismos huic ſimiles e profanis ſcriptoribus alios adduxiſſe alicubi *Del-Rio* ad *Senecam. Schefferus* dubitabat, vtrum in his verbis eſſet gloſſa eius, quod ſequitur, *argentum* etc. an potius foenus ingens denotaretur. *Heinſ.* ſcripſit *nummorum cumulos*, quod *Reiskius* recepit; atque etiam mihi haec coniectura valde arridet. *Statileius* in *Apologia* maunlt *nummorum modios. Anonymus* in *Bibliotheca nouiſſ. Halenſi Sect.* 5. *Obſerv.* 4. legebat *nomorum nomos.*

argentum — plus] i. e. *copioſius* adiectiue. Ita *Lamprid.* in *Alex. Sev.* c. 41. *Et quum argentum in miniſterio plus, ducentis libris, non haberet.*

habet] Hic putaui inferenda eſſe, quae ſupra alieno loco ſcripta ſunt in *Cod. Tantum* poteſt referri ad *argentum.* Quantum argentum in cella oſtiarii iacet, tantum auri vides. His verbis huc translatis, non eſt, quod *vides*, quod *habet Mſ.* mutemus cum *Reiskio* in *videt.*

§. 9. nouit] rectius *norit.* Sed in vita communi non adeo diligentes erant in hac re. Ceterum ſaepius commemoratur apud veteres ſcriptores luxus *Romanorum*, ſeruorum multitudinem innumeram poſſidentium. *C. Caecilius Claudius Iſidorus*, ſeruorum quatuor millia centum ſedecim ſe relinquere teſtamento ſuo, edixit. *Plin.* 33, 10. Quadringenti ſerui *Pedanio Secundo* erant; vid. *Tac. Annal.* l. 14. c. 43.

§. 10. babaeculis] Ita, vel, ſi quis malit, *babacelis* reſcribi poterat facillima mutatione pro *babaecalis*, quod eſt in *Mſ.* et *Ed. Burm.* Atque ita legendum eſſe, agnouit etiam *Reiskius* in *Miſc. Lipſ.* etſi *canalicolis* ediderat. Dicit vero, *βαίκηλος* et *βάκηλος* idem eſſe, atque ex *βαίκηλος* factum *βαβαίκηλος*, vt ex *βάζειν βαβάζειν.* Βάκηλος vero dicitur homo magnae ſtaturae et excors, vel effoeminatus. Idemque vocabulum in *Cod. regio Arnobii* l. 4. eodem ſenſu occurrit, teſtante *Heinſ.* Sic enim legitur CCCC. *An vxore contentus haud vna — impatientiam ſuam ſpargebat paſſim, vt babecali* (ſ. *babaceli*) *adoleſcentes ſolent. Schefferus* coniicit *babae! ſatis*, i. e. *bene. Hadrianides* et *Nod.* ediderunt *bacelis;* non male. *Reineſ.* dubitat, vtrum *babaculis*, i. e. *ſeruis* in flore aetatis, a *βάβαξ* vel *βάβης*, quae ſeruilis appellatio eſt apud *Polluc.* l. 5. c. 5. an, quae verior illi videtur lectio, *berbeculis*, i. e. *verueculis, a veruex*, legendum ſit.

in rutae folium coniiciet] *Reiskius* ſubſtituit, *in vrticae fol.* atque

## CAP. XXXVIII.

*Trimalchionis lautitiis expoſitis, duo colliberti conuiuae deſcribuntur, quorum alter adhuc erat diues, alter luxu diuitias conſumſerat.*

Nec eſt, quod putes, illum quidquam emere; omnia
domi naſcuntur: lana, cerae, piper, lacte gallina-
ceum, ſi quaeſieris, inuenies. Ad ſummam, pa- 2
rum illi bona lana naſcebatur, arietes a Tarento emit;
et eos curauit in gregem. Mel Atticum vt domi 3
naſce-

que putat, hoc eſſe *aliquem affligere*. Sed in *Miſc. Lipſ.* fatetur, poſſe etiam retineri *rutae*, atque ſenſum eſſe: *rediget eum in anguſtias*. Certe haec formula ſic dicitur c. 58, 5. *Geſnerus* vero arbitratur, optimam interpretationem eſſe hanc: *in ſpatium minimum cogere et contrahere*. Atque ea mihi videtur huic loco aptiſſima. Deſcribitur multitudo ſeruorum, quos habebat *Trim.* hanc ait tantam eſſe, vt quemuis ex iſtis magnae ſtaturae ſeruis, quaſi *in rutae folium*, in ſpatium minimum, cogere debeat, quia tantam multitudinem vix poſſint capere eius aedes ampliſſimae.

C. XXXVIII. §. 1. lana] Ita *Mſ. Ed. Burm. lanae*, propter ſequentem *plur.* non male; nec tamen neceſſario ſic legendum.

cerae] *Mſ. credrae:* ſic quoque *Ed. Burm. pr.* ſed in altera recepit *Reiskius cerae*, vti legendum putabat *Heinſ.* recte, quia *apum Atticarum* mentio fit poſt *arietes Tarentinos*, et quia etiam *Plin.* l. 35, 11. *plur. cerae*, occurrit. *Munker.* ad *Hygin. fab.* 138. *cedriae*, i. e. *reſina ex cedro. Hadrianides*, quem ſecutus eſt *Nodotius*, *creta. Scheffervs: lanae erythrae:* de quibus vide *Columell.* l. 7, c. 2. *Reineſ. lana, poledrae*, greges equorum.

lacte] Ita *Mſ.* et *Ed. Burm.* neque haec lect. videtur ſollicitanda, quia hanc term. amabant veteres, vt *Plaut.* et *Varr.* apud *Non.* in *Part. Candidum lacte papilla cum fluit.* In prouerbium vero abiit apud graecos, γάλα ὀρνίθων, de valde beatis, et omnia, etiam rariſſima quaeque, poſſidentibus. vid. *Adag.* ex *Suida*, *Centur.* 4, 61. Eodem ſenſu hic dicitur *lacte* vel *lac gallinaceum. Schefferus* mauult, *lac et gallinaceum.*

§. 2. parum illi bona lana] *Heinſ.* olim legebat: *parum in ouili bonae lanae naſcebantur*; poſtea tamen obſeruauit, poſſe quoque lect. vulgatam tolerari, aut *illi* tolli. Nulla mutatione opus eſt, ſi *parum bona* in conſtruendo iungatur.

arietes a Tarento] i. e. *Tarentinos*, locutio a viris doctis iam ſaepe obſeruata. *Flor.* 4, 2. *elephanti a ſilua. Cic.* pro *Muren.* 30. *noſtri illi a Platone*, i. e. *Platonici. Tarentinae* autem *oues* erant celebres ob lanae mollitiem. vid. *Colum.* l. 3. c. 2.

curauit in gregem] *Mſ. culauit.* Hinc *Goeſ.* putauit legendum, *eis incolauit in gregem*, i. e. *eis iniuit gregem*, ſi conſtaret, a *coles* deriuaſſe veteres *colare* et *incolare. Heinſ.* coniicit, primum hic *aculauit*, pro *accumulauit*, exara-

naſceretur, apes ab Athenis iuſſit afferri; (obiter et, vernaculae quae ſunt, meliuſculae a Graeculis fient.)
4 Ecce intra hos dies ſcripſit, vt illi ex India ſemen boletorum mitteretur; nam mulam quidem nullam ha-
5 bet, quae non ex onagro nata ſit. Vides tot culcitas? Nulla non aut conchyliatum, aut coccineum
6 tomentum habet. Tanta eſt animi beatitudo! Reliquos autem collibertos eius, caue, contemnas. Valde
7 ſuccoſi ſunt. Vides illum, qui in imo imus recumbit? hodie ſua octingenta poſſidet; de nihilo creuit: ſole-

exaratum fuiſſe, atque *cumulauit in gregem* ſcribendum exiſtimat, vel *admitti*, aut ſimile quid, inſerendum: *et eos curauit admitti in gregem*. Sed locus ſanus videtur; *curauit* enim eſt idem, quod *procurauit in gregem*, i. e. *iuſſit adferri et aggregari ad gregem domeſticum*, vt poſtea dicit de apibus. *Cic.* pro *Quinct.* c. 4. eodem ſenſu dixit: *pecuniam Romae curari. Varro de R. R.* l. 2. c. 5. dixit: *tauros in gregem redigere.*

§. 3. et — fient] ſic *Mſ.* Sed *Schefferus* correxit, *vt — fiant;* atque ita *Burm.* et *Nod.* ediderunt. Sed quia tum *fierent* legendum eſſet, vt *naſceretur*, quia vtrumque verbum pendet a *iuſſit:* equidem ſeruaui cum *Reiskio* lect. *Mſ.* atque ſumo, haec in parentheſi eſſe addita. *Goeſ.* ſcriptum fuiſſe exiſtimabat: *iuſſit afferri ob id, vt et vernaculae. Heinſ.* totum locum ſic conſtituit, *Mel a. v. d. n. a. ab A. i. adferri obiter: vt v. q. ſ. m. a. Gr. fierent.* Putat tamen, *quae ſunt* redundare. *Tilebom.* exiſtimat, pro *fient* legendum *fiant,* per archaismum.

§. 4. ſemen boletorum] iocoſe dicitur; nam *boleti*, qui ſunt ex fungorum genere, naſcuntur circa radices arborum ſponte. *Plin.* 16, 8. *Magni autem gulones eos fecerunt.* vid. *Nonn. de re cib.* l. 1. c. 27. His vt maius pretium tribueret *Trim.* iactator ſtultus dixit, ſe in poſterum ſemine *Indico* vſurum eſſe, ad meliores procreandos.

Ex onagro] hae erant optimae et velociſſimae. vid. *Plin.* 8, 44.

§. 5. culcitas] ſic rectius ſcribitur, quam *culcitras*, quod habet *Mſ.*

animi] Hoc voc. *Scheffer*us pro gloſſemate habebat. *Reineſ.* *homini* ſubſtituebat; ſatis eleganter. Sed forte conuiua ridet *Trim.* qui animi beatitudinem videatur ponere in his rebus.

§. 6. ſuccoſi] i. e. *diuites. Reineſ.* mauult *lucroſi*. Ceterum de diuitiis libertorum iſtius temporis vid. *Suet. Claud.* 28.

qui] *Mſ. quia;* male.

§. 7. imus] Haec *Scheffero* videbatur gloſſa praecedentis *in imo;* male, dicitur enim in *imi lecti vltimo loco* accubuiſſe.

recumbit] *Boſchius* in *marg. diſcumbit.* Sed *recumbit* vſurpat noſter etiam c. 70, 8.

ſua octingenta] ſcil. *ſeſtertia.* Sic *Mſ.* Male nonnulli, *ſuos octingenta*, ſcil. *ſeſtertios. Heinſ.* opinatur, ſcribi oportere *ſua octoginta.*

ſolebat collo modo ſuo ligna portare. Sed, quo- 8
modo dicunt, (ego nihil ſcio, ſed audiui,) quum
modo Incuboni pileum rapuiſſet, theſaurum inuenit.
Ego nemini inuideo, ſi qua Deus dedit; eſt tamen 9
ſub alapa, et non vult ſibi male. Itaque proxime 10
cum hoc titulo proſcripſit:

C. POMPEIVS. DIOGENES. EX. KALENDIS. IVLIIS. COENACVLVM. LOCAT. IPSE. ENIM. DOMVM. EMIT.

(EN-

*ginta,* ne nimis immenſa ſumma prodeat. Sed non eſt immenſa ſumma, quae cenſum equeſtrem, i. e. quadringenta ſeſtertia, duplo tantum ſuperat.

§. 8. quomodo] *Nod. vt.*

dicunt] *Heinſ. diteſcunt.* Sed amant plebeii tautologias.

quum modo] *Mſ.* et *Ed. Burm. quomodo*, ortum forte ex *quum modo.* Hoc recte reſtituit *Scheffer*us, quem ſecutus ſum, quia *quomodo* non poteſt admitti. *Heinſ. quod modo inc. p. cum rapuiſſet.*

pileum] ad *Orci galeam* videtur alluſiſſe; ſed imperite, vt ſolent libertini in hoc conuiuio: credebant autem, ea inſtructos non modo latere, ſed etiam omni felicitate adfluere. Hinc *Plato* l. 10. *de rep.* eam cum *Gygis* annulo coniungit.

rapuiſſet theſaurum] *Mſ. Burm.* et *Nod. et theſaurum;* ſed *et*, ex repetita vltima ſyllaba verbi *rapuiſſet* ortum, recte deletum eſt a *Scheff.* et *Heinſ.* quia eſt moleſtum.

§. 9. qua] *C. Mſ.* et *Ed. Burm. quo;* ſed *Patauin.* et *Pariſ. qua* ſubſtituerunt; recte, vt videtur. *Schefferus* malebat *quod; Goeſ. quoi.*

ſub alapa.] *Anonym.* in *Bibl. Nov.* p. 223. mauult *ſub allaga,* ὑπ' ἀλλαγῇ, i. e. *ſub mutatione:* quia mutaturus erat coenaculum domo. Sed *ſub alapa* recte ſe habet, ſi putemus, hoc dici, eum eſſe paraſitum, in conuiuiis petulantiae et alapis regum ſuorum obnoxium, vel ſi, quod magis placet, ſumamus, reſpici ad eam conſuetudinem, qua libertas dabatur; (vid. *Phaedr.* l. 2. 5, 25.) atque ſenſum hunc eſſe: *nondum eſt iuſtam libertatem conſecutus, vel inter amicos, vel per epiſtolam, vel adhibitione conuiuii liber factus.* Hi enim poterant reuocari in ſeruitutem. *Tac. ann.* l. 13. c. 27. Poterant etiam ita manumiſſi *vindicta*, in qua *alapae* locus erat, denuo manumitti. *Plin.* l. 7. *ep.* 16.

non vult ſibi male] *Tilebom. melius; Goeſ. etſi non conſulit ſibi male.* Sed lect. *Mſ.* bene ſe habet; ipſe ſibi fauere, et ampliores fortunas fouere dicitur. Ita *bene velle. Heaut.* 5, 2, 6. *niſi quod tibi bene ex amino volo.*

§. 10. EX. KALENDIS. IVLIIS] Hoc fuit ſolemne elocandarum aedium tempus. vid. *leg.* 41. *ff. de Contr. emt.* et *Suet. Tib.* c. 35.

LOCAT] *Mſ. loca. Goeſ. locabit.* Sed hoc nimis longe recedit a literis ſcriptis.

11 (ENCOLP.) Quid ille, qui libertini loco iacet? quam bene ſe habuit? (CONVIVA) Non impropero
12 illi. Seſtertium ſuum vidit decies; ſed male vacillavit. Non puto illum capillos liberos habere; nec, me-Hercules! ſua culpa, ipſo enim homo melior non eſt; ſed liberti ſcelerati, qui omnia ad ſe fecerunt.
13 Scito autem, ſocio cum olla male feruet, et vbi ſemel
14 res inclinata eſt: amici de medio. (ENCOLP.) Et quam

§. 11. ille] *Mſ. illi.*

libertini loco] i. e. *in infimo loco*, quem occupabant liberti, ad patronorum menſam admiſſi. *Plin.* l. 2. c. 5. *Heinſ.* mauult *libertino.*

impropero] verbum cadentis latinitatis, rectius forte ſcribendum *improbero*, ex quo *improbro*, vt *exprobro.* c. 43, 8. legitur, *nec improbo.* Sed hoc ſi reciperetur, pro *illi* legendum eſſet *ille*, idque ad ſequentia referendum; quod fecerunt *Hadr.* et *Nod.* etſi *impropero* ſeruarunt.

§. 12. ſeſtertium ſuum vidit decies] Elegans modus loquendi. *Sen.* l. 2. *de benefic.* c. 27. *C. Lentulus*, — *antequam liberti pauperem eum facerent: hic quater millies* H-S. *ſuum vidit: proprie dixi, nihil enim amplius, quam vidit.*

ipſo] ita recte in *marg. Mſ.* in textu male *ipſe.*

liberti ſcelerati] ſcil. *fuerunt in culpa*, niſi forte quid deeſt, vel *qui* delendum. *Reineſ.* mavult *colliberti*, quia iidem paullo poſt dicuntur *ſocii.*

fecerunt] *Reineſ.* mauult *verterunt*, vti *Cic. Ex illa pecunia maximam partem ad ſe vertit, Diu. in Caec.* 17. Sed poteſt lect *Mſ.* graecismo, ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν, ἐφ᾽ ἑαυτῷ, ὑφ᾽ ἑαυτὸν τὸ πρᾶγμα, excuſari. *Burm.* dicit: *ad ſe facere* eſſe ſermone plebeio: *abradere alterius bonis, et ſuis aggregare*, quia *facere* pro *corradere*, *colligere* ſumi, docuit *Graeuius* ad *Flor.* 1, 1. *Heinſ.* mauult *ad aſſem ſecuerunt. Goeſ. adederunt.*

§. 13. Scito] *Scheff. Cito.* Sed *ſcito* melius, quia plebeii vtuntur eiusmodi vocabulis, quibus attentionem excitent ad ſententiam aliquam inculcandam, quae ipſis egregia videatur. Eodem modo ſaepe *vides*, *vide*, in hac coena occurrunt.

ſocio cum] *Mſ.* et *Ed. Burm. pr.* *ſociorum:* ſed deeſt particula. Hinc *Burm.* cum *Nod.* coniiciebat: *quum ſociorum. Reisk.* ex coniectura recepit: *ſocio dum.* Sed facilior mutatio, ſi *cum* ſubſtituatur, vti in *Indice lectionum a Reiskio inuectarum* ſcribitur. Nec tamen ſpernenda correctio, quae reperitur in textu *fragmenti Tragurienſis, Norimbergae* 1667. editi: — *ſociorum ollam male feruere.*

olla male feruet] formula proverbialis. Nam *olla feruere* dicitur diuiti, et apud *Graecos* in prouerbio: ζεῖ χύτρα, ζεῖ φιλία, et apud *Arabes:* nam ex *Harir. Reisk.* affert: *eorum mugiunt cameli et ollae feruent.* Ergo *male feruet*, cum diuitiae vacillant.

de medio] ſcil. recedunt, quod addit *Cic. Or. pro Sexto Roſc.* c. 38. Ellipſis celeritatem exprimit.

quam honeſtam negotiationem exercuit, quod illum ſic vides? (Conviva) Ecce, Libitinarius fuit. Solebat ſic coenare, quomodo Rex: apros gauſapatos, opera piſtoria, aues, ceruos; piſtores plus vini ſub menſam effundebant, quam aliquis in cella habet. (Encolp.)

§. 14. ſic vides] *Burm.* coniicit, *hic vides.* Sed *ſic* poteſt ſignificare *in hac conditione:* ita c. 58, 13. *Ego, quod me ſic vides, propter artificium meum diis gratias ago.* *Reiskius* addidit ex coniectura *eſſe.*

Ecce] *Mſ. ex ſe,* quod *Reiskius* ſeruauit, et iunxit cum *libitinarius;* ſed qualis ſenſus prodeat, non apparet. *Schefferus* ſubſtituit *ecce!* quod *Burm.* in *Ed. pr.* et *Nod.* cum *Hadr.* expreſſit; non male; quia plebeii eiusmodi vocabula frequentant. Sed ſi quis malit *ex ſe* in *eſſe* mutare: illud poſſit cum ſuperioribus coniungi. At *ecce* melius: quia quo magis audientes ad attentionem inuitat, eo magis ridiculum eſt, iam prodire *libitinarium*, qui etſi viliſſimum negotium exercuerat, tamen dignus erat factus amicitia *Trimalchionis* per luxum. *Tilebom.* mauult *exeri*, vel *extolli*, vel *efferri.*

§. 15. gauſapatos] Ita *Mſ.* *Heinſ.* malebat *gaunea,* i. e. *caunea* vel *cauna*, i. e. *fico Carica paſtos,* collato c. 40, 3. vbi *Trim. caryotis thebaicisque* aprum vult credi paſtum. Sed *gauſapatos* retinet in *epiſt.* 338. *Munkerus,* qui putat, *gauſapatos* dici, *cruſta, referente gauſapam, circumdatos operâ piſtoriâ.* Sed equidem malim cum *Trillero* (in *Obſerv.* p. 90. et 98.) intelligere *apros*, pelle ſua contectos, qui, vt vir doctus demonſtrare conatur, in lautioribus coenis, vti porcelli integri ſolebant apponi. Certe hi rectius dicerentur *gauſapati.*

aues, ceruos] *Mſ.* et *Ed. pr.* *Burm. viscouos.* Iam *Schefferus* ſuſpicatus eſt, *a* abſorptum eſſe ab vltimo *a* in *piſtoria,* ſcriptumque olim fuiſſe, *auis,* i. e. *aues,* quae ſemper fuerunt in deliciis. Ex *couos* vero idem fecit *cocos,* quod edidit *Nod.* cum *Hadr.* Iam cum ſequantur *piſtores*, putant, gulae deliciis commemoratis, eius familiam recenſeri. Exiſtimauit vero *Heinſ.* ſcribendum eſſe, *opera piſtoria, aucupes, coquos, piſtores,* vel *piſcatores.* Sed verbum deſideratur, a quo hi ſerui pendeant. Hinc *Burm.* putauit, in *couos* et *piſtores* latere nomina ciborum, quos non liceat coniicere. Eos autem ſe diuinaſſe, arbitratus *Reiskius*, in textum recepit: *ceruos, piſces, lepores.* Neque ego dubitaui, *ceruos* retinere, cum *o* aeque facile poſſit in *er* mutari, ac *u* in *c.* Sed ſumere, in *piſtoribus* latere *piſces, lepores,* aut, quod mihi in mentem venit, *piſces rariores;* paullo audacius videbatur. Hinc equidem malui *piſtores* referre ad ſequentia.

effundebant] *Mſ.* et *Ed. Burm. Nod.* et *rel. effundebatur.* Sed ſi *piſtores* ſeruantur, *effundebant* requiritur, ne verbo ſuo deſtituantur. Prodit autem ſenſus ſatis commodus: *piſtores* adeo, ſerui huius libertini, magnam copiam vini ſub menſa *effundebant;* quod ſolebat fieri in conuiuiis lautis, vbi ad mentionem amicarum, vinum

16 COLP.) Phantaſia, non homo. (CONVIVA) Inclinatis quoque rebus ſuis, cum timeret, ne creditores, illum conturbare, exiſtimarent, hoc titulo auctionem proſcripſit:

IVLIVS. PROCVLVS. AVCTIONEM. FACIET. RERVM. SVPERVACVARVM.

## CAP. XXXIX.

*Trimalchio conuiuas ad vinum bibendum adhortatus, ſapientiam ſuam effundit, explicanda vi ſignorum duodecim, quorum imagines in ferculo exhibuerat.*

(ENCOLP.) Interpellauit tam dulces fabulas Trimalchio; nam iam ſublatum erat ferculum, hilaresque conuiuae vino, ſermonibusque publicatis operam
2 coeperant dare. Is ergo reclinatus in cubitum, (TRIMALCHIO) Hoc vinum, inquit, vos oportet ſuaue

num humum effuſum, et poculis non omnino ſiccatis, quod ſupererat, humo illiſum eſt, vt docet *Lambinus* ad *Hor.* 2. *Od.* 1427. etiam per alias occaſiones, v. c. ad omen auertendum, pro aqua (*Plin.* l. 28. c. 2.) vinum effundi iuſſit *Trim.* c. 74, 1. Maxima erat haec luxuria, quod ſeruis tanta copia vini praeberetur. Nec diſſimili modo deſcribitur *Trimalchionis* luxus c. 28, 3. *Tres interim iatraliptae in conſpectu eius Falernum potabant.*

Phantaſia] *Scheff.* et *Nod.* ſubſtituit *phantaſma*, viſus nocturnus, ſiue ſpectrum. Sed quia *ſpectro* in conuiuiis non eſt locus, rectius *phantaſia*, quae eſt lect. *Mſ.* ſeruatur, atque per eam *ambitio*, vt *Act.* c. 25, 23. i. e. *homo iactabundus*, qui ſe venditat et ſuperbe oſtentat, intelligitur. *Trillerus* tamen in *obſerv. pandaeſia*, i. e. *voracitas*, mauult. Amat vero eiusmodi formulas noſter: c. 74, 13. *codex, non mulier.* c. 44, 6 *piper, non homo.* Nec multo aliter loquitur *Cic. pro Cluent.* c. 70. *Cuius ea ſtultitia eſt, vt eam nemo hominem appellare poſſit.* Plane idem dicunt *Graeci:* τύφος, ἐκ ἄνθρωπος. vid. *Reiskium* in *Miſcell. Lipſ.*

§. 16. AVCTIONEM] Ita recte legit *Schefferus* pro *caucionem Mſ.*

C. XXXIX. §. 1. publicatis] *Goeſ.* coniicit, *publico iactatis.* Sed *publicati ſermones* recte dicuntur *ſermones publice prolati*, ita, vt ab omnibus audiantur, quales habentur, conuiuis iam vino incaleſcentibus. Ita noſter c. 113, 8. *communem ſermonem* dicit, et *Sen. de ira* 1, 16. *Obiurgatio te primum ſecreta, deinde publicata, emendare tentabit.*

ſuaue faciatis: piſces natare oportet. Rogo, me 3
putatis illa coena eſſe contentum, quam in theca re-
poſitorii videratis? ſic notus Vlyxes? Quid ergo eſt?
oportet etiam inter coenandum Philologiam noſſe.
Patrono meo oſſa bene quieſcant! qui me hominem 4
inter homines voluit eſſe. Nam mihi nihil noui pot-
eſt afferri: ſicut ille fericulus tamen habuit praxim.
Coe-

§. 2. ſuaue faciatis] *Goeſ.* ſcribi vult: *hoc vinum vos oportet ſuaues faciat. Bis piſces* etc. Sed etiam c. 48, 1. *vinum bonum faciatis*, dicitur, i. e. ſermonibus et iocis, velut condimento, ſuaue reddatis.

§. 3. ſic notus Vlyxes] Hoc hemiſtichium ex *Aen.* 2, 44. ſenſus vero hic eſt: *an putatis, me eſſe tam ſimplicem?*

philologiam] quaeſtiones philologicas inter coenandum agitari ſolitas, docet *Cic.* 16. *ep.* 21. Affectat autem *Trimalchio* erudite loqui, vt *Tiberius Suet.* c. 56. et 70.

§. 4. quieſcant] frequens formula in antiquis inſcriptionibus apud *Gruter.* p. 696. 5.

afferri] Ita fere *Sagariſtio*, ſeruus apud *Plaut. Perſ.* 2. 3, 19. *mihi iam nihili offerri poteſt, quin ſim peritus.* Mauult et hoc loco *Gronov. offerri.*

fericulus tamen] Voc. inuſitatum, ſed ad analogiam vocabuli *blandiculus* a *blandus*. formatum a *ferus:* puto *Vlyſſem* ſic dici, qui erat miles, non ab omni feritate alienus. *Mſ.* habet *fericuluſta mel.* Sed quia *melli* non hic eſt locus, ex *ta mel* recte fecit *Gronov. tamen. Habuit praxim.* h. l. eſt *ſciuit artes aſtutas;* ſic enim πρᾶξις graec. interdum dicitur. Dicit ergo *Trimalchio*, ſe non minus intelligentem eſſe factum, quam *Vlyſſem. Schefferus* putabat *fericulum* legendum, idque a *ferio* ducebat; *Reineſ.* vero a *fero*, adeoque putabat, ſic dici eum, qui *fero* diſcere inceperit. *Hadrian.* edidit: *ſicut illi ſericulo: melleam habuit praxim. Heinſ.* corrigit: *ſicut ille fericulus lucem a me habuit proxime*, atque putat, *ferculus* hic dici pro *ferculo. Nodot.* poſuit, nec apparet, vnde: *omnium, ſicut ille, melleam habeo praxim*, atque miro modo vertit: *je goute la douceur de poſſeder tout ce que je ſouhaite, ainſi qu'il faiſoit lui même. Gronov.* exiſtimat ſcribendum: *ſicut iſte ferculus tamen habuit gratiam*, vel *graxim*, e prologo *Aſinariae*, vbi aliquando lectum eſt *graxis* pro *gratiis. Burm.* qui edidit, *ſicut illi fericulaſta: mel habuit praxim*, mauult refingere, *melleam* vel *mellis habuit baxim:* et quia βάξις eſt *ſermo, oratio grauior*, putat ad *Homericum Neſtorem* alludi. Dicit tamen, ſe iam antea cogitaſſe, agi de patrono *Trimalchionis*, atque ſe tentaſſe ſic legere: *nam mihi nihil noui poteſt afferri, ſicut illi. Fericulus tamen habuit praxin.* Exiſtimauit nimirum, hoc voc. formandum a *feriis*, quia diminutiuis delectatum eſſe *Petron.* docent *arietillus*, *Faunulus* etc. *Reiskius* ex ſuo ingenio ſcripſit: *ſicut ille fericulus ſtatim ei dabit paradigma;* ſatis audacter, cum in *Mſ.* legatur: *mel habuit praxim.*

5 Coelus hic, in quo duodecim Dii habitant, in totidem
ſe figuras conuertit, et modo fit Aries. Itaque quis-
quis naſcitur illo ſigno, multa pecora habet, multum
lanae: caput praeterea durum, frontem expudoratam,
cornum acutum. Plurimi hoc ſigno ſcholaſtici na-
6 ſcuntur, et arietilli. (Encolp.) Laudamus vrbani-
tatem Mathematici; itaque adiecit: (Trimalchio)
Deinde totus coelus Taurulus fit. Itaque tunc calci-
troſi naſcuntur, et bubulci, et qui ſe ipſi paſcunt.
7 In Geminis autem naſcuntur bigae, et boues, et colei,
8 et qui vtrosque parietes linunt. In Cancro ego na-
tus ſum; ideo multis pedibus ſto, et in mari, et in
terra multa poſſideo. Nam cancer, et hoc, et illoc
quadrat; et ideo iam dudum nihil ſuper illum poſui,
ne

§. 5. Coelus] Iam *Trim.* effundit ſuam ſapientiam, genituras ſtultiſſime exponens ex animalium, quae ſignis illis, quorum imagines exhibuerat c. 35. in ferculo, adfinxit antiquitas, natura; nec tamen eum ab artis vanae principiis plane aberraſſe, patebit *Firmicum* et *Manilium* conferenti, etſi ſubinde ſuo ingenio indulſit.

cornum] ita *Mſ.* quod cum *Reiskio* ſeruaui, quia optimi *Codd.* in *Colum.* et aliis antiquis libris, ſic habent, et noſter, oſtentandae eruditionis cauſſa, archaismos affectat. *Burm.* et alii *cornu* legunt. *Eſt* vero *cornu* potentiae, pugnacis animi, et hominis iracundi ſymbolum.

arietilli] Ita ex *arieti illi* reſtituendum puto cum *Reineſio*, et exiſtimo, ita dici omnes, qui arietum more pugnent, vel arietum naturam referant. Neque inauditum eſt hoc *adiectiuum.* Nam *cicer arietillum* occurrit apud *Columell.* l. 2. c. 10. in *Codd. vett.* Dictum autem *arietillum*, vt *bouillum* et *ouillum* pecus. *Tilebom.* malebat, *arieti illi ſubiecti. Schefferus*, *arietini*, vti etiam edidit *Burm.* et *Nod.* Alius ita interpungit: *et arietini illius laudamus vrbanitatem mathematici. Goeſ.* totum locum ita conſtituit: *Vt arietilli laudamus vrbanitatem mathematici, vtique adiecit*, et arbitratur, *Trim.* ſic dici. *Munker.* in *epiſt.* 318. ad *Heinſ.* legit, *et arietes. Collaudamus. Reiskius* dedit, *et aretalogi*, putatque, ineſſe imaginem elegantem praedicatorum hypocritarum palliatorum.

§. 6. Mathematici] Ita ridicule dicitur. *Trim.*

paſcunt] i. e. vti *Firmicus* l. 5. c. 3. dicit: *Saturno in Tauro invento naſci, qui per ſemet ipſos magnae ſibi quaerant ſubſtantiae facultatem.*

§. 7. et boues] ſcil. *bigae* vel *biiugae*, quae dictae ſunt apud *Varr.* in fragmentis *bigae cornutae.*

hoc et illoc] antique pro *huc et illuc.*

§. 8. poſui] cf. c. 35, 3.

ne geneſim meam premerem. In Leone cataphagae 9
naſcuntur, et imperioſi. In Virgine mulieres, et fu-
gitiui, et compediti. In Libra laniones, et vn- 10
guentarii, et quicunque aliquid expediunt. In Scor- 11
pione venenarii, et percuſſores. In Sagittario ſtrabo-
nes, qui olera ſpectant, lardum tollunt. In Ca- 12
pricorno aerumnoſi, quibus prae mole ſua cornua na-
ſcuntur. In Aquario caupones, et cucurbitae. In 13
Piſcibus obſonatores, et rhetores. Sic orbis vertitur,
tanquam mola; et ſemper aliquid mali facit, vt ho-
mines

§. 9. cataphagae] *Schefferus* mavult *cataphagi*. Sed *Mſ.* recte ſcribit *cataphagae*: nam graecis καταφαγᾶς et καταφαγῆς dicitur *ganeo*, *helluo*, qui perdit patrimonium paternum.

§. 10. expediunt] i. e. *explicant merces vendendas*, vt *Ouid.* I. *Art. am.* v. 421. *Inſtitor — Expediet merces. Goeſ.* malebat: *quicunque huius aliquid expediunt.* Dubitat tamen *Burm.* an non legendum ſit, — *expendunt*, quod *Reiskius* recepit.

§. 12. aerumnoſi] *Reiskius* ex coniectura dedit *aſperi*, *imperioſi.*

prae mole ſua] Ita cum *Sheffero* refingendam puto lect. *Mſ.* *premala ſua*, etſi idem alio loco *per mala* mauult. Nam *aerumnoſi* ſunt *miſeri*, quibus quaſi onus incumbit miſeria. Moles ergo mali, quam *Cic.* in *Catilin.* 3, 7. commemorat, eſt intelligenda. *Cornua* vero mihi videntur hic dici pro *callo*, quo obducuntur partes corporis, quae teruntur onere; qui commode ſic dicitur ab ingenioſo *Trim.* quia quicquid duri *cornu* dicitur, vti *Virg. Georg.* 3, 88. *cornu* tribuit *vngulae*, ad eius duritiem exprimendam. *Burm.* retinuit *prae mala ſua*, quia ſic ſoloeciſſare *Trimalchionem* exiſtimant viri quidam docti. *Heinſ. epiſt.* ad *Munker.* 313. malebat: *prae malo ſuo.* *Nodotius* edidit, neſcio, vnde, *propter mala ſua.*

ſua] *Reiskius* ſubſtituit *ſetae et cornua.*

§. 13. rhetores] *Burm.* putat, fortaſſe *vectores* aut *veteratores* ſcriptum fuiſſe, quia *rhetoribus* cum piſcibus nulla intercedat ſimititudo. Sed *Reiskius* in *Miſc. Lipſ.* ad h. l. opinatur, *rhetores* piſcibus comparari ob mollitiem vel μαλακίαν, quae ineſt in eo, ſi quis non audeat in bellum ire; quod quidem erat *rhetorum* priuilegium. Eandem quoque ob cauſſam *Cyrus Lydos* piſcibus, ad tibiam ſaltantibus, comparat apud *Herod.* 1, 141. Putat vero, eos etiam propter ſtuporem et ignorantiam cum piſcibus contendi; ſtupidi enim, auctore *Plutarcho* p. 1795. *ed. H. Steph.* per conuitium dicuntur *piſces*; addit denique, eos in piſcibus natos exiſtimari, quia facile, obiecta eſca qualibet, poſſint capi. Ingenio *Trimalchionis* certe minima ſimilitudo ſuffecit; quam vero ille potiſſimum ſpectauerit, vix diuinare licet.

mali] Philoſophum agit, cum *naſci* etiam *malis* annumeret, vt *Theo-*

14 mines aut naſcantur, aut pereant. Quod autem in medio ceſpitem videtis, et ſuper ceſpitem fauum: ni-
15 hil ſine ratione facto. Terra mater eſt in medio, quaſi ouum, corrotundata: et omnia bona in ſe habet, tanquam fauus.

## CAP. XL.

*Approbantibus conuiuis Trimalchionis eruditionem, toralia, in quibus omnis venationis apparatus erat pictus, toris proponuntur, canes Laconici circa menſam diſcurrunt, adponitur aper ingens, ex cuius latere, quod cultro venatorio aperiebatur, turdi euolant, quos aucupes excipiunt, et ſuum cuique referunt; cuiusque e dentibus caryotas et thebaicas rapiunt ſerui, et conuiuis diuidunt.*

(Encolp.) Sophos vniuerſi clamamus, et ſublatis manibus ad camaram, iuramus, Hipparchum Aratumque comparandos illi homines non fuiſſe; donec advenerunt miniſtri, ac toralia propoſuerunt toris, in quibus

*Theognidis* ſententia apud *Stobaeum Serm.* 99. *Optimum, non naſci, aut natum citiſſime mori. Heinſ.* opinatur corrigendum: *ſemper quid anomali facit. Goeſ. ſemper aliquid analogi facit, vti* etc. *Burm.* putat, forte ſic transponenda eſſe vocabula: *ſemper aliquid facit, vt mali homines aut naſcantur, aut pereant. Munkerus* legebat: *aliquid miraculi facit.*

§. 14. ceſpitem] Hinc apparet, *Trimalchionem* ferculi, c. 35. deſcripti, rationem habere. *Mſ. ceſpite* habet, quod recte correctum eſt a criticis.

videtis] *Heinſ.* malebat *videbatis*, quia repoſitorium iam ſublatum erat.

facto] Ita *Mſ.* recte, nam *facere ſoleo*, arrogantius eſt dictum, quam *facio*; quod *Nod.* cum *Hadr.* et *al.* edidit.

C. XL. §. 1. Hipparchum] Quia *Hipparchus* poſterior fuit, *Arato*, quem priorem fuiſſe, ſcire debuit *Petron.* et quia proverbium, *olera ſpectare, ſed lardum tollere*, non *Romanorum* veterum, ſed *Italorum* culinam ſapere videtur: *Reincſ.* totum hunc locum, inde a *Coelus hic* — vſque ad *aduenerunt*, inſertum eſſe, exiſtimat. Sed conuiuae, domino conuiuii adulantes, non videntur chronologiam curare; neque *olera cum lardo Romanis* inaudita fuiſſe videntur, cum *olus cum fumoſo pede pernae*, in victu *Ofelli* ruſtici apud *Hor. Satyr.* 2. 2, 117. commemoretur; vnde veriſimile eſt, lautiores lardum cum oleribus eſitaſſe. Praeterea totus locus dignus eſt *Trimalchionis* ſtulta iactantia.

homines] *Heinſ.* mauult *homini.*

propoſuerunt] *Tilebom. praepoſuerunt.* Sed *propoſuerunt* eſt: *ante*

quibus retia erant picta, Subſeſſoresque cum venabu-
lis, et totus venationis apparatus. Necdum ſcie- 2
bamus, quo mitteremus ſuſpiciones noſtras, cum ex-
tra triclinium clamor ſublatus eſt ingens: et ecce ca-
nes Laconici etiam circa menſam diſcurrere coepe-
runt. Secutum eſt hos repoſitorium, in quo poſi- 3
tus erat primae magnitudinis aper, et quidem pilea-
tus, e cuius dentibus ſportellae dependebant duae, pal-
mulis textae, altera caryotis, altera Thebaicis repleta.
Circa autem, minores porcelli, ex coptoplacentis facti, 4
quaſi vberibus imminerent, ſcropham eſſe poſitam,
ſignificabant: et hi quidem apophoreta fuerunt. Ce- 5
terum ad ſcindendum aprum, non ille Carpus acceſſit,
qui altilia lacerauerat; ſed barbatus, ingens, faſciis
cruralibus alligatus, et alicula ſubornatus polymita,
ſtrictoque venatorio cultro latus apri vehementer per-
cuſſit, ex cuius plaga turdi euolauerunt. Parati 6
Aucupes cum arundinibus fuerunt, et eos, circa tri-
clinium volitantes, momento exceperunt. Inde, 7
cum ſuum cuique iuſſiſſet referri Trimalchio, adiecit:

(TRI-

*ante toros poſuerunt. Varro* enim dicit: *torale, quod ante torum. Tac. Ann.* 3. c. 5. etiam commemorat *propoſitam toro effigiem.*

venabulis] Sic recte reſcripſerunt pro *venerabilis Mſ.*

§. 2. quo] In *Mſ.* et *Ed. Burm.* deeſt, in editis recte additum, etiam a *Reiskio.*

§. 3. aper] ſolidus hic in coena adponitur; quod primus fecit *P. Seruilius Rufus. Plin.* l. 8. c. 51.

§. 4. imminerent] *Tilebom. imminentes.*

apophoreta] *Mſ. apophoreti.* Sed gr. *ἀποφόρητα*, et lat. *apophoreta* dicuntur, quae coenantibus amicis diſtribuuntur, domum auferenda vel mittenda. vid. *Petron.* c. 60, 4. *dum haec apophoreta iubemur ſumere*, et c. 56, 8. *apophoreta* recitauit. Ita recte legerat *Burm.* ſed *Reiskius* male reſtituit *apophoreti.* Rectius etiam *et haec* legeretur. *Heinſ. Et hi quidem pro apophoretis fuerunt.*

§. 5. alligatus] *Cruſ.* in *probab.* mauult *caligatus.* Putat deſcribi ridiculum venatoris habitum, cui pro caligis aut peronibus, *faſciae crurales* erant. Sed vid. *alligare* in *Indice.*

§. 6. fuerunt et] Haec demenda putat *Heinſ.* quia tum melius procedit oratio, ni malis *adfuerunt* pro *fuerunt.*

(Trimalchio) Etiam videte, quam porcus ille ſyl-
8 vaticus totam comederit glandem. (Encolp.) Statim pueri ad ſportellas acceſſerunt, quae pendebant e dentibus, Thebaicaſque, et caryotas ad numerum diviſere coenantibus.

## C A P. XLI.

*Cauſſa, cur aper pileatus intraſſet, cognita ab Encolpio, puer, qui Bacchi formam induerat, vuas circumfert, et Trimalchionis poëmata acutiſſima voce laudat. Dominus eum iubet liberum eſſe. Idem ſurgit ad laſanum. Sermones conuiuarum varii inchoantur.*

Interim ego, qui priuatum habebam ſeceſſum, in multas cogitationes diductus ſum, quare aper pilea-
2 tus intraſſet? Poſtquam itaque omnes bucoleſias conſumſi, duraui interrogare illum interpretem
3 meum, quid me torqueret? At ille: (Conviva) Plane etiam hoc ſeruus tuus indicare poteſt: non enim aeni-

§. 7. totam] Ita *Mſ. Reineſ. tandem. Munkerus lotam* pro *lautam* (vti *coda* pro *cauda* apud noſtrum.) Lautae hae glandes erant dactyli; vnde arridet haec lectio.

§. 8. ſportellas] Recte pro *ſportellos* in *Mſ.*

C. XLI. §. 1. priuatum — ſeceſſum] *Schefferus: priuatim*, i. e. *ſeorſum:* et *ſeceſſum* putat eſſe *conſilium*, quod quis ſecreto ſecum voluit animo. Sed hic etiam *priuatus ſeceſſus* dici poteſt, oppoſitus publicatis et communibus ſermonibus: dicitur ergo apud ſe reputaſſe: ſic *ſecedere in ſe* dixit *Sen. ep.* 25. eſt tamen haec locutio paullo inſolentior.

§. 2. bucoleſias] Ita cum *Reineſ.* lego, quia haec lectio ad literas *Mſ. bacaluſias*, quod *Burm.* in *Ed. pr.* retinuit, proxime accedit: et rationes, quibus fallere conabatur ſuam conſilium *Trimalchionis* ſciendi cupiditatem, ſic dici arbitror ab *βȢκολεῖν*, *decipere:* vnde *βȢκολητής*. Lubentius tamen latinum vocabulum reſtituiſſem, ſi vllum, noſtro ſimile, eſſet in promptu: quia *Encolpius*, vix graece loquens, introducitur. *Schefferus: baceloгias*, i. e. *ratiocinationes* et *cogitationes ineptas*, a graeco *βάκηλος*; *Heinſ. baceologias*, quia apud *Sueton. Auguſt.* c. 87. *bacceolus* ſcribitur. *Burm.* dubitat, an *baucaleſes*, i. e. *nutricum cantilenae*, fuerit ſcriptum. *Reisk.* edidit *babazuſias a βαβάζειν, garrire. Nodotius* ex *Ed. Hadrian. battologias.*

§. 3. tuus] *Goeſ. huius*, ſcil. *Trimalchionis*, qui mox porco pileum detrahet. Sed *tuus* non ſollicitandum; eſt formula prover-

aenigma eſt, ſed res aperta. Hic aper, cum heri 4
ſummam coenam vindicaſſet, a conuiuis dimiſſus:
itaque hodie tanquam libertus in conuiuium reuertitur.
(ENCOLP.) Damnaui ego ſtuporem meum, et nihil 5
amplius interrogaui, ne viderer nunquam inter hone-
ſtos coenaſſe. Dum haec loquimur, puer ſpecio- 6
ſus, vitibus hederisque redimitus, modo Bromium,
interdum Lyaeum, Euiumque confeſſus, calathiſco
vuas circumtulit, et poëmata domini ſui acutiſſima
voce traduxit. Ad quem ſonum conuerſus Trimalchio: 7
(TRIMALCHIO) Dionyſe, inquit, LIBER ESTO! (EN-
COLP.) Puer detraxit pileum apro, capitique ſuo im-
poſuit. Tum Trimalchio rurſus adiecit: (TRIMAL- 8
CHIO) Non negabitis, me, inquit, habere Liberum patrem.
(EN-

verbialis; qua indicatur, facile eſſe ad diuinandum hoc *Trim.* conſilium.

§. 4. ſummam coenam] Ita recte datum eſt in *Ed. Burm.* pro *ſuma coenam Mſ. cum ſummam coenam vindicaſſet*, i. e. cum partem praecipuam coenae tueri voluiſſet. Neque eſt, quod cum *Scheffero* putemus, *ſibi vindicaſſet* eſſe ſcribendum. Nam *ſibi* ſaepe omittitur in hac formula, vt *Cic. Offic.* 1, 7. *Ortus noſtri partem patria vindicat. Heinſ.* coniicit: *cum heri ſumma coena vindicaſſet ſeſe a conuiuis, dimiſſus eſt;* ſatiatis nimirum lautioribus cibis.

dimiſſus] *Scheffer. eſt* addi vult. Luditur vero in verbo, *dimitti*, quod etiam de ſeruis manumiſſis dicitur. c. 66, 7. alia translatione vſus, dicit: *pernae miſſionem dedimus.*

§. 6. ſpecioſus] *Bacchus* enim pulcher et ſemper puer pingebatur, vitibus et hederis redimitus. *Ouid.* 4. *Metam. init.*

Euiumque] *Mſ. Euchiumque.* Hinc quidam *Euhyum* efficiunt, quod in melioribus membranis reperiri, teſtatur *Torrentius* ad *Hor.* 1. *Od.* 18. ſed *Heinſ.* mauult *Euiumque*, quod recepit *Burm.* quia hoc ductum putant ab *Euoe*, *εὐοὶ*, bacchantium voce.

calathiſco vuas] *Mſ. calatiſcovas.*

acutiſſima] *Heinſ. acidiſſima*, quia acuta vox laudi ducitur: Sed puero vox *acuta* recte tribuitur, vt viris vox *grauis.*

§. 7. Dionyſe] Ita in *Mſ.* puer dicitur, quia *Bacchi* perſonam induerat. *Burm.* et *al.* ſcribunt *Dionyſi:* ſed qui deorum habitum referebant, non ſolum nomina deorum imitati ſunt, ſed vera etiam eorum nomina ſibi vindicarunt, quod variis exemplis probat *Cuperus* in *monumentis antiqu.* p. 188. et in libro *de Elephantis* 11, 9.

§. 8. Liberum patrem] i. e. *Bacchum patrem*, quem referebat *ſeruus Trimalchionis*, et ſimul *liberum*, manumiſſum. Ludit *Trim.*

(Encolp.) Laudauimus dictum Trimalchionis, et cir-
9 cumeuntem puerum ſane perbaſiamus. Ab hoc ferculo
Trimalchio ad laſanum ſurrexit. Nos libertatem ſine ty-
ranno nacti, coepimus inuitare conuiuarum ſermones.
10 Clamat itaque Primus, cum patera acina popoſciſſet,
(Con-

*Trim.* pro more ſuo in verbo ambiguo.

ſane] Ita *Mſ.* et *Burm. Ed. pr.* i. e. *valde*, vt *Cic. Tuſc.* 3, 34. *mihi non ſane probant.* *Heinſ.* *inſane.* *Reisk.* edidit *ſatie*, i. e. *ad ſatiem*, ad ſatietatem.

perbaſiamus] Ita *Mſ.* *Reineſ.* *ter baſiauimus:* ſed noſter etian dixit *percoquo* et *percolapho*, et *Plaut.* *perbibo*, et *Mart.* *perosculari* 8. *ep.* 81.

§. 10. Primus] *Mſ.* et *Ed. Burm. pr. primus.* Sed quia reliquorum conuiuarum nomen proprium commemoratur, litera maiore indicaui, etiam hoc eſſe nomen; certe *Romanis* hoc nomen ſatis frequens eſt. Maluit tamen *Reiskius* edere *Priamus*, quia plura nomina *Homerica* occurrunt apud *Petronium.*

patera acina] Haec voc. mihi, vt *Scheffero* et *Hadrianidi*, videntur latere in lect. *Mſ. Ed. Patav.* et *Burm. pr.* *pataracina:* atque ſenſus hic eſſe: *cum patera*, ſcil. *ſublata*, *popoſciſſet a puero, vas circumferente, acina;* quae vel in pateram volebat exprimere, vel ex patera comedere. Nam *acina* eſſe *baccas* tam vitis, quam aliarum frugum, docet *Caſaubon.* ad *Sueton. Aug.* c. 76. vbi *Auguſtus* ſcribit: *ſe panis unciam cum paucis acinis vuae duracinae comediſſe.* Erat autem magna in vuis condendis cura lautiorum hominum, et luxuria. Hinc etiam hieme erat earum poteſtas. vid. *Columell.* l. 12. c. 43. Fere tamen malim: *patera vina*, quia vini mentionem ebrius ipſe facit, atque haec oratio vini potui eſt aptior. Sed *Heinſ.* hunc locum ſic conſtituit: *Damas itaque primus cum patera capaci vina popoſciſſet*, vti ap. *Cic.* 1. *Verr.* 66. *poſcunt maioribus poculis.* *Reineſ.* in *lit. ad Heinſ.* dicit, ſe legiſſe: *par duracina;* imo *duracinûm* vel *duracinorum* legi poſſet, niſi poma demum menſis ſecundis inferri ſolita eſſent; poſtea tamen ei in mentem venit, *pataracina* vel *pataricana* legendum, et *calceamenta*, *Pataris Lyciae* confecta, quae abiturus ex conuiuio poſceret, eſſe intelligenda. Sed finitae coenae nullum tum indicium erat. Hinc *Scheffero poma duracina* arrident, vel, ſi quis malit: *poma Taracinae*, vel *Tarracinae*, i. e nata in oppido *Campaniae*, *Tarracina.* *Burm.* dubitat, an in *pataracina* lateat aliquid de *vino acinato*, quod *Palladius* l. 1. Tit. 6. vocat *acinaticium:* affert vero coniecturam hanc: *Damas itaque, primus cum, Pater, Acina! popoſciſſet*, i. e. *clamaſſet*, *Pater Bacche! da acina!* putat vero, *clamat* etiam poſſe retineri, et *primum*, qui inceperat ita clamare, intelligi. *Reisk.* edidit: *cum pateram caldae popoſciſſet;* ſed per trepidationem, vt fatetur in *Miſc. Lipſ.* audetque contendere, *Petron.* ſic ſcripſiſſe, *cum παῖ, ἀράκης ἄπο* (*puer, tolle camellam vinariam ἄπο, Weg mit der Weinkanne!*) *Nod.* *pateram acinam.*

(CONVIVA) Dies, inquit, nihil eſt; dum
verſas te, nox fit: itaque nihil eſt melius,
quam de cubiculo recta in triclinium ire. Et 11
mundum frigus habuimus, vix me balneus calfe-
cit; tamen calda potio veſtiarius eſt. Stamniatas 12
duxi,

verſas] *Scheffer.* mauult, *vertis te*, niſi *verſas* ſit, *cito vertis.* Sed etiam *Sen. de ira* in fine l. 3. *verſare* ſic dixit: *dum reſpicimus, quod aiunt, verſamusque nos, iam mortalitas aderit.*

§. 11. Et mundum] Ita *Mſ.* et *Burm. mundum frigus* vel eſt, vt *Heinſ.* vult, *merum frigus*, vt *mundae annonae* in vita *Seueri Alexandri* apud *Spartianum* c. 42. dicuntur; vel, quod *Burm.* mauult, *frigus*, quod coelo ſereno eſt intenſiſſimum. *Tilebom. multum frigus*, quod recepit *Nod. Heinſ. ire et inunctum. Frigus habuimus* etc. vel: *vt mundum frigus habuimus. Reiskius* edidit, *Tremendum frigus.*

balneus] Ita *Mſ.* vt ſupra c. 39, 5. *Coelus*, paullo poſt *vinus* et c. 42, 5. *fatus. Tilebom. balneum*, quod edidit *Nod. Scheffer: vix me balneis calfeci;* ſcil. *t* additum videtur ex ſequente *tamen.*

calda potio] vel ea intelligitur, quam ſumebant poſt *balneum* in *thermopolio. Plaut. Curcul.* 2. 3, 13. et *Rud.* 2. 6, 43.

*Neptune, es balneator frigidus.*
*Ne thermopolium quidem vllum ille inſtruit;*

vel ea *calda potio* hic innuitur, qua veteres vſi ſunt, poſt vini potum, ad eius vapores discutiendos, quod probat *Dio Caſſius* p. 701. *Ed. Steph. Goeſ. calda lotio veſtiarius eſt*, quia putat, *caldam potionem* non poſſe vicem veſtis praebere. Sed conuiua ebrius, riſum captans, non adeo ſubtilis fuit in tropis deligendis; ſufficit, *potionem calefacere*, vt veſtem. Simili fere modo *Galenus theriacam* vocat τῶν σπλάγχνων ἔνδυμα. *Trillerus* arbitratur, *caldam vini potionem* hic indicari. Sed alias *calda potio* a vino diſtinguitur.

veſtiarius] Quidam putant de *veſte* dici, vti *Sen. de benefic.* 3, 21. *cibarium* et *veſtiarium* iungit hoc ſenſu. Sed *veſtiarii* ſaepe in lapidibus antiquis (vid. Indicem *Gruteri* et *Porphyr.* ad *Hor.* 1. *Ep.* 1. v. 94.) dicuntur, qui veſtes conficiunt, et vendunt. Videtur ergo iocanti *potio calda* quaſi *veſtes* conficere.

§. 12. Stamniatas] Ita pro *ſtaminatas*, quod eſt in *Mſ.* cum *Reineſ.* vel *ſtamnatas*, quod *Scheffero in curis ſecundis* videbatur, atque idem eſt, quia prius ab ςαμνίον, poſterius a ςαμνὸς ductum, ſignificaret *hauſtus vrnales, amphorales*, i. e. *liberaliores*, legendum puto, facillima mutatione admiſſa; idque eo magis, quia haec vox ſemigraeca decet homines ex *Graecia magna* oriundos, aut eruditionem ſaltem iactantes. Eſſe vero *potiones* intelligendo addendas, docet verbum *duxi*, quod ſaepe dicitur pro *bibere. Hor.* 1. *Od.* 17, 21. *Pocula Lesbii duces. Schefferus* tamen olim putabat, *ſtaminatas veſtes* hic dici, quas praeberet *veſtiarius* ille, opinatus: ludere conuiuam in hoc vocabulo hoc modo: *putaui, veſtes iſtas* (quia ex *ſtamine* con-

duxi, et plane matus ſum; vinus mihi in cerebrum abiit.

## C A P. XLII.

*Seleucus digreditur ad Chryſanthum laudandum, in cuius funus iuerat.*

(ENCOLP.) Excepit Seleucus fabulae partem: (SELEVCVS) Et ego, inquit, non cotidie lauor; Baliſcus enim

ſtant,) *eſſe ſtaminatas*, i. e. eodem loco ſtantes; *ſed iam intelligo, eas eſſe ambulatorias, quoniam in cerebrum abeunt.* Sed haec nimis contorta videntur. *Munkerus: ſtaminarias* malebat a *ſtamine*, vt, continuata oratione figurata, ſic appellet *potiones meracas;* atque ſic *Burm.* cum *Nod.* edidit. *Trillerus* putat, *ſtaminarias* ſignificare primas tantum lineas ebrietatis, primaque quaſi *ſtamina* compotationis. *Gronov.* legit *geminatas*, ſeu *heminarias*, ſex cyathorum potiones. *Heinſ.* arbitratur, *ſteminatas* vitioſe ſcriptum fuiſſe, pro *eminatas* vel *heminatas*, *ſt* ex *eſt* huc translato, exiſtimatque, ſic, vel ſi quis malit, *eminarias* legendum, et *potiones* intelligendo addendum. *Reisk.* dederat *amyſtidas*, ſed per trepidationem, vt fatetur in *Miſc. Lipſ.* ad h. l. vbi putat, *aminaias*, vel *aminaeas* (ſcil. potiones) eſſe veram lectionem. Atque *Virgil.* quidem, *vites aminaeas. Celſus vinum aminaeum* commemorat.

matus] Ita *Mſ.* et *Burm.* neque hoc voc. huic loco eſt ineptum, ſi *matus*, quod docent *gloſſae Iſidori*, ſignificat *humidum, madidum. Salmaſius* adeo *Ciceroni* ad *Atticum l.* 16. *ep.* 13. reddit *viam mattam*, i. e. *humectam, lutoſam*, addicentibus quibusdam *Codd. Matus* vero h. l. *ebrius* eſt, qui *madidus*, et graecis ὑποβεβρεγμένος ſaepius dicitur. *Tilebom.* mauult ſcribere *mattus*, vt habet vetuſtiſſimum *gloſſarium, Mſ. Remenſe. Schefferus: mattaeus*, μάταιος, *fruſtraneus* et *ineptus*, quod edidit *Nod.* olim volebat; poſtea *matus* retinendum putauit. Fuit, cum *Heinſ. maduſa* reponeret e *Feſto*, qui *ebrium* interpretatur; poſtea vulgatum tuitus eſt.

vinus] Ita *Mſ.* Eruditionis ſpeciem prae ſe ferens, ad originem huius vocabuli graecam, οἶνος, reſpexiſſe videtur.

C. XLII. §. 1. Seleucus] *Mſ. Seliucus.*

non — lauor] ſed recta de cubiculo in triclinium eo.

Baliſcus] Ita *Mſ.* idem, quod *Faliſcus:* vti h. l. exhibet *Reiskius.* Cauſſam, cur non quotidie lauetur, affert hanc, quia *Baliſcus* eius ſit fullo, qui ſaepius mundas faciat ipſius togas, ita vt balneo non toties egeat propter ſordes, ex laneis veſtibus contractas. Tecte iactat ſuam lautitiam; qui malit veſtes ſaepe fulloni purgandas mittere cum ſumtu, quam quotidie lauari. *Tilebom.* mauult *baliſmus. Gronov. balneus. Reineſ. balaniſcus*, vti ediderunt *Hadrianid.* et *Nod.* i. e. *balneator;* formatum a graeco βαλανεὺς. *Scheffer. balniſcus*, dimi-

enim Fullo eſt. Aqua dentes habet, et cor no- 2
ſtrum cotidie liqueſcit; ſed, cum mulſi pultarium obduxi, frigori laecaſin dico. Nec ſane lauare potui, fui enim hodie in funus. Homo bellus, tam bo- 3
nus Chryſanthus animam ebulliit: modo, modo me appellauit: videor mihi cum illo loqui. Heu! 4
Vtres

diminutiuum a balneum. *Burm.* putat, ſub *Baliſcus* aliud nomen latere, forte *Baliſtus*.

§. 2. dentes habet] aliquid derodit de corpore: adeoque balneum, ſaepe vſurpatum, non eſt ſalubre.

liqueſcit] ſcil. tempus per ſe vires noſtras frangit: nedum corpus noſtrum aqua frangamus; quod etſi falſo dicitur, recte tamen ei tribuitur, qui balneum putabat nocere, quod ipſi moleſtum erat; neque ſe egere balneo ad frigus arcendum, indicat ſequentibus.

pultarium] i. e. *vas*, non *pulti* tantum, ſed etiam *potioni* aptum, vt *Plin.* l. 7. c. 33. docet: *Edita coena, calidam potionem in pultario popoſcit.*

obduxi] i. e. *auide duxi, bibi. Sen. de prouidentia* c. 4. et *Cic. Tuſc.* 1, 96. niſi quis malit *obducere*, h. l. interpretari, *opponere.*

laecaſin] i. e. *λαικάζειν, decipere: dico frigori: vt alios decipiat et ſubeat;* vti *Burm.* hoc verbum explicat. *Reisk. laecaſin* ducit a *λαὶ*, quod *turpiter, male*, ſignificat, et explicat: *dico frigori, vt abeat in malam rem. Schefferus laecos indico*, vt edidit *Nod.* cum *Hadrian.* i. e. *λοιγὸς, exitium*, ſed *c* et *g* mutare, et *maſc.* pro *neutro* vſurpare, durum. *Gronov.* ex *Mart.* l. 1. *ep.* 59. *λειχάζειν*: ſed de hoc voc. tam parum conſtat, vt *Scriuerius Douſae* et *Scaligeri αἰκάζειν* recipiat. *Trillerus* mauult, *Hecas indico*, putatque: reſpexiſſe libertum argutulum ad ſolemnem ſub auſpicio ſacrorum formulam: *ἑκὰς, ἑκὰς, ἔστε βέβηλοι*; quae coniectura valde mihi arridet. *Mſ. laecaſim.*

fui] *Heinſ.* ſuſpicatur, *Iui* ſcriptum fuiſſe, verbum ſolemne in hac re. Non tamen neceſſaria eſt haec mutatio, vti ipſe vir doctus agnoſcit, quia noſter ſaepius *in* cum *accuſ.* pro *in* cum *abl.* ponit. vid. c. 15, 3. *in controverſiam eſſe.* cf. *Gell.* l. 1. c. 7. et l. 17. c. 2. Etiam *Cic.* 15. ad *Atticum ep.* 4. *Quo die in Tuſculanum eſſem futurus.*

§. 3. tam bonus] *Schefferus* malebat: *iam bonus*, quaſi pro *beatus* diceretur: deinde putavit, ſic legi poſſe: *Homo bulla eſt. Iam bonus Ch.* qua coniectura admiſſa, *bonus* vſitato ſenſu diceretur. Sed dicit: *homo bellus*, i. e. *vrbanus* — et quaſi ſe corrigens addit: *tam bonus*, i. e. *omnibus virtutibus inſtructus.* Indignatur, *tam bonum* virum ereptum eſſe.

Chryſanthus] Hoc nomen ſaepius apud *Gruterum* occurrit. *Mſ. Criſantus.*

§. 4. Heu] *Mſ. Hey eſt hey.* Ita quoque *Burm.* Quia *eſt* plane moleſtum eſt, neque *et* aut *aſt* bene ſubſtituitur; putaui, *eſt hey* eſſe ex margine in textum relatum, vbi forte aliquis notauerat: *Hey eſt heu.* Sed qui in textum recepit, exiſtimauit, *hey* bis iisdem literis ſcribendum eſſe.

Vtres inflati ambulamus, minoris, quam muſcae, ſumus; quae tamen aliquam virtutem habent: nos non
5 pluris ſumus, quam bullae. Et quid? ſi non abſtinax fuiſſet? quinque dies aquam in os ſuum non coniecit, non micam panis; tamen abiit. At plures Medici illum perdiderunt, imo magis malus fatus; Medicus enim nihil aliud eſt, quam animi conſola-
6 tio. Tamen bene elatus eſt, vitali lecto, ſtragulis bonis; planctus eſt optime: manumiſit aliquot,
7 etiamſi maligne illum plorauit vxor. Quid? ſi non illam optime accepiſſet? ſed mulier, quae mulier, milui-

*Schefferus aſt* mauult, quod edidit *Nod.* *Reiskius* edidit *hei! hei! hei!* Equidem putem, facilius pro *eſt* poſſe legi *ah;* ſi alterum *hei* ſeruandum ſit.

minoris] *Mſ. Ed. Burm. Nod.* et *al. minores.* Sed *minoris* cum *Scheffero* dedi, quia ſequitur: *non pluris.*

ſumus] *Mſ. ſuus;* ſed in margine *ſumus:* vnde factum eſt *ſinis* in *Ed. Pariſ.* Hinc effinxit *Reineſ. cinis tamen,* ſcil. muſcarum, *aliquam virtutem habet;* nimirum capillorum defluuium, alopecias, et cognata vitia curandi. Quod quia nimis eruditum videtur in ore indocti mancipii, *Trillerus* in *Obſ.* mauult hunc locum ſic intelligere: *Cinis tamen* (in vniuerſum) *aliquam virtutem habet,* ſcil. muſcas a mortuis reſuſcitandi. *Muſcis enim humore exanimatis, ſi cinere condantur, redit vita,* vt tradit *Plin.* 11, 36. *Schefferus* ſuſpicatur, noſtrum ſcripſiſſe, *ſimus,* alibi *fumus.*

quae] In *Mſ. Ed. Burm. Nod. al.* deeſt, vt c. 40, 2. *quo* exciderat. Sed contextus relatiuum requirit neceſſario: hinc illud addidi. Puto vero, ſenſum hunc eſſe: *quae tamen,* vel *ſaltem, aliquam virtutem habent,* quae inde apparet, *quod facile in vitam reuocantur;* cum contra homo, ſemel mortuus, tanquam bulla euanuiſſe videatur.

§. 5. abiit. At plures] Ita *Mſ.* *Schefferus* ſic legendum arbitratur: *abiit ad plures. Medici* etc. atque opinatur, *plures* dici *mortuos,* vt *Plaut. Trinum.* 2. 2, 14. Sed *abire* eſt *mori.* vid. *Barth.* ad *Stat.* 6. *Theb.* 786.

fatus] Ita *Mſ. Maſc.* etiam in *inſcriptione vet.* in foro *Traiani* p. 661. *Grut. Op.* occurrit. Cf. *not.* ad c. 41, 11.

animi conſolatio] Ita *Mſ.* i. e. animum tantum ſpe vitae conſolantur, ipſam conſeruare nequeunt. *Reineſ. mimi* vel *mimica conſolatio. Heinſ.* olim malebat: *quam animi vana conſolatio;* ſed poſtea intellexit, *conſolationem* etiam poſſe poni pro *vana ſpe,* ludente animos.

§. 6. planctus] Sic *Ed. Patavin.* et *rel.* recte pro *Mſ. plautus.*

aliquot] *Mſ. aliquod:* ſed *Heinſ.* reſtituit *aliquot.*

plorauit] *Schefferus* mauult *plorarit.*

§. 7. quae] Ita *Mſ.* et *Burm.* *mulier, quae mulier,* i. e. quae ab ingenio muliebri non recedit. *Scheffe-*

miluinum genus: nemini nihil boni facere oportet, aeque eſt enim, ac ſi in puteum coniicias: et antiquus amor carcer eſt.

## CAP. XLIII.

*Phileros interlocutus, Chryſanthum vituperat, fratrem eius laudat, et excuſat.*

(ENCOLP.) Moleſtus fuit Phileros, qui proclamauit: (PHILEROS) Viuorum meminerimus: ille habet, quod ſibi debebatur: honeſte vixit, honeſte obiit. Quid habet, quod queratur? ab aſſe creuit, et paratus fuit

*Schefferus* ſic diſtinguit: *ſed mulier, quae?* (i. e. *quaenam*, quae virum ſuum ex toto pectore ploret?) *Mulier miluinum genus. Munkerus: ſed mulier quaeque mulier. Goeſ. ſed mulier quaeque aeque mulier. Reisk.* edidit *qua mulier. Nod.* vt *Hadr. Sed mulier, miluinum genus.*

nihil] pro *aliquid*, vel *quidpiam boni*, vt apud *Plaut.* in *Milite* 5, 8. *Iura, te non nociturum eſſe homini hac de re nemini.* et infra c. 76, 3. *Nemini — nihil ſatis eſt.* Haec certe plebeio ſermoni ſunt danda, et ſemi-graeco.

ac ſi] *Schefferus* ſuſpicatur, ante *ac* olim ſcriptum fuiſſe *aquam.* Sed *in puteum* aliquid *coniicere*, per formulam loquendi prouerbialem, dicitur pro *perdere;* h. l. de *beneficiis*, quae non vult ab marito in alios conferri, quia ex iis nullus fructus ſperari poſſit. Prima ergo cauſſa, cur parum ploraret maritum, erat haec, quod tot ſeruos manumiſſos auarae vxori eripuerat.

et] Ita cum *Scheffero* pro *Mſ. Burm.* et *Nod. ſed*, quod, repetito vocabuli ſup. vltimo *ſ*, ortum eſt, reſcribo, quia haec eſt altera lacrymarum malignarum cauſſa.

antiquus] *Heinſ. ſed fanaticus amor carcer eſt.* At *antiquus amor* h. l. eſt, qui olim, ante longum tempus conceptus, paullatim euanuit.

carcer] *Mſ. cancer:* quod *Goeſ.* defendit, qui putat amorem hic dici ſerpere, non deſinere, donec totum hominem infecerit; addit: forte reſcribi poſſe: *ſed antiquus amor antiquus cancer.* Verum iam *Ed. Patav.* habet *carcer*, atque haec lect. a *Burm.* quoque et *Nod.* ſeruata, contextui eſt aptior. Quia iam diu eſt, cum maritum amare inciperet; non mirum eſt, eam iam illum maligne plorare, cum tandem eius amorem pro *carcere* habuerit.

C. XLIII. §. 1. Phileros] Ita *Mſ.* et *Ed. Burm.* non male, quia moleſta erat *Seleuco* interpellatio *Phileri.* Coniiciebat tamen *Burm. Philero* ſcribendum, quia nihil moleſtius veteribus viſum, quam inter coenandum de mortuis loqui.

ab aſſe] Veram hanc procul dubio lectionem *Scheff.* ex literis *Mſ. abbas ſecreuit*, diuinauit. i. e. cum initio vix haberet aſſem, auctus eſt tamen tantis diuitiis per auaritiam. c. 38, 7. occurrit, *de nihilo creuit.* c. 71, 12. *ex paruo creuit.*

fuit, quadrantem de ſtercore mordicus tollere. Ita-
2 que creuit, quidquid creuit, tanquam fauus. Puto,
me-Hercules! illum reliquiſſe ſolida centum; et omnia
3 in nummis habuit. De re tamen ego verum di-
cam, qui linguam caninam comedi. Durae buc-
4 cae fuit, linguoſus, diſcordia, non homo. Fra-
ter eius fortis fuit, amicus amico, manu vncta, plena menſa: et inter initia malam parram pilauit; ſed

*vit.* Apud. *Fabrettum* c. 5. p. 408. in inſcriptione, *ab aſſe quaeſitum*, legitur. *Tilebom. abace creuit.*

Quidquid] *Mſ. Quit quit.*

§. 2. ſolida] Ita *Mſ.* ſcil. *H-S.* i. e. *ſeſtertia*. neque in his eſſe ſoloeciſmum, docet nos *Aſconius Pedianus* ad *Cic.* 1. *Verr.* c. 46. *Quomodo ex decies H-S. ſexcenta ſint facta. Solida* h. l. ſunt *illibata, integra. Gronov. ſolidum centies.*

§. 3. De re] i. e. *de re ipſa*, nulla opum ratione habita. Dicam, quod res eſt. *Heinſ.* coniicit: *Vere tamen.*

caninam] *Burm.* putat *Philerum* imperitum linguam caninam, vti dicitur *cynogloſſos* a *Celſo* l. 5. c. 27, 18. confudiſſe cum *bugloſſa*, quam *Dioſcorides* l. 4. c. 133. ait, *vim inditam animi, voluptates et hilaritatem conuiualem augere*, et quam *Plutarch. Sympoſ.* 1. p. 614. *quosdam* dicit *vino miſcere.* Sed quia *Phileros* cauſſam indicare vult, cur non timeat verum dicere, equidem malim ſumere cum *Goeſio*, hunc eſſe ſenſum: *equidem ſoleo libere loqui, quia comedi linguam canis, omnes promiſcue allatrantis; (vulgo enim credimur tales fieri, qualia comedimus.)*

§. 4. manu vncta, plena menſa] *Reineſ.* et *Heinſ.* malunt: *manu plena, vncta menſa*, vel *coena*; putantque, deſcribi liberalem, et *φιλοδαπνιστήν*; ſed manus *vncta*, dicitur pro *lauta. Ter. Heaut.* 4, 5. *omnes te in lauta et bene vncta parte putant.* Notus enim eſt vnguentorum vſus apud lautiores. Indicatur igitur, eum omnem fere aetatem conuiuando tranſegiſſe. Etiam apud. *Hor.* 1. *ep.* 16, 23. *manus unctae* commemorantur.

malam parram pilauit] Ita *Mſ.* et *Burm.* nec male, ſi haec fuit formula prouerbialis. *Mala parra* eſt *parra infauſti ominis*; hoc ſenſu enim *mala auis* ſaepius occurrit. *Pilare* autem idem eſt, quod *depilare, detrahere pilos*, vt *Mart.* l. 10. *ep.* 48. *pilata cohors* dicitur; vel *deplumare*, vbi ſermo eſt de *auibus*. *Deplumare* autem *auem infelicis ominis*, poſſit eſſe, *infauſto omine vti.* Sed vere in vſu fuiſſe hanc loquendi formulam, non poteſt demonſtrari. Quis vero ſuſtineat, omnes plebeias rationes loquendi auctoritate fulcire? Hinc hac interpretatione acquieſco, donec lectio probabilior ſit prolata. *Scheffer: male parcum*, vel *male imparem pilauit*, i. e. *compilauit:* putat tamen, poſſe fortaſſe legi: *malam parum pilauit*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr.* i. e. ex eius interpretatione, *parum ſuſtinuit* (quaſi pilis ſuſtentauit) *erectum vultum. Reineſ. male porro ambula-*

ſed recorrexit coſtas illius prima vindemia; vendidit
enim vinum, quantum ipſe voluit: et, quod illius
mentum ſuſtulit, haereditatem accepit, ex qua plus
inuolauit, quam illi relictum eſt. Et ille ſtips, 5
dum fratri ſuo iraſcitur, neſcio, cui terrae filio, patri-
monium elegauit. Longe fugit, quiſquis ſuos fugit.
Habuit autem oracularios ſeruos, qui illum peſſum 6
dederunt. Nunquam autem recte faciet, qui cito cre-
dit; vtique homo negotians: tamen verum, quod
fruni-

*bulauit*, vti c. 38, 12. *male vacillauit*. *Schefferus* alibi mauult *At inter* legere, atque haec habere pro verbis obiicientis, et velut refutantis praecedentia, niſi quis rectius exiſtimet: *At initio male portam pilauit*. *Burm.* dubitauit aliquando, an poſſet legi: *malam barram pilauit*, vt vxorem eius ita appellet per iocum, a *barro*, quem elephantum ſignificare, cenſent ad *Hor. Epod.* 12. *mulier nigris digniſſima barris*. *Reisk.* edidit, *malum paſſum ambulauit*.

recorrexit coſtas] i. e. *erexit coſtas*, quaſi inclinatas ſub paupertatis onere: alia iam metaphora vtitur, vti ſolent plebeii. *Goeſ.* mauult *retro erexit coxas*.

quantum] Ita *Mſ.* et *Ed. Burm. Nod. al. Schefferus, quanti tum*. *Burm.* putat, vti *Quinct. declam.* 12, 21. *vendidit, quantum voluit, et quanti voluit*, reperitur, etiam hic legi poſſe: *quantum et quanti voluit*; ſed hic inprimis copia vini videtur exprimi per *quantum*.

§. 5. ſtips] Ita *Mſ. Burm.* et *Nod.* ſed dicitur pro *ſtipes*, vt *ſeps* pro *ſepes* dictum eſt a *Cicerone*, *Auſonio* auctore: ſed *Tilebom.* mauult *ſtipes*, ſtultus, fatuus. Intelligitur frater *Chryſanthi*.

elegauit] ita *Mſ.* et *Burm.* Sed *Nod.* cum *Hadr. legauit*.

longe fugit] *Mſ. fuit*. Sed vti poſtea *fugit* etiam in *Mſ.* exhibetur, ita et hic *fugit* legendum eſſe, contextus docet; itaque ſic recte ediderunt.

§. 6. oracularios] Ita *Mſ.* idque ſeruaui, quia admittit ſenſum, contextui ſatis aptum. Non quidem putem, ſic dici ſeruos, qui *oracula* fundant, qualis ſerua deſcribitur *Act. Apoſtol.* 16, 16. Sed tropice, putem, dici ſeruos, quorum conſilia et dicta ipſi tam prudentia et vera viderentur, quaſi *Apollinis oracula*; cui interpretationi fauent ſequentia: *nunquam recte faciet, qui cito credit*. *Scheffer* malebat: *orcularios*: ab *orca*, vaſe vinario praegrandi, dictos; i. e. curatores vaſorum iſtorum. *Reineſ. oricularios*, vti edidit *Burm.* et *Hadr.* vel *auricularios*, vti habet *Nod.* i. e. *auſcultatores*, *emiſſarios*, per quos cognoſceret occulta, quae vellet. *Reiskius* edidit *otacuſtarios*, i. e. *ὠτακουστάς*.

illum] ſcil. *Chryſanthum*.

Numquam — credit] Haec leguntur etiam in *Edd.* antiquis c. 82, 6. Sed in iis pro *Nunquam* eſt *Nequaquam*.

qui cito] *Goeſ.* mauult, *qui his cito*.

7 frunitus eſt, quamdiu vixit, cui datum eſt, non cui deſtinatum. Plane Fortunae filius, in manu illius plumbum aurum fiebat. Facile eſt autem, vbi omnia quadrata currunt. Et quot putas illum annos ſecum tuliſſe? ſeptuaginta, et ſupra; ſed corneolus fuit, ae-
8 tatem bene ferebat, niger, tanquam coruus. Noueram hominem olim molliorem, et adhuc ſalax erat; non, me-Hercules! illum puto in domo canem reliquiſſe. Imo etiam puellarius erat; omnis Mineruae homo: nec improbo: hoc enim ſolum ſecum tulit.

CAP.

tamen verum — deſtinatum.] *Schefferus* totum locum ita diſtinguit: *Tamen verum (quod frunitus eſt, quam diu vixit) cui datum eſt* etc. *Munkerus* malebat: *cui datum eſt, datum eſt.* *Goeſ.* tentabat reſcribere: *verum tamen, quod frunitus eſt, quam diu vixit, quod ei datum eſt, non cui deſtinatum.* Sed locus ſanus eſt, ſi eum *Dauiſio* ad *Cic.* 2. *Acad. Quaeſt.* 6. *verum* ſumamus dici pro *iuſtum:* iuſtum erat, eum *patrimonio* frui, (*fruniſci* enim veteres pro *frui* dicebant, vt teſtatur *Feſtus*) *quam diu vixit, cui datum eſt, non, cui deſtinatum* per teſtamentum aut alio modo.

§. 7. aurum fiebat] forte alluditur ad fabulam de *Mida*,

vbi] *Heinſ.* mauult *cui.*

et quot] *Mſ.* et *Burm. et quod.* *Sed quot* legendum eſſe, contextus docet. Ita *Nod. Hadr.* et *Reisk.* ediderunt.

Septuaginta] *Reiskius* putat, hoc verbum dicere alium. Sed *Phileron* addere *et ſupra.*

§. 8. molliorem] Hoc ex lect. *Mſ. oliorum* efficere, non dubitaui, quia ob praecedens voc. in *m* exiens, facile potuit *m* primum huius vocabuli excidere. *Mollis* vero dicitur *effeminatus.* Nam *Sueton. Calig.* c. 56. *molles et effeminati* iunguntur et *Quinct.* 5. 9. *mollis et parum vir.* c. 23, 3. *Petron.* cinaedos *molles* dicit. Ergo dicitur quidem olim laſcivior fuiſſe: addit vero: *et adhuc*, ſcil. ſenex, *ſalax erat;* hinc quam laſciuus iuuenis fuerit, colligere licet. *Tilebom.* coniicit *fullonem*, aut *libidinoſum*, aut *otioſum.* *Schefferus* olim per compendium ſcribendi ſcriptum fuiſſe putat *moliarum*, i. e. *molierarium*, vel *mulierarium.* *Heinſ. mulieroſum.* *Nod.* cum *Hadr.* edidit, *olearium.* *Reisk. molitorem.* *Burm.* dicit, ſe hic nihil intelligere; credit vero, *olim* eſſe *iam dudum*, atque hoc dicere voluiſſe *Petron. iam dudum fuiſſe defectum aetate et viribus, et tamen adhuc ſalacem eſſe.*

canem] *Goeſ.* putat addendum eſſe *intactam.* Certe intelligentum eſt tale quid.

puellarius] Ita *Mſ.* *Tilebom.* quaerit, vtrum legendum *puellaris*, an *puerarius?* Sed etiam *puellarius* poteſt dici turpis puerorum amator, qui etiam *puelli* dicebantur, teſte *Sueton. Calig.* 8.

Mineruae homo] Haec appellatio prouerbialis vulgo tribuitur homini

## CAP XLIV.

*Ganymedes de ſiccitate et annonae caritate queritur, eiusque cauſſam in aedilium auaritia et hominum impietate poſitam eſſe, ait.*

(Encolp.) Haec Phileros dixit; iſta Ganymedes: (Ganymedes) Narratis, quod nec ad coelum, nec ad terram pertinet; cum interim nemo curat, quid annonam mordet. Non, me Hercules! hodie buccam 2
panis inuenire potui. Et quomodo? ſiccitas perſeverat: iam annum eſurio fui. Aediles (male eueniat!) qui

homini variarum artium perito. Sed hic ambiguitatem captaſſe videtur *Petron.* in voc. *omnis Mineruae*, quaſi *omnis virginis.*

C. XLIV. §. 1. dixit] *Heinſio* ex *gloſſa* irrepſiſſe videtur, quia elegantius abeſſet.

narratis] *Mſ. narrat, is.* Sed non tantum de *Philero*, ſed etiam de *Seleuco Ganymedes* agit.

pertinet] i. e. *aliena, inutilia.*

annonam mordet] *Mſ. annona.* Sed requiritur *accuſ.* adeoque *m* excidiſſe videtur ob ſequens *m.* Recte ſic *Burm. Mordet*, quod pro *mordeat* dicitur in ſermone plebeio, eſt idem, quod *minuit, conſumit. Hor.* l. 1. *ep.* 8. *quia oleam momorderit aeſtus.* Garruli hominis mores hic bene expreſſos eſſe, patebit conferenti *Theophraſtum* περὶ ἀδολεσχίας. Etiam *Ter. Andr.* 4, 5, 6. *Dauum* inducit, ſimili ſermone vtentem: — *quid turbae eſt apud forum? quid illic hominum litigant? tum annona cara eſt. Scheffer.* mavult *artet*, vel *arctet*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr. Heinſ. curat, inquit, annonam ordei* vel *hordei.*

§. 2. buccam] *Mſ. bucam. Bucca* etiam apud *Mart.* 7. *ep.* 19. ſic dicitur: *Buccis placentae ſordidam linit mappam. Schefferus* mauult *buceam.*

Et quomodo?] ſcil. inuenire potuiſſem?

eſurio fui] *Mſ.* et *Burm. fuit.* Sed *fuit* quo referatur, non apparet; hinc *Nodotius* auctoritate *Ed. Patauin. Pariſienſis* et *Hadr.* illud deleuit. Poſſit tamen ſeruari, ſi quis *eſuries fuit* legere malit. Malui autem cum *Scheffero*, *fui legere. Eſurio* vero eſt vocabulum comicum ex *Plaut. Perſ.* 1, 3, 23. notum, vbi dicitur pro *eſuriente. Reiskius* edidit *fui!* quod pro interiectione deteſtantis habet, vti *phui* vel *phy* apud *Plautum*: hinc edidit. *Heinſ.* mauult *futiles aediles. Goeſ. Puduit aediles! Burm.* coniicit, interiectionem aliquam latere in *fuit*, v. c. hanc: *hui aediles!* vel *hei*: vel, quod illi magis placet, *hu hu*, graec. ὖ ὖ, quae eſt olſacientis particula, qua putat indicare naſutum, ſe iam olfeciſſe veram cauſſam. Exiſtimat, etiam *fy, fy* legi poſſe, a graeco Φυ, pro quo *Fue* dixit *Plaut. Moſtell.* 1, 1, 37.

aediles] Ita *Mſ. Nod.* vero cum *Hadr.* edidit *aedilibus. Heinſ.* putat, cum *male eueniat* hoc voc. conſtruendum per *ſoloeciſmum*, plebeio homini condonandum. Sed *Burm.* arbitratur, poſt hoc vocabulum abrumpi ſermonem, ne malum ſibi arceſſeret *Ganymedes*:

qui cum piſtoribus colludunt: ſerua me, ſeruabo te.
Itaque populus minutus laborat; nam iſti maiores
4 maxillae ſemper Saturnalia agunt. O ſi habere-
mus illos leones, quos ego hic inueni, cum pri-
5 mum ex Aſia veni! Illud erat viuere. Similia
Siciliae interioris; et laruas ſic iſtos percolapabant,
vt

*medes:* iungitque: *male euenidt, qui*, i. e. *iis*, *qui* per ellipſin, ne optimis quidem ſcriptoribus infrequentem, vt docet *Gronov.* ad *Liv.* l. 23. c. 15. et l. 24. c. 38. Sed equidem malim ellipſin ſtatuere poſt *colludunt:* ſcil. hanc — *aediles* — *qui colludunt, dicunt: ſerua me.*

§. 3. iſti] *Nodot. iſtae,* quod dubitans propoſuit *Schefferus*, qui tamen opinatus eſt, *iſti*, quia *aediles*, maxillas potiſſimum exercentes, ridiculi cauſſa ſic dicantur, poſſe ferri per ſyneſin, qualis eſt in iſto *Liuii: capita coniurationis virgis caeſi.*

Saturnalia] i. e. *laute et opipare coenant*, quod fiebat in feſto *Saturnalium.*

§. 5. Siciliae interioris] *Mſ.* et *Ed. Burm. Sicilia interiores*, vitioſe! hinc equidem dedi *Goeſii* emendationem, quia ad literas textus proxime accedit, et ſenſum commodiſſimum exhibet; ſcil. intelligendo addendum eſt: *omnia erant ſimilia Siciliae interioris:* i. e. tanta frumenti abundantia nobis eſt reddita, quanta eſt in *Sicilia interiore*, quae eſt fertilior, quam regio maritima. At ſi cui ellipſis iſta paullo durior videatur: is fortaiſe ſic poſſit diſtinguere: *Illud erat viuere ſimilia Siciliae interioris:* atque ſumere, hunc eſſe graeciſmum, per quem *ſimilia* eodem ſenſu dicatur, quo ἴσα pro *aeque ac:* quod eo facilius poſſit concedi, quia *viuere* interdum cum *accuſatiuo* conſtruitur, v. c. *viuere vitam duram. Viuere ſimilia Siciliae* eſſet, eadem, qua *Sicilia*, frumenti copia atque victus abundantia frui. Graeciſmos hominibus *Semi - Graecis* condonandos eſſe, docent ipſa verba graeca, quae paſſim immiſcentur. *Tileb.* partim ex verbis, partim ex ſerie orationis ſenſum, neſcio quem, ita elicit: *Similes Sicilia interiores laruas, ſic perdeſpuebant. Schefferus* hunc locum ſic conſtituit: *Similia Sicilia interior*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr.* ſcil. *pertulit. Reiskius* edidit: *Similia in Sicilia*, ſcil. *fiebant;* ex *interiores* autem efficit *Terrores*, et intelligit illos ciues, qui ſibi ſumunt, ceteros ciues ſua ex auctoritate vexare, terrere, expilare, opprimere. *Terrores* enim ſunt *ſpectra*, quae δάιματα dicuntur a *Graecis.*

iſtos] ita *Mſ.* Sed *Schefferus* et *Nod. iſtas.* Poteſt vero *iſtos* eodem iure, quo paullo ante *iſti* defendi, nam *laruae* vel *ſpectra* ſunt h. l. *aediles*, quia colludendo cum piſtoribus terrebant plebem metu, ne fame eſſet pereundum. Sed vanum fuiſſe hunc metum, poſtea intellectum eſt, cum de iis populus conquereretur, atque eos ad poenas depoſceret.

percolapabant] *Mſ.* et *Burm. percolopabant.* Videtur ductum ab κολάπτω; hinc *Reiskius* dedit *percolaptabant*, vel a vetuſto κολάπω,

vt illis Iupiter iratus eſſet. Sed memini Safinium; 6
tunc habitabat ad arcum veterem, me puero, piper,
non homo. Is, quacumque ibat, terram adurebat; 7
ſed rectus, ſed certus, amicus amico, cum quo au-
dacter poſſes in tenebris micare. In curia autem 8
quomodo? ſingulos vel pilo pertractabat: nec ſchemas
loque-

λάπω, quod propius ad literas textus, accedit, vnde *colaphus* ducitur. Significat vero proprie *cauare*, deinde *tundere*, *ferire*: ergo tam male eos tractabant, *vt illis Iupiter iratus eſſet*, i. e. *vt ſentirent poenas*. Haec formula imprecationi inſeruiebat, quod et noſter docet c. 58, 2. *curabo, iam tibi Iouis iratus ſit*. Neque eſt, quod quis offendatur voce hibrida, cum loquatur homo inter *ſemi-Graecos*. *Schefferus*: *ſed laruas ſic iſtas perite aptabant*, (quod edidit *Nod.* cum *Hadr.*) *vt illis Iupiter iratus ſi eſſet*. *Heinſ. vt laruas*, *ſic iſtos percolaphabant*, a *colapho*; intelligit vero *laruas comicas*, quibus infractae alapae magnum ſonitum edebant. *Ed. Patauin.* habet *peridopabant*, forte a περιδουπεῖν, *circumſonare*. Sed *Hadrianides* mauult *percellebat*, aut tale quid.

vt illis] *Goeſ. vt ſi. Schefferus*: *Et ſi*.

§. 6. Sed] *Schefferus* putabat, hanc particulam abundare. Hinc ea omiſſa eſt in *Ed. Nod.* et *Hadr.* Ea vero requiritur, quia mores *Safinii* opponuntur *aedilium* moribus.

§. 8. quomodo?] ſcil. ſe gerebat?

vel pilo pertractabat] Ita ex coniectura reſcripſi, ne a literis *Mſ.* a *Burm.* ſeruatis, *vel pilabat tractabat*, in quibus nullus eſt ſenſus, nimis longe eſſet recedendum. *Pilo pertractare* idem eſt, quod *tundere in mortario*; quod tropice dicitur pro *duriter caſtigare*, vt *Prouerb.* 27, 22. ſimilis formula. *Schefferus*, *Vah! pilabat*, (quod putat idem eſſe, quod *caluare*, ſed tropice dici pro *acerbe et duriter aliquem tractare*) legit, et *tractabat*, vt gloſſema, eiicit. *Tilebom.* pro *tractabat* maluit *iactabat*. *Reineſ.* quem ſecuti ſunt *Nod.* et *Hadr.* *ſingulos*, *velut pilas tractabat*, i. e. *verſabat*, *vexabat*, *agebat*, *quoquo vellet*. *Heinſ.* hanc lectionem probat, putat vero poſſe etiam *iactabat* ſubſtitui; intelligit autem per *pilas* ſtramentitias hominum imagines, vel laneas. *Goeſ. quomodo ſingulos vellicabat!* deleto *tractabat*. *Burm.* ait: ſi quid mutandum eſſet, transponerem *vel*, — *quomodo vel ſingulos pilabat*, arbitratur autem, *tractare* hic venuſte dici, pro *illudere*, et *pro arbitrio blandis dictis et ſpe inani lactare*. *Reiskius*, vt alii, etiam *Boſchius*, *Reineſii* lectionem edidit.

ſchemas] *Mſ. ſcemas*, quia *h* quandoque omitti ſolet: vſitatius *ſchemata*. Sed etiam *Plaut.* in *Prol. Amph.* 117. dixit: *cum ſeruili ſchema*. Eodem modo *Sueton. Tiber.* c. 43. Eſt vero vt *Quinct.* l. 9. c. 2. docet, *ſchema id genus*, *in quo per quandam ſuſpicionem*, *quod non dicimus*, *accipi volumus*, *non vtique contrarium*, *vt in ironia*, *ſed aliud latens*, *et auditori quaſi inueniendum*.

9 loquebatur, ſed directum, cum ageret. Porro, in foro ſic illius vox creſcebat, tanquam tuba; nec ſudauit vnquam, nec exſpuit. Puto enim, neſcio,
10 quid aſiales habuiſſe. Et quam benignus? reſalutare, nomi-

directum] pro *dilectum Mſ.* et *Ed. Burm.* Ita *Reiskius* edidit, recte, vt mihi videtur, quia opponitur *ſchemis.* Sic *Cic. de Diuin.* 2, 61. *Quid opus eſt circuitione et amfractu potius, quam directo,* ſc. *ſermone. Heinſ. directim* mauult.

cum] *Schefferus: delectum ceu ageret,* quod edidit *Nod.* cum *Burm.* qui putat, ſic diſtinguendum: — *directim. Cum ageret porro in foro:* atque *Reiskius* etiam ſic interpunxit. Equidem malim *cum ageret* referre ad ſuperiora, quia hoc vocabulum de qualibet oratione, etiam de ea, quae in ſenatu habetur, poteſt dici: et *Porro Nodotio, Hadr.* et *Boſch.* recte videtur ordiri nouam periodum.

§. 9. nec ſudauit] quod mirum in tanta vocis contentione.

nec exſpuit] Nam *crebro exſpuere,* inter vitia oratoris refert *Quinct.* l. 11. c. 3.

enim] Ita *Mſ. Burm. Nod.* et *Hadr.* ex coniectura *Tilebomeni,* ediderunt *eum;* ſed haec mutatio non plane neceſſaria videtur, quia in *Petron.* ſaepe omittuntur pronomina, vt c. 14, 5. et 28, 3. *ſe* negligitur.

aſiales] Ita ex coniectura reſcripſi, quia eiusmodi quid contextus requirit, atque hoc vocabulum poteſt latere in *Mſ.* literis, quas *Burm.* in textu ſeruauit, *aſia dis.* Neque indigna eſt haec vox liberto, *graeca* admiſcente. Eſt nimirum voc. formatum a *σιαλὶς, ſputum,* vti *ἄχαρις* ab *χάρις.* Atque vti *ἄχαρις* apud *Suidam, malum atrox* dicitur, ita *ἀσιαλὲς* poteſt *ſputi inopiam* ſignificare. *Tilebom. puto eum, neſcio quid, in Aſia cum Dis h. Scheffer. n. q. daſi a dis h.* graec. *δασὺ,* quod putat de contentione ac vigore ſpiritus dici. Sed cum de oratoribus ſermo eſt, raucam vocem indicat, cui hic non eſt locus. *Reineſ.* et qui eum ſunt ſecuti, *Nod. Hadr.* et *al. n. q. Aſiatici h.* putatque vir doctus, hic reſpici ad *Perſarum* ſiccitatem, quam victu frugali, ſobrietate, et exercitiis conſecuti dicuntur. Sed tum *Perſicum* dicendum fuiſſet. *Aſiaticum* potius luxus notionem tum exhibebat: neque libertus adeo doctus fingendus eſt, qui ritus *Perſarum,* ex *Xenophonte* notos, reſpiciat; etenim tum ne *Perſae* quidem adeo ſobrii erant. *Heinſ. Puto enim,* (vel *eum,*) *neſcio quid Aſiades, habuiſſe,* pro *Aſiaticum. Goeſ. Puto enim, neſcio, quid, Aſiae a Dis habuiſſe. Burm.* coniicit forte *aſſi,* quaſi calidi quid, ei tribui. *Reiskius* edidit: *neſcio quid Aphrodiſium h.* (ſaltem *Aphrodiſii* ſcribere debuiſſet) i. e. *venuſtatis.* Sed haec coniectura neque cum ſuperioribus, neque cum literis *Mſ.* conuenit.

§. 10. benignus?] Ita recte diſtinguere videtur *Burm.* Nam *benignus reſalutare* eſſet conſtructio graeca, latinis poëtis quidem vſitata, ſed non ſermoni vulgari.

reſalutare] hic eſt *infin. hiſtoricus.*

nomina omnium reddere, tanquam vnus de nobis.
Itaque illo tempore annona pro luto erat. Aſſe pa- 11
nem, quem emiſſes, non potuiſſes cum altero deuorare;
nunc oculum bubulum vidi maiorem. Heu, Heu, 12
quotidie peius: haec Colonia retrouerſus creſcit, tan-
quam coda vituli! Sed quare non? habemus Aedi- 13
lem trium caunearum: qui ſibi mauult aſſem, quam
vitam noſtram. Itaque domi gaudet: plus in die
nummorum accipit, quam alter patrimonium habet. 14
Iam ſcio, vnde acceperit denarios mille aureos; ſed, ſi
nos coleos haberemus, non tantum ſibi placeret.
Nunc populus eſt, domi leones, foras vulpes.
Quod ad me attinet, iam pannos meos comedi, et, 15
ſi perſeuerat haec annona, caſulas meas vendam.
Quid

reddere] Qui populo commendari volebant, ſingulos nominatim appellabant ex *Ouidii* praecepto. l. 2. *Art. amat.* 253. *Nomine quemque ſuo — ſaluta.* Hoc nomine laudatur *Traianus. Plin. Paneg.* c. 15. et 23.

§. 10. vnus de nobis] vt *Cic. pro Mil.* c. 24. *ſe gladio percuſſum ab vno de illis*, et alibi. Vid. plura exempla *vett.* ſcriptorum in *Ed. Burm.* Mirum igitur, ex hac loquendi formula quosdam hoc fragmentum ſuſpectum reddere.

§. 11. bubulum] *Mſ. bublum.*

maiorem] ſcil. pane, quem aſſe emiſſes.

§. 12. peius:] Ita diſtinguendum cum *Burm.* tum nemini cum *Goeſ.* delendum videbitur. *Quotidie peius eſt*, vel *fit. Plaut. Muſtel.* 3, 2. 21. *peius poſt hac fore.*

coda] Ita *Mſ.* pro *cauda* per archaiſmum.

§. 13. quare non?] ſcil. retroverſus creſcat? Ita cum *Burm.* diſtinxi. *Tilebom. ſed quare nos habemus.* Etiam *Reineſ. nos* legit; nec non *Nod.* et *Hadr.* qui tamen poſt *quare?* interpungunt. *Schefferus* ſic: *ſed quare? Non habemus aedilem trium caunearum:*, iungit: *Non trium caunearum. Homo* vero *trium caneanum* eſt *homo nullius pretii. Cauneae* nimirum ſunt *caricae* vel *ficus;* vid. *Colum.* fin. lib. 10. *Plaut. Poenul.* 2, 1, 17. *hominem triobol:* dicit.

caunearum] *Mſ. cauniarum. Tilebom.* coniicit: *Ciuium Cauniorum*, qui *Cariae* incolae vitam vel exiguae mercedi, aut lucello poſthabebant: ſed vid. *not. ſup.*

§. 14. coleos haberemus] i. e. *ſi quid virilis animi in nobis eſſet;* ratio loquendi prouerbialis, plebi frequens. vid. *Ariſtoph. Lyſiſtr.* 662. *ὅστις γ' ἐνόρχης ἔστ' ἀνήρ.*

vulpes] prouerbium graec. cuius meminit *Plut.* in *Sylla*: *οἴκοι λέοντες, ἐν ὑπαίθρῳ δ' ἀλώπεκες.* Sunt vero *vulpes* ſymbolum timiditatis.

16 Quid enim futurum eſt, ſi nec Dii, nec Homines, eius coloniae miſerentur? Ita meos fruniſcar, vt ego puto
17 omnia illa Aedilibus fieri. Nemo enim coelum coelum putat, nemo ieiunium ſeruat, nemo Iouem pili facit; ſed omnes, opertis oculis, bona ſua com-
18 putant. Antea ſtolatae ibant, nudis pedibus, in cliuum, paſſis capillis, mentibus puris, et Iouem aquam exora-

§. 16. eius] *Scheſſerus* mauult *huius:* quod edidit *Nod.*

fieri] Ita recte ex *fleri Mſ.* effecit *Tilebom.* atque ſic edidit *Burm.* *Fieri* vero *aedilibus* omnia dicuntur, quia *fieri* interdum ſignificat *comparari, parari*, cum dicitur de pecunia: vid. *Donat.* ad *Phorm.* 1, 1. vbi *pecunia, ad Hiſpanienſe bellum facta.* a *Salluſtio* hoc ſenſu dicta, commemoratur. Eodem ſenſu *Demoſthenes* dixit ποιῶ σοὶ ἀργύριον. *Scheſſerus: a caelitibus fieri*, vel quod magis illi poſtea arriſit, *a ditibus. Nodotius* edidit *coelitus:* attamen in quibusdam eius *Edd.* legitur *coelitibus. Heinſ. aedilibus deberi. Burm.* putat, *aedilibus fieri* dici, pro *ab aedilibus ferri;* mauult tamen, *aedilibus fieri.* Sed *fieri* eundem ſenſum admittit. Omnia, vel omnis pecunia, quae redit ex iis, quae emunt pauperes, *conficitur aedilibus*, qui diteſcunt hac annonae caritate, colludentes cum piſtoribus.

§. 17. coelum coelum putat] i. e. *domicilium deorum:* vel *deum deum putat*, vt *Barth coelum* intelligit ad *Statii Thebaid.* 1. 650. *Mſ. Trag.* recte *coelum* bis poſuit. Sed in fine c. 82, 7. in *Edd. vett.* ex aliis *Codd.* legitur: *Nemo coelum putat.*

ieiunium] Ita *Cod. Trag. Mſ. Benedictinum vetus Floriacenſe* et *Mſ. Tornaeſ.* Hanc lect. videtur firmare *Tertull.* in libello *de ieiunio* c. 15. vbi dicit: *cum ſtupet coelum, et aret annus, nudipedalia denunciantur — Iudaicum certe ieiunium vbique celebratur.* Sed in *Edd. vett.* auctoritate aliorum *Codd.* legitur: *Nemo iusiurandum ſeruat;* quam lectionem *Burm.* putat praeferendam, quia de *ieiunio Romanorum ſacro* nihil certi poteſt tradi; opinatur igitur cum *Puteano, ieiunium* a monacho profectum.

pili] Ita *Cod. Trag.* vt *Catullus: Non faciunt pili cohortem. Edd. vett.* l. c. ex *Codd.* aliis exhibent: *nemo Iouem pluris facit;* quod putant, addito geſtu, intelligendum. Sed lectio *C. Trag.* melior eſt.

ſed omnes — computant] haec, vt in *C. Trag.* ita in *vulgatis Edd.* c. 82. ex aliis *Codd.* leguntur.

opertis oculis] i. e. *nihil curantes*, nec deos, nec homines reſpicientes, ſollicite reditus ſuos et vectigalia articulis computant, vt videant, quid lucri fecerint. Temere *Goeſ.* coniicit *confutant. Omnes* vero ſunt *aediles* et alii, qui lucrum ex annonae caritate capiunt, quorum magnam eſſe multitudinem, hoc voc. indicat.

§. 18. nudis pedibus in cliuum] *Tertull.* in *Apologetico: cum annus in cura eſt, — aquilitia Ioui immolatis, Nudipedalia populo denuntiatis, coelum apud Capito-*

exorabant; itaque ſtatim vrceatim pluebat, aut tunc, aut nunquam: et omnes ridebant, vdi, tanquam mures. Itaque Dii pedes lanatos habent, quia nos religioſi non ſumus. Agri iacent.

## CAP. XLV.

*Echion quemque patria ſua contentum eſſe iubet; praedicatque munus, quod daturus erat Titus. Obiter carpit Glyconem, qui diſpenſatorem propter adulterium, cum ſua vxore commiſſum, ad beſtias dederat. Mammeam laudat, epulum daturum; Norbanum vituperat, qui in munere gladiatores viliſſimos commiſerat.*

(Echion.) Oro te, inquit Echion Centonarius, melius loquere. Modo ſic, modo ſic, inquit Ru- 2
ſticus;

*lium quaeritis.* Ergo et hic clivus *Capitolinus* eſt intelligendus.

pluebat] *Mſ.* et *Burm. plouebat.* Quia veteres dicebant *plouo* vel *pluuo.* Sic in *Plaut. Prolog. Menaechm.* 63. *multum plouerat.*

vdi] *Mſ.* et *Ed. Burm. pr. vt dii:* quod nullum ſenſum admittit, atque etiam moleſtum eſt, quia ſequitur: *Itaque diis:* hinc praetuli coniecturam *Trilleri, vdi,* vnde facile *vt Dî* potuit oriri. Eodem, quo *Trill.* tempore *Reiskius* edidit *vuidi*, ſenſu eodem, ſed prius propius ad literas textus accedit. Vtraque tamen lectio contextui eſt ſatis apta. Exprimitur enim eleganter celeritas et copia pluuiae ortae: *omnes*, qui ſub dio erant, *ridebant*, laeti, *vdi tanquam mures:* noſtri dicunt: *naſs, wie eine gebadete Maus. Goeſ.* totum locum ita conſtituit: *plouebat, et omnes rodebant auidi, tanquam mures.* (Haec etiam *Heinſ.* ſic emendat.) *At tunc, nunc nunquam. Itaque. Schefferus* ita: *plouebat. At nunc, aut nunquam, ita omnes ridebantur dii, tanquam mures. Nod.* cum *Hadrianide*, edidit: *Nunc dii, tanquam mures. Burm.* legendum putat: *et omnes videbant;* nimirum, deos iſtis precibus moueri. *At ii, tanquam mures,* (ſcil. *aediles*) *omnia arrodunt.*

lanatos] Ita *Mſ.* Praue *Ed. Patav. lauatos. Lanati pedes* ſunt quaſi *conſtricti laneo vinculo;* quo nos adiuuare impediuntur, donec in ſacris *pedes* eorum ſoluantur, i. e. donec cultu noſtro exorentur. *Macrob.* l. 1. *Sat.* c. 5. *Saturnum Apollodorus alligari, ait, per annum laneo vinculo, et ſolui ad diem, ſibi feſtum — atque inde prouerbium ductum: deos laneos pedes habere.* Prouerbium hoc integrum refert *Porphyr.* ad *Hor.* 3. *Od.* 2. *Dii irati pedes habent lanatos.*

quia] *Nod.* edidit, *et quia nos.*

C. XLV. §. 1. Centonarius] Ita *Mſ. Schefferus* legit, et *Nod.* cum *Hadr.* edidit: *Centenarius*, qui, vti *ducenarii Sueton. Claud.* c. 24. a cenſu ducentorum, a cenſu centum ſeſtertiorum, dictus videri poſſit. Quia vero hic homines plebeii loquentes introducuntur, *centonarius* videtur vera lectio: vid. *Indicem.*

§. 2. Modo ſic, modo ſic] his verbis, quibus inconſtantia rerum

ſticus; (varium porcum perdiderat.) Quod hodie
3 non eſt, cras erit: ſic vita truditur. Non, me Hercules! patria melior dici poſſet, ſi homines haberet; ſed laborat hoc tempore; nec haec ſua: non debe-
4 mus delicati eſſe: vbique medius coelus eſt. Tu, ſi aliubi fueris, dices, hic porcos coctos ambulare. Et ecce habituri ſumus munus excellente in triduo, die
5 feſta, familia non laniſtitia, ſed plurimi liberti. Et Titus noſter magnum animum habet, et eſt calidi cerebri, aut

rum humanarum indicatur, ruſticus quidam, qui porcum perdiderat, ſe conſolatus erat. Hinc in prouerbium abiiſſe videntur.

Quod hodie — truditur] haec verba eodem modo leguntur in *Edd. vett.* ex aliis *Codd.* expreſſis l. c. §. 8.

§. 3. poſſet] Ita ex coniectura *Hadr.* quem ſecuti ſunt *Nod.* et *Cruſ.* pro *Mſc.* et *Burm.* *poteſt* reſtitui, quia eiusmodi idiotiſmos plebeios non poſſe ferri in dialogis, indicio ſunt *Comici.*

homines] viros, quos dixerat *leones.* c. 44, 4.

haberet] *Cruſ. aleret.*

laborat] quaſi robore virili, i. e. ciuibus fortibus deſtituta, *languet.*

nec haec ſua] ſcil. eſt i. e. *non eſt, qualis olim fuerat. Heinſ. nec eſt ſua*, eodem ſenſu. *Schefferus: nec hoc ſua culpa:* alibi tamen lect. *Mſ.* ita explicat: nec haec ſunt propria regionis huius, ſed potius morbi, quo nunc laborat. *Burm.* qui lect. *Mſ.* ſeruauit, coniicit: *nec hoc diu.* Sed *Reiskius* edidit: *nec haec ſola. Cruſius* totum locum ita conſtituit: *Sed laborat haec temporum, non labe ſua.*

Vbique medius coelus eſt] Non longius extat ab vlla regione coelum, vel deus. i. e. *vbique felix eſſe poteſ.*

§. 4. aliubi] Ita *Burm.* recte. *Mſ. alicubi. Cruſ. alibi.*

dices] Ita *Mſ.* recte, nam dicit: *ſi tu in alia regione vixeris, tu dices, hanc noſtram eſſe longe feliciorem;* quod formula prouerbiali, plebeio digna, exprimit. *Heinſ. diceres. Cruſ. diſces.*

excellente] Hanc lect. *Mſ.* et *Burm.* ſeruaui, quia haec eſt *generis neutr.* forma antiqua atque forte plebeia temporum poſteriorum. Quod quidem intelligitur ex Inſcriptione c. 19. lib. 1. *Flori*, ad quam *Dukerus* ſic: *Vett. Edd.* praeter primam habent *bellum Picente. Schefferus: excellens et inter duo*, i. e. *etſi darentur tantum duo, illud tamen excellens eſſet. Heinſ. excellenter.*

in triduo] pro *Mſ. inter duo* cum *Heinſ.* edidi: quia hoc proxime accedit ad literas *Mſ.* et *Cic.* quoque *Verr.* 2. 142. dixit: *non id aget, vt iſta pecunia in quinquennio conſumatur. Burm.* putat, poſſe legi *interdiu*, vt meridianus ludus intelligatur; vel *inter duo dies. Feſta familia* etc. pro *Feſta* tamen putat, aliud quid fuiſſe in *Mſ. Nodotius* edidit: *inter dies feſtos*, neſcio, vnde? Nam *Hadr.* edidit: *excellens inter duo die feſta. Reisk. impendio.*

plurimi] Ita *Mſ.* et *Burm. Goeſ.* mauult *primuli*, vel *primulum.*

§. 5. calidi cerebri] Sic ex *Mſc.*

aut hoc, aut illud erit: notus vtique: nam illi domeſticus ſum. 6 Non eſt miſcix: ferrum optimum daturus eſt, ſine fuga; carnarium in medio, vt amphithea-

*Mſ. caldicerebrius*, reſcripſi cum *Scheffero;* videtur nimirum *us* ex linea ſequente irrepſiſſe. Olim quidem *Schefferus* putabat, *caldior*, *ebrius*, vti *Nod.* cum *Hadr.* edidit, legendum; ſed *ebrius* ab hoc loco alienum eſt. *Reineſ.* malebat *caldicor*, vel *caldicors*, θερμοκάρδιος. *Goeſ. caldicerebrius* contra analogiam linguae; putat etiam ſcribi poſſe, *caldi egregius*, atque per *caldum* dicit, *totum conuiuium* indicari; contorte! *Reiskius* edidit *calidus cerebri. Burm.* lect. *Mſ.* ſeruauit.

aut hoc, aut illud erit] hoc eſt cerebroſi huius effatum conſtans, cum aliquid parat: *aut hoc*, i. e. *aut tam magnificum* munus parabo, *aut illud*, i. e. *aut plane nullum* dabo.

notus vtique] *Mſ. quod;* ſed *quod* non ſenſum admittit. Hinc *Schefferus* arbitratus eſt, aliquid abeſſe. Equidem ſuſpicor, olim *gnotus*, vti veteres ſcribebant, ſcriptum fuiſſe, poſtea, ſyllaba *us* ad *calidi cerebri* translata, *gnot* remanſiſſe: atque hinc *quod* ortum eſſe; *notus vtique*, ſcil. *mihi eſt:* tales enim ellipſes amat vita communis. *Heinſ.* malebat *quid* pro *aliquid. Reiskius* edidit *noui.*

§. 6. miſcix] ita reſtitui ex *Mſ. mixcix*, eo impunius, quia hic librarius ſaepius *x* cum *ſ* commutat. *Miſcix* vero, ab *miſceo*, vt *appendix* ab *appendeo* formatum, idem ſignificare videtur, quod *miſcellio*, auctore *Feſto*, i. e. *hominem inconſtantis et varii iudicii.* Dicitur ergo *conſtans* in conſiliis ſuis exequendis. *Tilebom. micarius. Scheff.* dubitat, vtrum *mittix*, (facilis ad mittendos gladiatores) an *mixias*, quod apud graecos idem eſt, quod *miſcens;* an *comixius*, i. e. *garrulus*, vel *nugator*, legendum ſit? *Reineſ.* putat, deſcribi *inſociabilem*, ἄμικτον, mavult vero, *mixtilis*, vel *miſcus*, i. e. *miſcuus*, κοινός, *popularis. Munkerus: non eſt cimbix*, quod edidit *Reiskius*, cum *Burm.* et *Nod.* lect. *Mſ.* expreſſerint; etſi in quibusdam *Edd. Nod. mittix* exhibetur. *Heinſ.* coniicit, *cimex. Burm.* mauult *Myxus*, i. e. *non eſt de glorioſis*, ratus, alludi ad graecorum prouerbium, Βαβαὶ Μύξος; *Myxus* autem fuit *Dianae* ſacerdos *glorioſus.*

fuga] Ita pro *fuca Mſ.* legendum eſſe, conſentiunt viri docti; atque ſic ediderunt *Burm.* et *Nod.* i. e. *abſciſſa miſſione*, vti ait *Senec.* l. 4. *Controuerſ.* 29. *Hadr.* tamen edidit *ſine fuco.*

carnarium] *Heinſ. harenarium in medio, vt amphitheatrum videatur;* putatque, *arenarium* eſſe *locum*, gladiatoribus decertaturis praeparatum, eumque fuiſſe circumſeptum palis ligneis cratibusue, aut aliis ſepimentis, ne effugium daretur pugnaturis. *Burm.* nihil mutat, ſed capit de *machina;* quae, erecta in media arena, ſpeciem carnarii praebebat, in qua repoſita erat viſceratio, vel carnes, quas die muneris ſui plebi eſſet diuiſurus. Ita enim moris fuiſſe, vt lauti muneratores ſpectaculis epulas, panem, vinum, cruſtula, mulſum et ſimilia adiicerent, lapides teſtantur. Noua hac et inuſitata ſcena muni-

theatrum videat: et habet, vnde. Relictum eſt illi ſe-
ſtertium tricenties, (deceſſit illius pater.) Male vt qua-
dringenta impendat: non ſentiet patrimonium illius,
7 et ſempiterno nominabitur. Iam mannos aliquot
habet, et mulierem eſſedariam, et Diſpenſatorem
Glyconis, qui deprehenſus eſt, cum dominam ſuam
delectaretur. Videbis populi rixam inter zelotypos,
8 et Amaſiunculos. Glyco autem, Seſtertiarius
homo, Diſpenſatorem ad beſtias dedit. Hoc eſt, ſe
ipſum traducere. Quid ſeruus peccauit, qui coactus
eſt

nicipalis noſter populum delectabat. Dubitat tamen vir doctus, an non melius legatur: *vt amphitheatrum* (i. e. *ſpectatores* in *amphitheatro*) *rideat:* ſed ipſe fatetur, *videat* poſſe tolerari: ideo enim in medio fuit, vt omnes poſſent videre. Haec interpretatio adiuuatur contextu: ſequitur enim: *et habet, vnde.*

deceſſit] *Nod.* praemiſit *quum.* Sed ſi parentheſi haec includantur, particula non eſt opus.

Male] Ita *Burm.* cum *Scheffero* recte diſtinxit; putatque, *male* eſſe *damnoſe*, vt *male emere.* *Reisk.* edidit: *pater Maleius. Quadringenta:* et opinatur, nomen *Maleius* vel idem eſſe cum *Manlius*, Μάλιος, Μάλλιος, vel Μάλεος, vel *Maleius*, Μαλεῖος pro voce pure graeca habendum, et de homine *placido* capiendum. *Goeſ.* qui ordinem perturbatum putabat, totum locum ita conſtituit: *Deceſſit illius pater male, ſed habet, vnde. Relictum eſt illi ſeſtertium tricies. Vt quadringenta impendat, non ſentiet patrimonium illius.*

§. 7. mannos] Ita recte ediderunt *Burm.* et *Nod.* auctore *Reineſ.* pro *Mſ.* *manios:* quia hi equuli delicatis et lautis maxime appetebantur, vt patet ex *Hor. epiſt.* I. 7, 77. *Schefferus* dubitat, vtrum ſcribendum ſit *manias*, i. e. *laruas*, et *metaph. deformes;* an *nanos*, i. e. *pumiones*, quos *Statius* in *Domitiani ludis*, l. I. *ſylv.* 6. v. 61. commemorat. *Heinſ.* mauult *nanulos*, vel *naniolos*, vel *nanios*, ab νανίον, *pupus. Reisk.* edidit *auros* vel *vros*, putat etiam, *tauros* poſſe legi. Sed noſter adfectat, dare inuſitata: ergo producit *mannos*, et *mulierem eſſedariam*, i. e. *de eſſedo pugnaturam* praeter conſuetudinem, cuius eſſedo illos, vt mulieri melius conuenientes, iungeret.

diſpenſatorem Glyconis] ſcil. a domino ad beſtias datum, propter adulterium. Moechorum enim hanc poenam fuiſſe, patet ex *Philoſtr.* 4, 22.

delectaretur] Ita *Mſ.* etiam c. 64, 2. noſter: *nihil nos delectaris. Ed. Patav.* temere, *domina ſua delectaretur;* et *Nodot. dominam ſ. delectaret.*

Videbis] *Heinſ.* coniicit, *ridebis.* Videbis populi rixam inter zelotypos, qui fauebunt *Tito*, atque optabunt, vt pereat moechus in hac pugna; et inter amaſiunculos, qui fauebunt diſpenſatori, optabuntque, vt hic victor abeat. *Burm.* proponit: *ridebit populus.*

eſt facere? magis illa matella digna fuit, quam taurus iactaret. Sed qui aſinum non poteſt, ſtratum caedit. Quid autem Glycon putabat, Hermogenis filicem vn- 9
quam bonum exitum facturam? Ille miluo volanti poterat vngues reſecare. Colubra reſtem non parit. Glyco, Glyco dedit ſuum os: itaque, quamdiu vixerit,

§. 8. matella] Ita *Mſ.* Sic dicitur adultera, communis pluribus, per conuicium plebeium. Quare femina talis ſic dicatur, non obſcure indicat, *Ariſtoph. Pax.* v. 893. ἐνταῦθα γὰρ (monſtratur digito infimus venter *Theoriae* meretricis) πρὸ τȣ̃ πολέμȣ τὰ λάσανα τῇ βȣλῇ ποτ' ἦν.

taurus] ſcil. cornibus iactaret, pugnare iuſſam cum eo: hic nullam puto eſſe ambiguitatem.

qui aſinum — caedit] Prouerbium: qui in verum auctorem iram ſuam euomere non poteſt, in innocentem eam effundit.

§. 9. filicem] Ita *Mſ.* et *Burm.* quae lectio ſi eſt proba, *filix*, quae eſt proprie *herba vilis*, agris neglectis innaſcens, tropice dicitur pro *femina vili* et *perdita*, vti nos in vernacula eiusmodi feminam dicimus *ein Unkraut*: *filix* vero *Hermogenis* videtur eſſe *vxor perdita Glyconis*, filia *Hermogenis*, viri fortaſſe potentis in colonia, in qua non audebat *Glyco* iniuriam vindicare. *Ed. Patav. filiam*: ita et *Nod.* et *Reiskius* ediderunt.

Ille] ſcil. *Hermogenes*: cuius fallacia et aſtutia deſcribitur prouerbio ſequente, cuius vis haec eſt: *Eius tanta erat ars, vt, quae fieri poſſe non viderentur, tamen efficeret*; i. e. vt *Glyco* filiam ipſius peſſimam duceret, in adulterio deprehenſam pro innoxia haberet, omnemque iram ſuam in ſeruum effunderet. Ergo *vngues vulturis volantis*, vel irruentis in vxorem zelotypi *reſecuit*, vel eius furorem exarmauit.

reſtem] *Reineſ.* mauult *piſcem.* *Heinſ. preſtem*, πρῆστιν, quae latine *piſtrix*, vel *piſtris* dicitur, atque eſt *belua marina.* Haec emendatio valde mihi arridet. Poteſt tamen lectio *Mſ.* vtcunque defendi, quia *colubra*, temere iacens, *reſtis*, ſiue funis figuram referens, ignarum poteſt fallere: vnde plebeium prouerbium potuit oriri. Senſus eſt: *temere vero ſperat, fore, vt filia patris adeo improbi ad meliorem frugem redeat.*

ſuum os] Ita pro *Mſ. ſuas*, reſtitui ex coniectura *Trilleri*, qui in *Obſ.* multis exemplis probat, *os dare*, aut *praebere*, et graec. παρέχειν πρόσωπον, aut σῶμα, non ſolum eſſe, *faciem ſuam alaparum et ſputorum contumeliis obiicere*; ſed etiam interdum ſignificare, *aliorum ſannis et ludibrio ſeſe incaute exponere.* Vnum locum *Cic.* ad *Atticum* l. 1. *ep.* 15. adſcribo: *Auli autem filius quam ignauus, ac ſine animo miles! quam dignus, qui Palicano, ſicut facit, os ad male audiendum quotidie praebeat.* Hoc vero faciebat *Glyco*, cum, diſpenſatore ad beſtias dando, omnibus palam faceret, vxorem eſſe adulteram, ſe curru**c**am. *Schefferus* malebat *ſuos*: quod edidit *Nod.* cum *Hadr.* i. e. *diſpenſatorem*, quem ad beſtias, et *vxorem*, quam ad perpetuam apud omnes infamiam

rit, habebit ſtigmam, nec illam niſi Orcus delebit: ſed
10 ſibi quiſque peccat. Sed ſubolfacio, quod nobis epulum daturus eſt Mammea; binos denarios mihi, et meis. Quod ſi hoc fecerit, eripiat Norbano totum fauorem:
11 ſcias, oportet, plenis velis hunc vecturum. Et revera, quid ille nobis boni fecit? Dedit gladiatores ſeſtertiarios, iam decrepitos; quos ſi ſufflaſſes, cecidiſſent: iam meliores beſtiarios vidi. (Occidit et de lucerna equites: putares eos gallos gallinaceos.) Alter buttu-

miam dederat. Sed quis concedat duplicem hanc ellipſin? *Heinſ. Glyco exitio dedit. Goeſ. Glyconi Glycones edidit ſuas*, i. e. *peperit filias*, ſibi ſimillimas. *Burm. ſuas* ſeruauit, putatque *poenas* intelligendas, vel, *laedit ſuas*, ſcil. *filias*, eſſe legendum. *Reisk.* habet. *dedit dicas.*

ſtigmam] Ita *Mſ.* recte; vt c. 44, 8. *ſchemas. Ed. Patav. ſtigma.*

ſed ſibi] *Goeſ. ſed nec ſibi.* At hac clauſula finit narrationem, adeoque dicit: *ſed quid hoc ad nos? ſibi nocet peccando.*

§. 10. Mammea] Ita *Mſ.* Sed quia hoc plerumque eſt feminarum nomen, *Burm.* coniicit *Mamma*, vel *Mammas*, quod et *Mama* ſcribitur apud *Gruter.* 955. 5.

binos denarios] loco ſportularum vel apophoretorum. cf. c. 60, 4. et *Sueton. Calig.* c. 55.

eripiat] *Schefferus: eripiet.* Sed *eripiat*, pro *eripere poſſit*, dictum.

vecturum] *Mſ. vinciturum;* quod ſeruauit *Burm.* et *Heinſ.* putauit, per archaiſmum pro *victurum* poſitum: idem tamen olim exiſtimabat: *plenis velis hunc iturum*, quod habet *Nod.* ſcribendum eſſe. *Hadrianides* dedit: *vincturum*, aut *victurum*, Sed quia verba, *plenis velis*, cum verbo *nauigare* aut ſimili, coniungi ſolent: *vecturum* ex coniectura *Cruſii* reſtitui. Vti vero *aura*, ita et haec formula, a navigatione repetita, ad plauſum theatralem commode transfertur.

§. 11. quos] Quia *ſufflare* eſt *ſpiritum*, pleno ore conceptum, *efflare; Burm.* putat, *quos* pro *qui* eſſe poſitum: *qui cecidiſſent, ſi ſufflaſſes*, vt apud *Ter. Prolog. Andr. Populo vt placerent, quas feciſſet, fabulas* per graeciſmum. Negare tamen vix licet, *ſufflare* poſſe cum *accuſ.* conſtrui, cum *Plin.* l. 34. c. 8. *puer ſufflans languidos ignes*, etſi alio ſenſu, commemoretur.

beſtiarios] *Tilebom.* et *Reineſ.* quos ſecutus eſt *Nod.* legebant *buſtiarios*, qui ante ſepulchra virorum illuſtrium, placandis eorum manibus, dimicabant die inferiarum. Sed *Burm. beſtiarios* recte ſeruauit, quia homines, non valde periti artis gladiatoriae, cum beſtiis in arena congredi iuſſi videntur.

Occidit et — gallinaceos] haec, inſerto *et*, quod facile potuit excidere, cum *Scheffero* parentheſi incluſi; quia haec obiter adſperſit, in memoriam ipſi reuocata, cum vellet dicere: *eum gladiatores quidem viliſſimos dediſſe, ſed ad mortem vſque pugnare iuſſiſſe; quod non mirum poſſit videri*

buttubata, alter loripes: tertiarius mortuus pro mortuo, qui habuit neruia praeciſa. Vnus alicuius ſta- 12
turae fuit Thraex, qui et ipſe ad dictata pugnauit; ad ſummam, omnes poſtea ſecti ſunt, adeo de magna turba

*videri*, *cum etiam equites occidiſſ.t*, i. e. *occidi iuſſiſſet*, quos nimirum ſine miſſione pugnare coëgerat. Ita *Caligula* dicitur *interemiſſe quosdam*, *Sueton.* c. 26. quos *iuſſit occidi*. *De lucerna* ſignificat: *tempore*, *quo lucerna incenditur*, vt *de tertia vigilia* dicitur *Liv.* 9, c. 44. *de nocte*, *de die* ſaepius. Intelligendaque ſunt *nocturna* ſpectacula: certe tales ludos ſcenicos edidit *Caligula*, *Sueton.* c. 18. *Equites* vero vel ſunt *homines de ordine equeſtri*, qui ſub haec tempora, non ſolum ab imperatoribus pecunia et vi impulſi, in ludo et arena pugnabant; ſed etiam pleraque municipia et coloniae aemulabantur, corruptiſſimum quemque adoleſcentium pretio illicere, vt *Tac. Hiſt.* l. 2. c. 62. tradit; vel *equo congreſſi gladiatores*. Prius mihi magis placet. Si cui tamen improbabile ſit, in ludis priuatorum equites pugnaſſe, etſi equites corrupti, et mercede conducti, hoc feciſſe videntur; poſſit legi: *equidem putares* etc. *Reineſ.* mauult *addidit*, vel *addixit*, quod edidit *Nod.* vel *exhibuit de lucerna pedites* (*gladiatores* ſic dici, exiſtimat.) *Heinſ. occidit de filicernio equites*. *Goeſ. occidit luce cernua*, i. e. inclinata, *epidos*, (ab ἐπιδίδωμι, *inſuper do*) ſiue ſupernumerarios, praeter promiſſa paria exhibitos.

buttubata] Ita cum *Scheffero* reſcripſi pro *Mſ. burdabaſta*. Sunt vero *buttubatae*, auctore *Feſto*, *nugae* apud *Naeuium*; atque hoc vocabulum h. l. indicat *hominem leuem*, et *exoletum*; quo ſenſu etiam *Cic. nugas* dixit pro *Mil.* c. 21. et alibi. *Reineſ.* quem ſecutus eſt *Nod.* cum *Hadr.* coniecit, *gurdus atta*, i. e. *lentus*, qui primis plantis, vel etiam talis ambulat. *Heinſ. burdobatta*, vel *burdibatta*, i. e. *homo aridus*, qualis *batta*. *Burm.* edidit et defendit *burdibaſta*, i. e. *aſini ſtratum*, quia *baſta* pro *clitellis* dicitur, quae *burdis*, i. e. *aſinis*, imponebantur, vt docet *Du Cange*. Sed *Reiskius* putat, ſi hoc ſit, *burdobatas* aut *fortobaſtax* legendum: ipſe vero edidit *maſturbatus*. At in *Miſc. Lipſ.* indicat, poſſe fortaſſe in *burdubaſta* latere nomen *Phrygium*, aut *Cappadox*, aut *Syrum*. *Trillerus* mauult, *bardybadiſta*, (βαρδυβαδιστὴς) i. e. *tardigradus*, quod mihi etiam arridet.

tertiarius mortuus] i. e. qui alteri gladiatori, iam iugulato, ſuccedebat, *fere mortuus* erat, i. e. *infirmus* et *debilis*. *Nodotius*, neſcio, vnde, *ſemimortuus* edidit.

pro mortuo] *Tilebom. pro Marte.*

habuit] Ita recte, pro *Mſ.* et *Patav. habet*, edidit *Burm.* cum *Nod.* et *al.* quia *praeteritum* neceſſario requiritur.

neruia] *Schefferus* dubitabat, an *neruias* ſcribendum eſſet. Sed etiam *Varro* apud *Non.* 3, 149. habet *neruia* pro *neruos*.

§. 12. Thraex] Ita *Mſ.* et *Burm.* vti ſcribebant olim. Etiam *Feſtus* habet *Thraeces*. *Nod.* cum *Hadr.* et *al. Thrax.*

ſecti ſunt] Dubitat *Schefferus*,

13 turba ac hebete acceſſerant, plane fugae merae. Munus tamen, inquit, tibi dedi: et ego tibi plodo. Computa: et tibi plus do, quam accepi. Manus manum lauat.

## C A P. XLVI.

*Agamemnonem inuitat in villam, ei commendat diſcipulum, Cicaronem, eius doctores ipſumque deſcribit, literas laudat et artificia.*

Videris mihi, Agamemnon, dicere: Quid iſte argutat moleſtus? Quia tu, qui potes loquere, non loquis. Non

vtrum *ſecti* dicantur *vulnerati*, an *interfecti* ſit legendum? *Burm.* deliberat, 'an *ſecti* hic *caſtrati* dicantur:' mauult tamen legere *necti* pro *necati*. Sed nec *interfecti*, nec *vulnerati* ſunt in pugna, nam poſtea demum *ſecti* ſunt: i. e. *caeſi flagellis*, vti recte explicat *Reiskius*: iis enim *terga ſecari* ſaepius dicuntur.

ac hebete] *Mſ.* et *Burm.* *ad hebete.* Ego cum *Scheffero* et *Nod.* facio, et intelligo *turbam indocilem.* Etiam *Quinct.* 1, 1. iungit *hebetes* et *indociles.* Ergo hoc dicitur: hos gladiatores non eſſe ſelectos, ſed de magna, et adeo *hebete turba* ſumtos, vt nunquam diſcerent pugnare.

acceſſerant] pro *Mſ.* *acceperant*, cum *Scheffero* et *Nod.* edidi, quia *acceperant* non locum habet; poſſit tamen *acceperat* ſcribi, ſi *fugas meras* legere liceat. *Reineſ.* legit: *Athletae acceſſerant*, putatque *de* abundare. *Heinſ.* tentabat: *adeo de magna turba andabatae pauci erant.* *Trillerus* mauult, *de mangonica turba redhibita*, intelligitque *viliſſimos ſeruos*, ob corporis vitium *mangonibus* ab emtoribus redditos. *Reiskius* edidit: *de magna turba ephebi acceſſerant.*

plane fugae merae] i. e. qui nil, niſi *fugere poterant: fuga* hic pro *fugitiuis* dicitur per *Graecismum*, vti σόφισμα pro σοφιστὴς, πάλαισμα pro παλαιστὴς, et *ſcelus* pro *ſceleſto* apud *Plaut.* et *Ter.* vid. *Trilleri Obſ.* qui olim etiam malebat legere: *plani, fungi meri.* *Reiskius* edidit: *plani, fugae merae.*

tibi — accepi] prouerbium, quod et in *Anthologiae graecae* lib. 6. c. 14. *Epigr.* 3. et in *Hippocrate* l. 2. *de Diaeta* p. 232. et *Sen. ep.* 38. occurrit. Indicat, plauſu, in amphitheatro dato, ſatis penſatum eſſe munus *Norbani.*

lauat] prouerbium ab *Epicharmo*, vel *Menandro*, etiam a *Seneca*, *ludo de morte Claudii*, vſurpatum.

C. XLVI. §. 1. loquere, non loquis] *Schefferus* putat ſcribendum eſſe: *qui potes loqui*, *non loquere:* atque ſic edidit *Nod.* cum *Hadr.* Sed ego cum *Burm.* lect. *Mſ.* ſeruaui, niſi quod pro *loqui*, *loquis* poſui: quia *Echion* vtitur ſubinde *archaismo;* per quem licet *loquere* pro *loqui* dicere. *Ennius* enim *Ann.* 7. dicit: *Eloqueret, quae tincta malis, et quae bona dictu Euomeret.*

Non es noſtrae faſciae, et ideo pauperum verba deri-
des. Scimus, te prae literis fatuum eſſe. Quid 2
ergo eſt? Aliqua die te perſuadeam, vt ad villam ve-
nias, et videas caſulas noſtras; inueniemus, quod
manducemus: pullum, oua. Belle erit; etiamſi
omnia hoc anno tempeſtas diſpare palauit. Inuenie-
mus ergo, vnde ſaturi fiamus. Etiam tibi diſcipu- 3
lus creſcit Cicaro meus, iam quatuor partes dicit; ſi
vixerit

faſciae] *Schefferus* dubitat, an *farinae* ſit legendum? Sed *faſciae* poteſt ſeruari, quia ſignificat *noſtrae ſortis;* ſiue tropus ſit petitus ab *mercatorum faſciis,* quibus merces vnius generis inuoluunt; ſiue a *faſciis cruralibus*, aut alius membri, quas ditiores ex purpura et pretioſiore materia geſtabant; ſiue a *faſciis Circenſibus*, de quibus vide *Caſaub. de poëſ. Satyr. Ed. Cren.* p. 72.

pauperum] pro *Mſ. paupererum*, litteris *er* vitioſe repetitis. *Ed. Patav.* hinc effecit *pauperorum*, quod defendit et ſeruauit *Burm.* quia *Plautus* in *Vidularia*, *paupera* habuiſſe dicitur. *Schefferus* mauult *pauperiorum.*

prae literis] ſic dedi cum *Nod. Hadr.* et *al.* pro *Mſ. literas,* quod ſeruauit *Burm.* quia putat, *Echionem* ſoloeciſſantem introduci. Sed potius *archaismis* vtitur.

fatuum] putat *Schefferus*, ludi in ambiguitate vocabuli *fatuus,* quod et *eum* ſignificet, qui *poſſit fari*, et *ſtolidum.*

§. 2. te] Ita *Mſ. Tilebom.* mavult *tibi.* Sed etiam *Ennius* apud *Seruium* ita vſurpauit *perſuaſit.* Noſter etiam c. 62, 2. *perſuadeo hoſpitem. Perſuadeam*, pro *perſuadebo*, vel pro *licet mihi tibi perſuadere*, poſitum, plebem olere videtur *Burmanno.*

Belle erit] ſcil. *nobis.*

diſpare palauit] *Mſ.* et *Burm. pallauit.* Hinc fecerunt editores *Patauini* et *Pariſienſes*, *diſſipare parauit;* quod edidit quoque *Nod.* cum *Hadr. Heinſ.* vero legendum putat: *diſſiparit* vel *diſſipauit. Burm.* arbitratur, *Echionem* voluiſſe dicere *dispallauit:* ſed linguam aberrantem extuliſſe *diſpara — pallauit. Reiskius* dedit: *etiam autumnus hoc anno tempeſtus diſpare pullauit*, et exiſtimat, *diſpare* (a *diſparo*) eſſe idem, quod διαφερόντως, *excellenter; pullavit* vero pro *pullulauit* poſitum. Sed equidem *diſpare* refero ad *annum*, atque opinor, ſic dici *annum varium* et plane ſibi diſſimilem, in quo frigus ſummum ſequitur aeſtus vehementiſſimus; nec tamen habeo, quod contradicam, ſi quis malit *diſpar* legere, et hoc voc. ad tempeſtatem referre ſenſu eodem. *Palauit* vero puto *tranſitiue* dici, vti *diſpalare* dictum videtur, quia *Ammianus* 16, 22. *diſpalato terrore*, *paſſiue* dixit.

ergo] *Scheff.* coniicit *large* legendum. *Nodotius tamen* edidit. Sed *ergo* recte ſe habet, repetitur enim, quod paullo ante dicitur: *inueniemus*, *quod manducemus.*

§. 3. tibi] *Agamemnon* enim rhetor erat.

partes] pro *Mſ. parti;* nam *partis* olim ſcriptum erat.

vixerit, habebis ad latus ſeruulum. Nam, quidquid
illi vacat, caput de tabula non tollit: ingenioſus eſt,
4 et bono filo, etiamſi in aues morboſus eſt. Ego
illi iam tres cardueles occidi, et dixi, quod muſtela
comedit; inuenit tamen alias vernas; et libentiſſime
5 pingit. Ceterum iam Graeculis calcem impingit.
Et Latinas coepit non male appetere, etiamſi magiſter
eius ſibi placens ſit. Nec vno loco conſiſtit, ſed venit,
6 dem literas; ſed non vult laborare. Eſt et alter,
non

ſeruulum] *Burm.* coniicit *feruidum*, i. e. *cupidiſſimum diſcendi.*

in aues] Ita ex *Mſ.* *in naues* eodem tempore effinxit *Trillerus* in *Obſ.* quo *Reiskius* edidit; atque haec procul dubio vera eſt lectio, quod docent ſequentia. *Morboſum eſſe in aliquam rem*, eſt *inſano ſtudio alicuius rei laborare.* Eodem modo νοσῶν εἰς ἀφροδίτην dixit *Pollux* 6, 42. Plura exempla vide in *Trill. Obſerv.* Etiam noſter infra c. 90, 3. dicit: *quid tibi vis cum iſto morbo?* i. e. *cum inſano ſtudio, verſus ineptos et ridiculos condendi. Schefferus*, quem ſecutus eſt *Nod.* *etiamſi tam nauus*, i. e. *tam diligens:* poſtea ſic correxit: *Et bono filo etiam. Sin aues*, ſcil. renuo (quam tamen ellipſin duram eſſe, ipſe agnoſcit) *morboſus eſt. Reineſ.* *etiam cum nauſeat. Hadrianides*, *etiamſi in naue*, i. e. *cum mecum nauigat. Munkerus. ep. ad Heinſ.* *in nates. Burm.* putabat: *in nares morboſus eſt*, i. e. *laborat aliquo vitio in naribus*, vel *in naue*, i. e. *in podice mariſcas habet:* ſed *morboſum* exiſtimat quoque dici poſſe *pathicum*, edidit vero *in naues.*

morboſus eſt] *Schefferus* putavit, *non* ante *morboſus* eſſe addendum.

§. 4. cardueles] pro *Mſ.* *cardeles:* quanquam et gloſſae veteres habent *cardeles.* Has pueri deliciarum cauſſa alebant; quia, vt *Plin.* ait l. 10, c. 42. *imperata faciunt, nec voce tantum, ſed pedibus, et ore pro manibus.*

quod] pro *accuſ.* cum *inf.* vid. *Voſſ. de Conſtr.* c. 62.

vernas] *Mſ.* et *Burm.* *neruas*, quod non habet ſenſum: hinc *vernas* ſubſtitui facillima mutatione. *Vernae* vero, ſc. aues, ſunt *domi natae*, quibus facile potiri poterat. *Tilebom.* mauult *nervias*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr. Scheff.* *nouas. Heinſ.* *vernulas*, ruri noſtro natas. *Reiskius* dedit: *et merulas. Libentiſſime.*

§. 5. placens] *Goeſ.* *ibi lacens ſit*, i. e. *decipiat*, a *lax*, *fraus.* Sed *ſibi placens* dicitur homo *paedagogico faſtu tumens*, et hanc ipſam ob cauſſam non reddens rationem interrogantibus diſcipulis, neque adeo iis ſatis vtilis. *Sibi placens* etiam *Nod.* edidit in *Ed.* prima, in aliis *illi* eſt ſubſtitutum.

conſiſtit] haec equidem putem etiam agere de *Cicarone*, non de eius doctore: ergo, *non eſt aſſiduus* in vna eademque re tractanda.

venit, dem] i. e. *venit et rogat, vt dem* literas, ipſi ſcribendas; quod inchoauit, id ſtatim dimittit, et aliud facere decernit:

non quidem doctus, ſed curioſus, qui plus docet, quam ſcit. Itaque feriatis diebus ſolet domum venire, et, quidquid dederis, contentus eſt. Emi ergo nunc 7
puero aliquot libra rubricata, quia volo, illum, ad domus vſionem, aliquid de iure guſtare, (habet haec res panem,) nam literis ſatis inquinatus eſt. Quod ſi reſilierit, deſtinaui, illum artificium docere aut tonſtrinum, aut praeconem, aut certe cauſſidicum, quod illi

nit; adeo inconſtans eſt, quia laborem, qui cum aſſiduo alicuius rei ſtudio coniunctus eſt, veretur. *Scheff.* qui putabat: *ſed non vult laborare* eſſe gloſſam, poſtea tamen ſuſpicatus eſt, legendum eſſe: *ſed vendit identidem literas*, ſcil. doctor, *et non vult laborare. Reineſ.* mauult: *ſcit equidem literas, ſed non vult laborare:* arbitratur vero, agi de puero. *Goeſ. licet venum dedit literas*, ſcil. doctor. *Burm.* coniicit: *ſed vehit idem literas. Reisk.* edidit: *ſed nouit quidem literas, ſed* etc. *Triller. et petit quidem literas*, vel, *et deperit quidem literas.* Si ſermo fuerit de doctore: equidem putem, legendum eſſe: *vendit quidem literas, ſed non vult laborare.* Opponitur alter doctor: *qui contentus eſt, quidquid dederis.* In *Nod. Ed.* prima, *venit dem*, ſed in *al. petit dem* exhibetur.

§. 7. libra rubricata] pro *libros rubricatos*, ſic dixit *ſemigraecus*, quia formam vocabuli βιβλία in animo habebat. ſed et §. 8. *theſaurum* in *neutr.* dicitur. *Schefferus* corrigit *libros rubricatos*, vt edidit *Nod.* cum *Hadr.* vel *rubricata*, et *legis* intelligit.

ad domus vſionem] Ita pro *Mſ.* et *Burm. ionem*, edidi cum *Reiskio*, quia litterae *vſ* facile potuerunt excidere, iisdem in *domus* praecedentibus. Eadem lectio in mentem venit *Trillero*, qui eodem tempore in *Obſ.* eam propoſuit. Vocabulum *vſionem* non eſſe inauditum, hic l. c. *Reiskius*, in *Miſcell. Lipſ.* demonſtrat. Vnum exemplum, huic loco ſatis accommodatum, habet *Varro* ταφῇ Μενίππου: *Diogenem literas ſciſſe, vſioni quod ſatis eſſet.* Eſt vero *ad domus vſionem*, ad vſum vel vtilitatem domus, *etwas fürs Haus*, vt noſtrates dicunt. Alii, vt *Nod.* et *Hadr.* legunt *ad domus rationem; Heinſ. tuitionem.*

artificium docere, aut tonſtrinum] Ita legendum exiſtimo pro *Mſ. artificii docere aut conſtreinum.* Atque *artificium* quidem receperunt iam plures, vt *Hadr.* et *Nod.* quia *genitiuus* plane non locum habet; et ego malim hoc vitium tribuere librario, compendium ſcribendi non obſeruanti, quam cum *Burmanno*, *Echioni* balbutienti. *Tonſtrinum* etiam iam receptum eſt, ſuadente *Scheffero*, ab ipſo *Burm.* Putant autem, *tonſorem* a *tonſtrina* ſic dici; quod ſi cui durum videatur, poſſit, auctore *Tilebom. tonſtrinam* legi. Ceterum conſtructio verbi huius cum *accuſ.* et *inf.* eſt paullo inuſitatior. *Deſtinaui* (i. e. *decreui*) *aut tonſtrinum, aut praeconem, aut certe cauſſidicum docere illum* (*Ciceronem*) *artificium.* Eadem tamen conſtructione, poſt verbum ſynonymum

gilli auferre non poſſit, niſi Orcus. Ideo illi quotidie clamo: Primigeni, crede mihi, quidquid diſcis, tibi diſcis. Vides Phileronem cauſſidicum, ſi non didiciſſet, hodie famem a labris non abigeret. Modo, modo collo ſuo circumferebat onera venalia: nunc etiam aduerſus Norbanum ſe extendit. Literae theſaurum eſt, et artificium nunquam moritur.

## C A P. XLVII.

*Trimalchio reuerſus narrat, qua ratione aluum adſtrictam ſoluerit; conuiuis facit poteſtatem, neceſſitati naturae parendi, et ex tribus porcis adductis iubet maximum natu occidi.*

(ENCOLP.) Eiusmodi fabulae vibrabant, cum Trimalchio intrauit, et deterſa fronte vnguento, manus lauit,

nymum *decreuit*, vſus eſt *Ter. Andr.* 1, 5. 3. *Vxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie. Heinſ.* coniicit, *deſtinaui non nihilum artificii docere. Reineſ. tonſtrineum*, ſcil. *artificium*, mauult; *Nod.* cum *Hadr. tonſorium* edidit. *Burm.* exiſtimat, poſſe legi *doceri*, et *praeconem* poni pro *praeconium*, quia vulgo dicebant *docere praeconem* et ſimilia, pro arte ipſa. *Reiskius* ex ingenio edidit: *deſtinaui illum artifici, coquere aut conſuere. Mallem tamen, aut praeconem* etc. In ſubiecta vero nota dicit: *ſi ſordes voluiſſem ſectari, potuiſſem ſcribere: conſire*, vel *cuſire*, vt apud *Iſidor. in Gloſſar.*

§. 8. onera] *Schefferus* coniiciebat *olera*, quod etiam *Heinſ.* probat. *Reisk.* edidit *oſtrea;* male, vt poſtea ipſe faſſus eſt. Nam *onera* venalia circumferentes ſunt inſtitores, qui in tergo peculium geſtant.

theſaurum] Ita *Mſ. Burm.* et *Nod.* recte; nam etiam *Plaut. neutrum* habet *Aulul.* 2, 2, 88. et noſter dixit §. 7. *libra*. Ceterum quod *eſt* hic ponitur pro *ſunt*, hoc fit per *graeciſmum*. vid. *Olearius* ad *init.* l. 7 *Philoſtrati de V. A. T.* οἶδα τὰς τυραννίδας, ὡς ἐςὶ βάσανος ἀρίςη ἀνδρῶν φιλοσοφέντων. cf. *Reisk.* in *Miſcell. Lipſ.*

C. XLVII. §. 1. fabulae] Ita *Mſ.* et *Burm.* ſed *Tilebom.* et *Nod. fabulas;* temere: nam etiam ſupra c. 27, 3. *pilae vibrabant. Sen. de prouident.* c. 3. *ſonat adhuc (vox) et vibrat in auribus meis.*

intrauit] c. 41, 9. *Trimalchio ſurrexiſſe* dicebatur *ad laſanum.*

deterſa fronte vnguento] Hanc lect. *Mſ.* cum *Burm.* ſeruaui, quia proba videtur. Nam eodem modo *detergere* conſtruitur. *Claud. de Conſ. Mall. Theod.* 190. *foedo detergis ſae ula victu*, i. e. *facis velut nitidiora, foedum victum detergens. Scheffer. deterſo fronte vnguento.* *Nodotius*, neſcio, vnde, edidit: *deterſo frontis vnguento.* Deterſit *frontem*, quia

lauit, ſpatioque minimo interpoſito: (Trimalchio) 2
Ignoſcite mihi, (inquit,) amici, multis iam diebus venter mihi non reſpondit: nec Medici ſe inueniunt; profuit mihi tamen malicorium, et taeda ex aceto. Spero tamen, iam ventrem pudorem ſibi imponere; 3
alioquin circa ſtomachum mihi ſonat, putes taurum. Itaque, ſi quis veſtrum voluerit ſuae rei cauſſa facere, 4
non eſt, quod illum pudeatur. Nemo noſtrum ſolide natus

quia ſudauerat; lauit manus, quia redit ad coenam. Poſſint haec quoque, ex *Burm.* coniectura, ſic diſtingui: *deterſa fronte, vnguento manus lauit;* quae luxuria a *Trim.* moribus non videtur abhorrere. Certe c. 70, 8. *vnguento pedes vnguntur.*

§. 2. malicorium et taeda] Ita recte edidit *Burm.* pro *Mſ. maleicorum.* Sic enim dicitur *putamen mali granati: taedae* vero, *decoctae in aceto*, meminit quoque *Plin.* ſed contra dentium dolores. Voluit autem *Petron. Trimalchionis* ſtultitiam ridendam proponere, quod vſus eſt remediis plane contrariis. *Malicorium* enim inter vehementer adſtringentia refertur a medicis. Cauſſa tamen, cur, hoc remedio ſumto, aluus nihilo minus ſoluta ſit, forte haec fuit, quod mala punica tota fortaſſe comedit ſine nucleo; nam *Hippocrates* de *affectionibus* ſect. 5. p. 89. *Ed. Foëſii* dicit: ῥοὴ ξὺν μὲν τῷ πυρῆνι στάσιμον. ἄνευ δὲ τοῦ πυρῆνος διαχωρητικόν. Sed *Trillero* potius legendum videtur: *Malacterium* vel *Malthacterium*, (i. e. remedium, quo aluus adſtricta emollitur) *ex beta* et *aceto*. *Betam* enim (quod voc. *Heinſ.* iam malebat) eſſe *malacterium*, *Hippocrates* et alii teſtantur, v. c. *Plin.* 10, 8. Olim quidem ille voluit legi: *Malua, cichoreum et beta ex aceto:* illa tamen coniectura et ipſi, et mihi magis placet. *Nod.* edidit, *ex taeda et aceto.*

§. 3. imponere] Ita pro *Mſ.* et *Burm. imponit*, edidi ex coniectura neceſſaria. Nam a me quidem non poſſum impetrare, vt putem, hos ſoloecismos plebeio, qui a ſcriptore aliquo loquens introducatur, poſſe condonari: neque cum *Reiskio* haec arbitror per *graecismum* excuſanda. Alia ratio eſt loci c. 134, 8. *Hunc adoleſcentem, quem vides, malo aſtro natus eſt. Tilebom. ſpero tamen, quod iam venter pudorem ſibi imponit. Heinſ.* pro *ventrem*, coniicit *veterem. Schefferus: pudere, ni ſibi imponit.* Atque ſic *Nod.* cum *Hadr.* edidit.

taurum] ſcil. *ſonare*, i. e. *mugire*, quod *Tilebom.* addi vult. *Scheff. eſſe taurum.*

§. 4. ſuae rei cauſſa] Ita neceſſario reſcripſi cum *Reiskio* pro *ſua re*, quod edidit *Nod.* cum *Burm.* et pluribus. *Scheffero cauſſa* videbatur *gloſſema*, et *ſua re* pro *ex ſua re* dictum.

pudeatur] Ita *Mſ.* et *Burm.* quod fortaſſe per *archaismum* poteſt excuſari, quia *puditum eſt* pro *puduit* dixit *Plaut.* Attamen malim exiſtimare: *pudeat; vt nemo* ſcriptum fuiſſe, et *vt* pro *quippe* poſitum.

natus eſt. Ego nullum, puto, tam magnum tormen-
tum eſſe, quam continere. Hoc ſolum vetare ne Io-
5 vis poteſt. Rides, Fortunata? quae ſoles me nocte
deſomnem facere. Nec tamen in triclinio vllum vetui
facere, quod ſe iuuet: et medici vetant continere;
vel, ſi quid plus venit, omnia foras parata ſunt: aqua,
6 laſanum, et cetera minutalia. Credite mihi, ana-
thymiaſis ſi in cerebrum it, in toto corpore fluctum
facit. Multos ſcio ſic periiſſe, dum nolunt ſibi ve-
7 rum dicere. (Encolp.) Gratias agimus liberalitati,
indulgentiaeque eius, et ſubinde caſtigamus crebris
8 potiunculis riſum. Nec adhuc ſciebamus, nos in
medio lautitiarum, quod aiunt, cliuo laborare. Nam,
commundatis ad ſymphoniam menſis, tres albi ſues
in triclinium adducti ſunt, capiſtris et tintinnabulis
culti, quorum vnum bimum Nomenculator eſſe dice-
9 bat, alterum trimum, tertium vero iam ſenem. Ego
putabam, petauriſtarios intraſſe, et porcos, ſicut in
cir-

ne Iouis poteſt] *Tilebom. ne Iouis quidem. Heinſ. nec Iouis p.* ſed noſter *ne*, pro *ne quidem*, etiam ſupra poſuit c. 9, 6.

§. 5. deſomnem] *exſomnem* mauult *Heinſ.* ad *Virg. Aen.* 6, 556. ſed etiam *deplumis* dicitur.

venit] *Goeſ.* forte *euenit.*

laſanum] Ita recte pro *Mſ. laſſant* editum eſt a *Burm. Nod.* et *al.* ſuadente *Scheffero. Tilebom.* mauult *lana.*

§. 6. anathymiaſis] Recte pro *Mſ. anathimias, is*, reſcripſerunt *Tilebom. Nod. Burm. al. Gronou. ſi* delet.

ſic] *Burm.* forte *hic*, in hac vrbe.

dicere] *Heinſ.* ſuſpicatur *dicier*, *Scheff. dici:* putat tamen, *dicere* poſſe ferri, ſi *ſibi* intelligatur de eo. quod ad commoda eorum ſpectet. Poteſt etiam ſignificare, *nolle fateri naturae neceſſitatem.*

§. 7. agimus liberalitati] *Mſ. libera liberalitati*, quae geminatio librario tribuenda. *Goeſ. liberali liberalitatis. Heinſ.* videtur voluiſſe *liberali libertati.*

§. 8. quod] pro *Mſ. quo.*

cliuo] Ita *Mſ.* recte. *Ed. Patau.* perperam *diuo. In medio cliuo lautitiarum*, formula dicendi prouerbialis eſt, pro *in mediis lautitiis. Ouid. Her.* 20, 41. *cliuo ſudamus in imo* dixit.

commundatis] Ita pro *Mſ. cum mundatis*, recte edidit *Burm.* auctore *Heinſ.* quia *Colum.* l. 12, 18. *Iulius Obſequens*, et *Cato de R. R.* in *Codd.* quibusdam, etiam *notae Tironis* p. 163. hoc. voc. habent. *Scheff. namque mundatis*, aut *nam tum*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr.*

circulis mos eſt, portenta aliqua facturos. Sed 10
Trimalchio, expectatione diſcuſſa, (TRIMALCHIO)
Quem, inquit, ex eis vultis in coenam ſtatim fieri? Gal-
lum enim gallinaceum penthiacum, et eiuſmodi naenias
Ruſtici faciunt: mei Coci etiam vitulos, aeno coctos,
ſolent facere. (ENCOLP.) Continuoque Cocum 11
vocari iuſſit, et, non expectata electione noſtra, ma-
ximum natu iuſſit occidi: et clara voce: (TRIMALC.)
Ex quota decuria es? (ENCOLP.) cum ille: ex quadra- 12
geſima: reſpondiſſet: (TRIMALC.) Emtitius, an, inquit,
domi natus es? (COCVS) Neutrum, inquit Cocus, ſed
teſtamento Panſae tibi relictus ſum. (TRIMALC.) Vide 13
ergo, ait, vt diligenter ponas; ſi non, te iubebo in decu- 14
riam viatorum coniici. (ENCOLP.) Et quidem Co-
cum, potentiae admonitum, in culinam obſonium duxit.

CAP.

§. 10. penthiacum] Ita *Mſ.* et *Burm. Heinſ.* putat, hoc vocabulo indicari *gallum laceratum* in fruſta, vti *Pentheus* olim a *Bacchis* diſcerptus fuit; quod confirmatur loco e *Vidularia Plaut.* a *Grammaticis* citato: *fecerunt noſtram nauim Pentheam;* et *iudicio coci et piſtoris* in *Catalectis Pithoei: eſt et mihi de boue Pentheus. Tilebom. pentaplam. Scheff. penthicum* arbitratur dici *gallum*, quia nocti ſacer ſit. *Reineſ.* ſuſpicatur *phaſiacum*, idque *Nod.* cum *Hadr.* recepit.

aeno coctos] Ita recte reſcripſit *Burm.* cum *Tilebom.* et *Scheff.* pro *eno cocto.* Excidit *ſ* ob ſequens *ſolent. Nod.* ſcripſit *aheno*, quod eſt vſitatius.

§. 12. quadrageſima] *Trim.* volebat ſeruorum ſuorum multitudinem conuiuis demonſtrare pro ſua vanitate *Mſ. ſe ex qu.*

§. 13. viatorum] Ita *Mſ. Heinſ. vietorum*, i. e. *ſenectute inutilium*, niſi *vietores* etiam ſint, qui fiſcellas et corbes vſui domeſtico texebant, a *viendo* dicti. Potuit tamen *Trim.* ſibi tribuere decuriam *viatorum*, quo nomine *ſerui publici* inſigniebantur, vt indicaret, ſe omnia in ſua familia ordinaſſe ad reip. formam. *Viatores* forte dicit *curſores.*

§. 14. potentiae] pro *Mſ. potentia*, recte edidit *Burm.* auctore *Scheffero*, quem etiam *Nod.* et *Hadr.* ſecuti ſunt.

cocum — admonitum] Ita *Mſ.* et *Burm. Tilebom. Tum quidem coquus potentia admonitus*, i. e. *vehementer admonitus. Burm.* tamen coniicit: *Et quidem cocus potentiae admonitus*, — quod edidit *Reisk.* vel *Et quidam* (ſcil. *ſeruus*) *c. p. a. in culinam cum obſonio*, (vti ridicule putat dici *tres ſues*) *duxit. Goeſ. in culinam ad obſonandum eduxit.* Lectio *Mſ.* non adeo commodum ſenſum admittit; poteſt tamen hanc vim habere: *cocum potentiae admonitum duxit* (i. e. *euocauit*) *in culinam obſonium*, i. e.

*cupi-*

## CAP. XLVIII.

*Vinum, ait Trimalchio, ſibi naſci in ſuburbano, confini Tarracinenſibus et Tarentinis, ſeque velle Siciliam agellis coniungere; de Agamemnonis controuerſia argutatur. Gloriatur, ſe Homerum legiſſe, fabulas, a ſe ipſo fictas, commemorans, ſeque Sibyllam Cumis vidiſſe, et loquentem audiuiſſe.*

Trimalchio autem miti ad nos vultu reſpexit: (Trimalc.) Et vinum, inquit, ſi non placet, muta-
2 bo; vos illud, oportet, bonum faciatis. Deorum beneficio non emo, ſed nunc, quidquid ad ſaliuam facit, in ſuburbano naſcitur eo, quod ego adhuc non noui. Dicitur confine eſſe Tarracinenſibus, et Ta-
3 rentinis. Nunc coniungere agellis Siciliam volo, vt, cum Africam libuerit ire, per meos fines nauigem.
4 Sed narra tu mihi, Agamemnon: quam controuerſiam hodie declamaſti? (Ego autem ſi cauſſas non ago in diuiſione, tamen literas didici; et, ne me putes ſtudia faſtiditum: tres bibliothecas habeo, vnam Graecam, alteram Latinam.) Dic ergo, ſi me amas, periſtaſin
5 declamationis tuae. (Encolpius) Cum dixiſſet Aga-

*cupiditas veſcendi obſonio:* nam eſuriebat, rure nimirum veniens.

C. XLVIII. §. 1. bonum] *Scheffer. boni nunc* coniecerat, ſed poſtea vidit, etiam *Mart.* l. 5. *ep.* 79. dicere: *Vinum tu facies bonum bibendo. Goeſ.* ita: *et vinum, inquit, illud vos boni faciatis: ſi non placet, mutabo.* Sed c. 39, 2. dixit: *hoc vinum vos oportet ſuaue faciatis*, eodem ſenſu.

§. 2. eo] *Goeſ.* f. *meo,* et ſic edidit *Nod.*

confine Tarrac. et Tar.] ineptit, cum ſuburbanum confine dicat *Tarracinae* et *Tarento,* locis ſatis a ſe remotis; forte voluit magnitudinem eius exprimere.

§. 3. coniungere] perſtringitur inſana libido, agros continuandi, qua tum lauti homines flagrabant. V. *Liu.* 34, 4. *Sen. ep.* 89. *Hor.* l. 2. *od.* 2. 10.

meos fines] etiam mare ſuis agris vult adiungere.

§. 4. faſtiditum] pro *faſtidiviſſe*, vt ſupra *pudeatur. Tac.* quoque *Annal.* l. 13, 1. *dominationibus faſtiditus* dixit pro eo, qui *faſtidiuit* dominationes. Temere ergo *Nodotius* cum *Hadrianide* edidit: *ne mi putes ſtudia faſtidita.*

alteram] gloriatur, ſe habere *tres*, cum *duas* tantum enumeret, oblitus forte oſtentationis ſuae: mauult tamen *Schefferus: alteras latinas*, vt *tres* prodeant. Atque ſic edidit *Nod.* cum *Hadr. Bibliothecas* autem habebat, ad ſolam oſtentationem, pro more iſtorum temporum. Vid. *Sen. de tranquill.* c. 9.

Agamemnon: (AGAMEMNON) Pauper, et diues inimici erant: (ENCOLP.) ait Trimalchio, (TRIMALCHIO) Quid eſt pauper? (AGAMEMNON) Vrbane, inquit Agamemnon, (ENCOLP.) et neſcio, quam controuerſiam expoſuit. Statim Trimalchio: (TRI- 6
MALC.) Hoc, inquit, ſi factum eſt, controuerſia non eſt; ſi factum non eſt, nihil eſt. (ENCOLP.) 7
Haec aliaque cum effuſiſſimis proſequeremur laudationibus, (TRIMALC.) Rogo, inquit, Agamemnon, mihi cariſſime, numquid duodecim aerumnas Herculis tenes, aut de Vlyxe fabulam, quemadmodum illi Cyclops pollicem porcino extorſit? Solebam haec ego puer apud Homerum legere. Nam Sibyllam qui- 8
dem, Cumis ego ipſe oculis meis vidi, in ampulla pendere;

§. 5. Pauper] vid. *Quinctil. Declam.* 7. 9. 11. et *Sen.* l. 5. *Controv.* 30. quae ſunt huius fere argumenti.

Vrbane] quia indicat, ſe adeo alienum eſſe a paupertate, vt neſciat, quae ſit paupertas.

§. 7. mihi] *Heinſ. mi.*

porcino] Ita ex *poricino Mſ.* effingo leniſſima mutatione, putoque, a *Trim. Vlyſſem* ſic dici, quia exiſtimabat, eum, vt ſocios, in porcum mutatum fuiſſe a *Circe:* etſi *Homerus* narrat *Odyſſ.* 10, 320. *Circem fruſtra eum iuſſiſſe in haram abire, et cum ſociis, in porcos mutatis, cubare.* Quaecunque enim ei in mentem veniunt, ea, ait, *Homerum* narraſſe: vt hoc: *Cyclopem ei pollicem extorſiſſe:* quod non reperitur in *Odyſſ.* l. 9. vbi, quid *Vlyſſi* acciderit in antro *Polyphaemi*, exponitur. *Tilebom.* arbitrabatur, ex *Hom.* ſic eſſe corrigendum: *Ille Cyclopi Polyphaemo oculum extorſit.* *Schefferus* putabat, *Vlyſſem poricinum*, vel potius *poriciuum*, dici ab antiquo *porico* pro *porrigo*, quia porrexit *Cyclopi* vinum. *Reineſ.* mauult *penicillo*, quod receperunt *Hadr. Nod.* et *Burm.* atque exiſtimat, ſic dici *aſſulam*, *virgulam* vel *feſtucam*. Mauult idem *Schefferus* alibi: *emporicino* ab ἔμπορος et κοινὸς, quod opinatur, viatorem per mare facientem iter, eumque conſuetudine gaudentem ſignificare. *Heinſ.* coniicit *ſoricino*, i. q. μύειος. *Reisk.* edidit *pollicem condulo extorſit.*

apud] *Mſ. aput*, vt ſaepe in marmoribus. vid. *Indicem Grut. theſ.*

§. 8. ampulla] pro *ampolla Mſ.* Fabula forte fuit, eam ſervari *ampulla*, oleo fortaſſe plena, ne putreſceret. Erat enim *ampulla* proprium *olei vas*, quod ex varia materia fiebat, etiam ex vitro. *Scribon. Compoſ.* 41. et *Plin.* l. 20. c. 14. *Reineſ.* mauult, *in embolo.*

dere; et cnm illi pueri dicerent, Σιβύλλα, τί θέλεις; reſpondebat illa, ἀποθανεῖν θέλω.

## C A P. XLIX.

*Porcus menſae infertur, qui quoniam videtur non exenteratus, Trimalchio iubet ventrem eius aperiri. Quo facto, effunauntur tomacula cum botulis.*

2 (Encolp.) Nondum efflauerat omnia, cum repoſitorium cum ſue ingenti menſam occupauit. Mirari nos celeritatem coepimus, et iurare, ne gallum quidem gallinaceum tam cito percoqui potuiſſe;
3 tanto quidem magis, quod longe maior nobis porcus videbatur eſſe, quam paullo ante aper fuerat. Deinde magis magisque Trimalchio intuens eum:
4 (Trimalc.) Quid? Quid? inquit, porcus hic non eſt exenteratus? Non, me-Hercules! eſt. Voca, voca Cocum in medio. (Encolp.) Cum conſtitiſſet
5 ad menſam Cocus triſtis, et diceret, ſe oblitum eſſe exenterare: (Trimalc.) Quid oblitus? (Encolp.) Trimalchio exclamat: (Trimalc.) Putes,
6 illum piper et cuminum non conieciſſe? deſpolia. (Encolp.) Non fit mora: deſpoliatur Cocus, atque

Σιβύλλα, τί θέλεις] *Mſ. ſibilla te thilis*, et in *marg. ti thelis*, i. e. *quid vis.*

ἀποθανεῖν θέλω] *Mſ. apo than in helo marg. apo thanin thelo*, i. e. *moriar.*

C. XLIX. §. 1. efflauerat] Recte pro *Mſ. effluerat*, edidit *Burm.* cum *Ed. Patau. Nod. al.* ſed *Heinſ. effutierat.*

§. 3. eum] *Heinſ. ſaeuum.*

§. 4. cocum] Hic interpungi vult *Burm.* quia breuitas deceat imperantem: ſed ipſe, cum *Nod.* et *al.* rectius in *Ed.* interpunxit poſt *in medio*, quod dicitur pro *in medium*, quia noſter amat *ablat.* ſic vſurpare. Vix vero poteſt *in medio* ad ſequentia referri, quia *ad menſam conſtitiſſe* dicitur.

§. 5. putes illum] *Goeſ.* f. *putas tantillum.* Senſus videtur hic eſſe: *ita ſe obliuione excuſat, quaſi condimentum vſitatum, quod et nunc poſſit addi, non adieciſſet.*

que inter duos tortores moeſtus conſiſtit. Deprecari
tamen omnes coeperunt, et dicere: Solet fieri, roga-
mus, mittas; poſtea ſi fecerit, nemo noſtrum pro illo
rogabit. Ego, crudeliſſimae ſeueritatis, non potui 7
me tenere, ſed inclinatus ad aurem Agamemnonis:
Plane, inquam, hic debet ſeruus eſſe nequiſſimus;
aliquis obliuiſceretur porcum exenterare? non, me
Hercules! illi ignoſcerem, ſi piſcem praeteriſſet.
At non Trimalchio, qui relaxato in hilaritatem vultu: 8
(Trimalc.) Ergo, inquit, quia tam malae memo-
riae es, palam nobis illum exentera. (Encolp.) Re- 9
cepta Cocus tunica, cultrum arripuit, porcique ven-
trem hinc, atque illinc, timida manu ſecuit. Nec 10
mora, ex plagis, ponderis inclinatione creſcentibus,
tomacula cum botulis effuſa ſunt.

§. 6. mittas] Ita pro *Mſ. mittes Nod.* vtique rectius: etſi *mittes*, quod ſeruauit *Burm.* vtcunque poſſit excuſari.

§. 7. ſeueritatis] ſcil. *homo*, i. e. *crudeliſſime ſeuerus. Burm.* cum *Scheffero* mauult *cauſſa* intelligere. *Heinſ.* putat, excidiſſe *metu*, vel *re*, vel *ſpectaculo*. vel ſcribendum: *crudeliſſimae ergo ſeveritatis. Goeſ.* ſupplet, *Ego plenus c. ſ.*

praeteriſſet] Ita pro *Mſ. pretiſſet*, reſcripſerunt *Patauini*, et edidit *Burm.* cum *Nod. Heinſ.* coni. *p. teruncii perdidiſſet*, vel *ſi piſcem treſſis perdidiſſet. Goeſ. ſi ſic piſcem depretiiſſet*; quod verbum occurrit l. 22. §. 1. *ff. ad legem Aquiliam.*

§. 8. Trimalchio] ſcil. *ita*, vt ego, *ſentiebat*, vel *tantae ſeueritatis erat.*

§. 10. botulis] *Mſ. botulcus.* Iam *Scheffer.* quem ſecuti ſunt *Nod. Hadr. al.* vidit, *botulis* vel *botellis* eſſe legendum. Erat ergo porcus *tomaculis* et *botulis* fartus; quem deſcribit *Sarisberienſis, Polycrat.* 8, 7. Ceterum hunc lautis hominibus morem fuiſſe, vt animali, quod integrum in menſam inferebant, alias dapes infercirent, docet *epigramma de gallina*, quae ouis erat farta, a *Burm.* h. l. editum:

*Ouorum copioſa falanx in ventre tumentis*
*Conditur, et membris creſcit gallina repletis:*
*Mortua concepit, quantum nec viua crearit.*

## CAP. L.

*Cocus ornatur praemiis. Trimalchio gloriatur, ſe vera Corinthia vaſa habere, facta quippe a Corintho: aeris autem Corinthiaci originem narrat ridiculo modo; fatetur tamen, ſe vitrea malle.*

Plauſum poſt hoc automatum familia dedit, et Gaio, feliciter! conclamauit: nec non Cocus potione oneratus eſt, etiam argentea corona, poculumque in
2 lance accepit Corinthia. Quam cum Agamemnon propius conſideraret, ait Trimalchio: (TRIMALC.)
3 Solus ſum, qui vera Corinthia habeam. (ENCOLP.) Exſpectabam, vt pro reliqua inſolentia diceret, ſibi
4 vaſa Corintho afferri. Sed ille melius: (TRIMALC.) Et forſitan, inquit, quaeris, quare ſolus Corinthia vera poſſideam? Quia ſcilicet aerarius, a quo emo, Corinthus vocatur; quid eſt autem Corinthium, niſi
5 quis Corinthum habeat? Et, ne me, putetis, neſapium eſſe: valde bene ſcio, vnde primum Corinthia nata ſint. Cum Ilium captum eſt, Annibal, homo vafer, et magnus ſcelio, omnes ſtatuas aeneas, et aureas,

C. L. §. 1. automatum] Sic dicit *porcum*, quaſi *machinam*, quae ſponte ſua effunderet *tomacula*. v. *Torrent.* ad *Suet.* in vita *Claud.* c. 34. *Heinſ.* mauult, *automation.*

oneratus] Ita *Mſ.* et *Burm. Onerare* vero *muneribus*, paſſim apud poëtas occurrit. Etiam *Tac.* l. 1. *hiſt.* c. 25. dixit: *pretio et promiſſis onerat. Scheff.* mauult *honoratus*, quod recepit *Nod.*

§. 4. quid eſt autem C.] dicit, nihil poſſe *Corinthium* eſſe, niſi quis habeat *Corinthum*, a quo *Corinthia* vera proficiſcantur. *Tilebom. quid eſt Corinthus, niſi qui Corinthium habeat? Scheff.* emendandum putabat, *niſi quia Corinthum h.* i. e. quia *quid* habet *ex Corintho. Goeſ. Quoi eſt autem Corinthium, niſi qui C. h. Burm.* coniicit: *niſi ſi quis Cor. Reisk.* edidit: *qui eſt autem Corintheum, niſi quis per Corinthum h.*

§. 5. ſcelio] Ita *Mſ.* neque hoc voc. quod *Nod.* ſeruauit, putauerim ſollicitandum, quia *Trimalchio* vtitur vocabulis inuſitatis: vti *neſapius* paullo ante dixit, ita hic *ſcelio* vſurpauit: atque hoc fortaſſe idem eſt, quod *ſcelero*, quod vſitatius eſt, et h. l. a *Burm.* auctoritate *Reineſ.* editum. *Scheff.* exiſtimat, *ſcelio* eſſe *magnum praedonem*, ab graec. *σκῦλον*, *praeda:* ſed tum debuiſſet *ſcylio* ſcribi. *Tilebom. ardelio* malebat; alius *ſchetlius* ſomniabat. *Heinſ.* coniicit, *ſtelio*, h. e. *ſtellio.*

reas, et argenteas in vnum rogum congeſſit, et eas
incendit; facta ſunt in vnum aera miſcellanea. Ita 6
ex hac maſſa fabri ſuſtulerunt, et fecerunt catilla
et parapſides ſtatuncula. Sic Corinthia nata ſunt, ex
omnibus vnum, nec hoc, nec illud. Ignoſcetis 7
mihi, quod dixero: ego malo mihi vitrea; certi no-
lunt. Quod ſi non frangerentur, mallem mihi, quam
aurum; nunc autem vilia ſunt.

## CAP. LI.

*Narrat Trimalchio hiſtoriam de fabro vitri ductilis.*

Fuit tamen faber, qui fecit fialam vitream,
quae non frangebatur. Admiſſus ergo Cae- 2
ſarem

miſcellanea] Mirum eſt, *Iſidorum*, *Origin.* l. 16. c. 19. hac *Trim.* inſcitia deceptum, eandem fabulam narrare, et tantum *Corinthum* pro *Ilio* ponere; ceterum *Hannibalem* facere *Corinthi* expugnatorem.

§. 6. ſtatuncula] Ita *Mſ.* et *Burm. Statunculum*, vt *ſtaticulum*, videtur *deminutiu.* ab *ſtatua.* *Voſſ.* in *Gloſſ.* ex *vita S. Concordii*, citat *ſtatunculum Iouis. Scheff.* maluit *ſtatunculas. Burm.* quia putat, et hoc voc. indicari *vas*, quo ad menſam vteretur *Trim.* coniicit, *laguncúlas. Reisk.* edidit: *catilla*, *paropſides et ſtatuncula.* Sed equidem opinor, locum ſaluum eſſe, atque hoc dici: *et ſic fecerunt ſtatuncula catilla et p.* i. e. *ex ſtatunculis c. et p. f.*

vnum] *Mſ.* et *Burm. in vnum:* Sed tum addendum eſſet *mixtis*, vel *confuſis;* nec appareret, quid eſſet, *nec hoc*, *nec illud.* Hinc, auctore *Iſidoro*, qui l. c. haec ita exſcripſit: *ſic Corinthia nata ſunt, ex omnibus vnum, nec hoc, nec illud. in* deleui; atque haec ſic intelligo: *ſic aera Corinthia nata ſunt, ex omnibus ſtatuarum metallis vnum*, ſcil. aes, *nec hoc, nec illud*, i. e. nec diuerſum, ſed plane idem.

§. 7. quod] Ita pro *Mſ.* et *Ed. Burm.* et *Nod. quid* reſcripſi, *Heinſ.* ſuadente, et contextu requirente. *Scheff.* malebat, *qui;* *Goeſ.* coniicit, *ſi quidem dixero.*

certi] Ita pro *Mſ.* et *Ed. Burm. Nod.* et *al. certe* edidi, quia adiectiuum requiritur; *certi* autem ſunt *notiſſimi*, qui poſſint nominari, vti *Cic.* dixit *pro Domo* 28. *certos homines. Scheff.* olim ſuſpicatus eſt *ceteri*, poſtea haeſit. *Heinſ caeteri nolint*, pro *vtcunque ceteri nolint.*

C. LI. §. 1. Fuit tamen] Ita exhibetur haec narratio in *Cod. Trag.* hinc in textum recte a *Burm.* recepta eſt. Eadem vero hiſtoria ex *Io. Sarisberienſis Polycratico* 4, 5. a *Iano Douſa ſatyrico* dudum edito, inſerta eſt. Eius vero haec verba ſunt: *Faber fuit, qui vitrea vaſa faceret tenacitatis tantae, vt non magis, quam aurea, vel argentea, frangeren-*

ſarem eſt cum ſuo munere; deinde fecit reporrigere Caeſarem, et illam in pauimentum proiecit.
3 Caeſar non pote validius, quam expauerit; at ille ſuſtulit fialam de terra: colliſa erat, tanquam vaſum aeneum.

*gerentur. Cum ergo phialam huiusmodi de vitro puriſſimo, et ſolo, vt putabat, dignam Caeſare fabricaſſet: cum munere ſuo, Caeſarem adiens, admiſſus eſt. Laudata eſt ſpecies muneris, commendata manus artificis, accepta eſt deuotio donantis. Faber vero, vt admirationem intuentium verteret in ſtuporem, et ſibi plenius gratiam conciliaret Imperatoris: petitam de manu Caeſaris phialam recepit, eamque validius proiecit in pauimentum: tanto impetu, vt nec ſolidiſſima et conſtantiſſima aeris materia maneret illaeſa. Caeſar autem ad haec non magis ſtupuit, quam expauit. At ille de terra ſuſtulit phialam; quae quidem non fracta erat, ſed colliſa, ac ſi aeris ſubſtantia vitri ſpeciem induiſſet. Deinde martiolum de ſinu proferens, vitrum* [vel *vitium*, vti habet *Ed. prima Pariſ.*] *correxit aptiſſime, et tanquam colliſum vas aeneum, crebris ictibus reparauit. Quo facto, ſe coelum Iouis tenere, arbitratus eſt, eo, quod familiaritatem Caeſaris, et admirationem omnium ſe promeruiſſe, credebat. Sed ſecus accidit. Quaeſiuit enim Caeſar, an alius ſciret hanc conditūram vitrorum? Quod cum negaret, eum decollari praecepit Imperator, dicens: quia, ſi hoc artificium innoteſceret, aurum et argentum vileſcerent, quaſi lutum.* Haec ſi quis comparauerit cum textu, ſupra poſito, apparebit, *Sariſberienſem* narrationem *Petronii* compilaſſe quidem (vt ipſe indiçat: *Apud Petronium Trimalchio refert*); magis tamen exornaſſe, eamque liberaſſe ab archaismis et inſolentioribus dicendi formulis, quas *Petronius* de induſtria tribuit *Trimalchioni.* Hinc mirum eſt, *Nodotium* narrationem *Sariſberienſis* narrationi *Petronianae* ſubſtituiſſe in ipſo textu. Eandem rem narrat *Iſidorus.* l. 16. c. 15. *Dio.* l. 57. *Plin.* 36, 26.

fecit] Debebat eſſe *faceret*, vti reſtitui in narratione *Sariſber.* auctoritate *Edd.* omnium, quae habent: *fabrum fuiſſe, qui vitrea vaſa faceret.* Sed in *Trimalchionis* narratione, *fecit* ſeruandum puto, quia per *graeciſmum*, a poëtis latinis quoque, haec conſtructio vſurpata eſt. vid. *Hor.* l. 1. *Od.* 1. *Sunt, — quos iuuat.* ibid. *eſt, qui — non ſpernit. Trimalchio* vero inſolentiam in dicendo affectat.

§. 2. ergo Caeſarem] *ad Caeſarem* mauult *Heinſ.* ſed iam *Scheff.* demonſtrauit, veteres omiſiſſe *praep.* vt *Plaut. Pſeud.* 1, 2, 10 *Nunc adeo hanc edictionem niſi animum aduortitis omnes. Pariſ.* ediderunt *erga Caeſarem.*

Caeſarem] Ita pro *Mſi* et *Burm. Caeſari* edidi, *Scheffero* ſuadente, quia *facere* neceſſario requirit *accuſ.* Dixit *Plaut. Trucul.* 1, 2, 78. *corda amare facitis amantes*; et *Epid.* 3, 3, 30. *vt ille fidicinam fecit neſcire. Tilebom.* dubitabat, an ſcribendum eſſet: *Deinde petiit, vt reporrigeret Caeſar. Heinſ.* coniicit, *petiit reporrigere Caeſari.*

§. 3. Non pote] pro *non pote eſt*, i. e. *non poteſt.* Ita *Ter. Eunuch.* 5, 7, 9. *Non pote ſatis narrari.*

aeneum. Deinde martiolum de ſinu protulit; et 4
ſialam otio belle correxit. Hoc facto, putabat, ſe 5
coelum Iouis tenere; vtique, poſtquam illi dixit:
Numquid alius ſcit hanc condituram vitreorum?
Vide modo. Poſtquam negauit, iuſſit illum Cae- 6
ſar decollari; quia enim, ſi ſcitum eſſet, aurum pro
luto haberemus.

## CAP. LII.

*Trimalchio in deſcribendis imaginibus, ſuis poculis inſculptis, hiſtoriae inſcitiam prodit. Puer calicem proiicit, et a Trimalchione, deprecantibus conuiuis, dimiſſus: aquam foras! vinum intro! clamat. Trim. laudatus et ebrio proximus, Fortunatam cordacis peritam ait, et geſtibus hiſtrionem Syrum exhibet. Non tamen ſaltandi cauſſa audet prodire in medium, reueritus vxorem.*

In argento plane ſtudioſus ſum. Habeo ſcyphos vrnales plus minus. Quemadmodum Caſſandra occidit

§. 4. martiolum] Ita *Mſ.* et *Sariſberienſis;* non male, quia etiam *martulus Plin.* 7, 56. pro *malleo* vſurpatur. Alii ſcribere malunt *marteolum.* Vſitatius tamen dicitur *marculus;* quod et apud *Sariſberienſem* alii exhibent, et h. l. edidit et defendit *Burm. Reiskius* vero dedit lect. *Mſ. Hadrianides martulum. Nodotius* neſcio, vnde, *martellum* habet. *Iungermannus* vel ſic, vel *malliolum* pro *malleolum* legendum putabat. *Erhardus martillum* probabat.

otio] i. e. *in otio, otioſe.* Sic *Phaedr.* l. 1. *Fab.* 25, 6. i. e. ſine vlla trepidatione et metu, vti *otioſe* dicitur *Ter. Adelph.* 2, 1, 2. *Scheff.* tamen dubitabat, an *ocyus* eſſet legendum. *Pariſienſes* ediderunt *cito.*

coelum] Ita *Mſ. Burm.* et *Sariſber.* i. e. *ſe eſſe coelicolam,* vel *beatiſſimum.* Sic dicit *Sen.* l. 1. *de benef.* c. 13. *coelum tenere;* et *Cic. Att.* 2, 1. *coelum attingere. Iouis* non ſine vi additur: illud, in quo eſt rex deorum beatiſſimus, *coelum ſummum:* vel id, quod, *Saturno* mortuo, *Ioui* ceſſit. Videtur hoc additamento *Trim.* eruditionem ſuam oſtendere voluiſſe. *Pariſ. coleum,* ridicule! *Heinſ.* mauult *ſolium Iovis.*

§. 5. illi] *Heinſ.* rectius videtur *ille.*

vitreorum] ſcil. *vaſorum.* Sed *Plin. vitri temperamentum; Iſidorus* et *Sariſber. condituram vitrorum* habent; in prima tamen *Ed. Pariſ. vitreorum* reperitur.

§. 6. quia enim] Ita *Plaut.* in *Amphitr.* 2, 2, 33. *quia enim ſero aduenimus.*

eſſet, aurum] *Tilebom.* mauult, *ſi ſcitum eſſet, inquit, aurum.*

pro luto haberemus] Ita quoque *Iſidorus: ne, dum hoc cognitum fieret, aurum pro luto haberetur. Sariſberienſ.* explicauit: *aurum et argentum vileſcerent, quaſi lutum.*

C. LII. §. 1. vrnales plus minus] *Heinſ.* opinatur, excidiſſe

dit filios ſuos! et pueri mortui iacent ſic, vti vere pu-
2 tes. Habeo capidem, quam reliquit potrono Ro-
mulus, vbi Daedalus Nioben in equum Troianum in-
3 cludit. Nam Hermerotis pugnas et Petractis in pocu-

numerum ſcyphorum. *Goeſ.* quoque, *quibus effictum*, vel ſimile quid, addendum putabat. Sed nihil deeſt: *plus minus* poteſt addi; quia *vrnales* exprimit magnitudinem, i. e. *circiter vrnales*.

Quemadmodum — filios ſuos!] Ita interpunxi, vt ellipſin paullo duriorem euitarem. Nimirum mihi videtur *Trim.* hos *ſcyphos* in promptu habere; eosque adſpiciens exclamare.

Caſſandra] Et hic inſcitia *Trim.* ridenda proponitur, confundentis *Caſſandram* cum *Medea*.

ſic, vti] pro *Mſ.* et *Burm. ſicuti; iacent ſic, vti vere mortuos putes. Heinſ.* coniicit, *ſic, vti viuere putes.* Sed *mortui* hic erant expreſſi.

§. 2. quam — patrono Romulus] *Mſ. quas. Mſ.* et *Ed. Burm. patronorum meus. Quam* neceſſario legendum patet, atque in *rummeus* latere nomen proprium, eſt probabile. Iam cum nullum nomen propius ad literas accedat, quam *Romuli*, illud ex coniectura *Burm.* recipiendum duxi. Solent enim vetuſtatem deſcribere, nominibus ex *mythologia* vel *hiſtoria antiqua* repetitis; et *Trim.* chronologiae rationem plane non habet. *Heinſ.* malebat; *patrono meo Mys*, qui celeberrimus et antiquiſſimus erat artifex. vid. *Mart.* l. 8. *ep.* 34. Sed *reliquit* non tam artificem indicat, quam aliquem, a quo per haereditatem acceperimus aliquid. *Goeſ.* exiſtimabat, *patronorum vnus* poſſe legi, niſi *Trim.* ipſe infra indicaret, vnum ſe tantum patronum habuiſſe. *Patauini*, quos ſecutus eſt *Nod.* cum *Hadr.* ediderunt: *patronus meus. Reiske* edidit: *quam reliquit Patroclo Prometheus*, putatque: non male coniungi hominem antiquiſſimum cum recentiore, cum in hac ipſa veteris hiſtoriae ignorantia conſiſtat lepos totius loci.

Daedalus] Etiam hic res, temporibus et locis valde diuerſas, commiſcet.

§. 3. Nam H. p. e. P.] Ita edidi pro *Mſ.* et *Ed. Burm. Nam hemerotis pugnaſſet petranitis*, quae plane nullum ſenſum habent. *Nam* (vel *Iam*, vti *Reineſ.* mauult) *Hermerotis pugnas et* — legendum eſſe, iam vidit *Burm.* atque ſic edidit *Reiskius*. Eſt nimirum *Hermeros* nomen *familiare libertis*, vt ex *Indice Gruteri* patet; occurritque inter eos vnus, *Tib. Claudii Caeſaris Libertus a marmoribus et magiſter Feroniae* p. 25. 12. Munus ergo, ab eo editum, poculis *Trim.* inſculptum videtur, vti c. 29, 9. *Laenatis munus* in porticu pictum vidimus. Neque hoc dubium, etiam in *Petranctis*, vel *Petractis* (vt *Patav.* et *Pariſ.* edidere, atque in *Mſ.* c. 71, 6. exhibetur) nomen latere; ſed quale, dubitatur. Equidem dedi *Petractis*, nomen ad formam ἄναξ formatum, quia inde h. l. *Petranctis*, c. 71, 6. *Petraitis*, facile potuit naſci; nec tamen poſſum demonſtrare, hoc nomen in vſu fuiſſe. Sed vnde nobis conſtare poteſt de nominibus omni-

poculis habeo: omnia ponderoſa; meum enim intel-
ligere nulla pecunia vendo. (ENCOLP.) Haec dum 4
refert, puer calicem proiecit; ad quem reſpiciens Tri-
malchio: (TRIMALC.) Cito, inquit, te ipſum caede,
quia nugax es. (ENCOLP.) Statim puer, demiſſo labro,
orare. At ille, (TRIMALC.) Quid me, inquit, 5
rogas? tanquam ego tibi moleſtus ſim: ſuadeo, a te
impetres, ne ſis nugax. (ENCOLP.) Tandem ergo, 6
exoratus a nobis, miſſionem dedit puero. Ille di- 7
miſſus circa menſam percucurrit, et, (PVER) Aquam
foras! vinum intro! (ENCOLPIVS) clamauit. Exci- 8
pimus vrbanitatem iocantis, et ante omnes Agame-
mnon, qui ſciebat, quibus meritis reuocaretur ad coe-
nam. Ceterum laudatus Trimalchio hilarius bi- 9
bit. Etiam ebrio proximus, (TRIMALC.) Nemo, in-
quit, veſtrum rogat Fortunatam meam, vt ſaltet?
cre-

omnibus? Potuiſſet quidem *Petranctis* ex *Petranactis* ortum eſſe: ſed *Petractis* nimis longe recederet. *Petronatis* dedit *Reisk.* atque demonſtrat in *Miſc. Lipſ.* hoc fuiſſe nomen, ſeriori aetati frequens. *Reineſ.* legi voluit: *nam hermerotes ſigna eſſent veritatis in poculis:* quod recepit *Hadr.* nec multo aliter edidit *Nod. et Hermerotes vt ſigna eſſent veritatis in poc.* putat ille, *Mercurium* et *Cupidinem* iunctos fuiſſe, vti *Minerua* et *Mercurius* ſolebant iungi. In *pugnaſſet* latere *pugnas ſed*, opinatus eſt *Scheff.*

intelligere] *ſubſtantiue*, vt *Perſ. Sat.* 1, 122. ſaepius *inf.* vſurpat, v. c. *Hos ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo Iliade.* Intelligentiam autem operum artis ſibi tribuit, quorum artificium cognoſcit. Sic *intelligere* ſaepius dicitur, *Cic. Verrin.* 4. c. 14. et c. 21.

§. 4. labro orare] Ita recte, pro *Mſ. labrore* ediderunt *Burm.* et *Nod.* auctore *Scheffero*; nam ſequitur, *quid me rogas?* Poſſit etiam *labio orare* legi, ſuadente *Heinſ. Burm.* coniicit: *demiſſo labro ire. Pariſ.* ediderunt *labari; Patav. labrare.*

§. 7. percucurrit] *Burm.* coniicit, *ter cucurrit*, quaſi expiandi peccati ſui cauſſa, ter menſam circumiuiſſet: dubitatque, an bene dicatur, *percurrere circa menſam*; quidni vero? cum *percurrere* ſit *valde currere* optimis ſcriptoribus? *Nod.* neſcio, vnde, edidit: *Illo dimiſſo,* quaſi non puer *percucurriſſet.*

§. 9. Etiam] *Heinſ.* mauult: *Et iam.* Sed *etiam* poteſt ſeruari; dicitur enim vt c. 46, 3. *Etiam tibi diſcipulus creſcit*, meri tranſitus cauſſa. Ceterum recte *Burm.* et *Nod. Scheffero* ſuadente, *Etiam ebrio proximus*, iungunt cum ſeqq.

10 credite mihi, cordacem nemo melius ducit. (Encolp.) Atque ipſe, erectis ſupra frontem manibus, Syrum hiſtrionem exhibebat, concinente tota familia:
11 (Chorvs) Μὰ Δία πάρει, μὰ Δία. (Encolp.) Et prodiſſet in medium, niſi Fortunata ad aurem acceſſiſſet: et, credo, dixerit, non decere grauitatem eius
12 tam humiles ineptias. Nihil autem tam inaequale erat: nam modo Fortunatam ſuam reuerebatur, modo ad naturam.

## C A P. LIII.

*Actuarius acta in praediis recitat. Petauriſtariorum arte delectatur Trimalchio.*

Et plane interpellauit ſaltationis libidinem Actua-
2 rius, qui tanquam Vrbis acta recitauit. (Actvarivs)

§. 10. Μὰ Δία] Ita pro *Mſ. Madeia* edidit *Burm.* cum *Nod.* ex coniectura *Scheffери* feliciſſima: neque haec formula eſt aliena ab hoc loco, quia non, vt vulgo exiſtimant, per ſe habet vim negandi aut affirmandi; ſed negat tantum, vbi vel additur, vel intelligitur οὐ, vel ſequitur ἀλλά, vid. *Zeunium*, *V. C.* ad *Vigeri de gr. dict. idiotismis, libr.* p. 437. et eos, quos laudat. Vnus *Reiskius* edidit Μαλ᾽ ἔα, quae eſt particula adhortantis.

πάρει] *Mſ. peri.* Vnde *Scheff.* fecit *perite*, quod ediderunt *Burm.* et *Nod.* probantibus pleriſque; *Reineſ. perii*, alienum ab hoc loco. Sed *Reisk.* dedit πάριθι; mauult autem in *Miſc. Lipſ.* πάρει, qui eſt *imperatiuus antiquus*, a πάρειμι, quod dici de illis, qui ἐπιδείξεως gratia prodeant in publicum, apparet ex *Alciphron.* 3. 18. p. 317. Haec lectio, cum et contextui apta ſit, et propius ad literas *Mſ.* accedat, quam *perite*, verior mihi viſa eſt. Inprimis eam confirmant *ſeqq. Et prodiſſet.*

§. 12. reuerebatur] Ita pro *Mſ. reuertebatur*, *Burm.* cum *Hadrianide* edidit, et quanquam *Reiskius* reſcripſerat *reuertebatur*, quod habet *Nod.* tamen in *Miſc. Lipſ. reuerebatur* praefert. Atque ita neceſſario eſt legendum, quia *ad* ante *Fortunatam* non reperitur in *Mſ.* ſed additum eſt a *Pariſienſibus*. *Scheff.* putabat legendum: *reuerebatur, reuertebatur modo ad naturam. Heinſ. modo Fortunatam verebatur, at modo reuertebatur ad naturam. Reisk.* opinatur, poſt *naturam* eſſe *propendebat*, vel *defluebat*, aut ſimile quid, addendum. *Burm.* intelligit *redibat:* quod ſic dicitur *Ter. Adelph.* 1, 1, 46. *ad ingenium redit.*

C. LIII. §. 1. libidinem] Hic eſſe hiatum, putauit *Scheff.* temere,

RIVS) VII. Kal. Sextiles in praedio Cumano, quod
eſt Trimalchionis, nati ſunt pueri XXX. puellae XL.
ſublata in horreum, ex area, tritici millia modiûm
quingenta: boues domiti quingenti. Eodem die 3
Mithridates ſeruus in crucem actus eſt, quia Gaii no-
ſtri genio maledixerat. Eodem die in arcam rela- 4
tum eſt, quod collocari non potuit, ſeſtertium cen-
ties. Eodem die incendium factum eſt in hortis 5
Pompeianis, ortum ex aedibus Naſtae, villici. (TRI- 6
MALCHIO) Quid? inquit Trimalchio: Quando mihi
Pompeiani horti emti ſunt? (ACTVARIVS) Anno 7
priore, inquit Actuarius; et ideo in rationem non-
dum venerunt. (ENCOLP.) Excanduit Trimalchio, 8
et: (TRIMALC.) Quicumque, inquit, mihi fundi
emti fuerint, niſi intra ſextum menſem ſciero, in
rationes meas inferri veto. (ENCOLP.) Iam etiam 9
edicta Aedilium recitabantur: et Saltuariorum teſta-
menta,

§. 2. VII. Kal. Sext.] *Goeſ.* malebat, *ad* VII. *Kal. Sext.* i. e. a ratiociniis nouiſſimis vſque ad VII. *Kal. Sextilis*, quia haec non vno die in vno praedio euenire potuerint. Sed *Burmanno* videtur *actuarius*, ad quem, quae in omnibus praediis acciderant, relata ſunt, ad hunc diem rationes temporis, inde ab eo die, quo proximas rationes deduxerat, praeterlapſi, retuliſſe; niſi quis malit ſumere, ex tanta ſeruorum, quos alebat *Trimalchio*, multitudine tot natos eſſe vno die. Equidem vero putem, in toto loco *Trimalchionis* iactantiam *actuarium* imitatum eſſe; quod vel incredibilis numerus boum, eodem die domitorum, quemque poteſt docere.

§. 3. Mithridates] *Mſ. Mitridate;* ſed *s* excidit ob *ſequ. ſ.* Hinc recte iam *Pariſ.* et *Patav. Mitridates* ediderunt. *Burm.* coniicit, *a Mithridate* legendum, atque hoc eſſe nomen villici, qui vice domini poenas a ſeruis ſumeret.

maledixerat] Crudeliores ergo leges *Trimalchionis*, quam Imperatorum, qui ne periurium quidem per genium ſuum capite puniebant. vid. *Dion. Caſſ.* l. 57. p. 608. et l. 13. §. 6. *ff.*

§. 5. Naſtae] Ita *Mſ.* Eſt vero hoc nomen *villici*, ex *Homeri Iliad. B.* 867. repetitum: atque hoc quoque ſeruorum nomen fuiſſe, ex *Mart.* l. 9. *ep.* 88. intelligitur. *Scheff.* primo *villici nocte;* poſtea *Naſſae villici* malebat. *Nod.* edidit: — *ortum nocte ex aedibus villici.* Etiam *Hadr.* *nocte* receperat.

§. 8. veto] Ita recte pro *Mſ. vetuo*, quod *Reisk.* retinuit, a *Burm.* et *Nod.* editum eſt.

menta, quibus Trimalchio cum elogio exheredaba-
10 tur. Iam nomina villicorum: et repudiata a Circumitore liberta, in Balneatoris contubernio deprehenſa: Atrienſis Baias relegatus: iam reus factus Diſpenſator: et iudicium inter Cubicularios actum.
11 Petauriſtarii autem tandem venerunt: Baro inſulſiſſimus cum ſcalis conſtitit, puerumque iuſſit per gradus, et in ſumma parte, odaria ſaltare, circulos deinde ardentes tranſire, et dentibus amphoram ſuſti-
12 nere. Mirabatur haec ſolus Trimalchio, dicebatque, ingratum artificium eſſe. Ceterum duo eſſe in rebus humanis, quae libentiſſime ſpectaret, Petauriſtarios et cornices; reliqua animalia, acroamata, tricas

§. 9. exheredabatur] *Mſ. exherdebatur. Nodotius* neſcio, vnde, edidit: *Trimalchionem cum elogio exhaeredem ſtatuebant.*

§. 11. per gradus] *Heinſ.* putat, vel *erigi*, vel *ferri*, vel, quod *Munkero* placet, *ire per gradus* addendum. Sed *per gradus ſaltare odaria* eum oportuit, priusquam ea in ſumma parte ſaltaret.

tranſire] *Heinſ.* coniicit, *tranſilire.*

§. 12. ingratum] *Goeſ. intemperatum.* Sed *ingratum* h. l. eſt, quod non dignam mercedem refert exercenti. Sic *Ouid.* l. 1. *Amor. eleg.* 15, 6. dixit: *ingratum forum.*

cornices] Ita *Mſ.* et *Burm. Scheff.* coniicit, *cernices*, pro quo vulgo *cernuus*, vel potius *coturnices*, quae inter ſe pugnare ſolebant, *Ouid.* 2. *Amor.* 6, 27. atque ſic edidit *Nod.* cum *Hadr. Heinſ.* mauult *cornicines*, qui etiam c. 78, 5. commemorantur, et *acroama* dicuntur, ſemel etiam *cornices* ibi ſcribitur. *Reiskius* edidit *coturnices.* Ego ſeruaui lect. *Mſ.*, quanquam non video, cur *cornicibus* maxime delectatus ſit? Sed quis omnes eius ſtultitias aſſequatur? Has aues fortaſſe amabat, quia vocem humanam imitari diſcunt. Certe eiusmodi aues ipſi in deliciis fuiſſe, indicio eſt *pica, quae intrantes ſalutabat.* c. 28, 9. Hinc etiam ad *acroamata* has aues referre videtur.

animalia, acroamata, tricas meras eſſe] Haec recepi, quia mihi videntur latere in lectione *Mſ.* a *Burm.* ſeruata: *animalia Cromataricas meras eſſe.* Certe prope ad literas accedunt, et contextui ſatis ſunt apta: *reliqua animalia, quibus pro acroamate vti poſſet in conuiuio, tricae merae*, i. e. *res viles* ipſi videbantur, ſi conferrentur cum *cornicibus. Scheff.* dubitabat, an ſcribendum eſſet: *animalia ac acramata tricas;* putabat autem, veram lect. eſſe: *animalia ac tomata caricas meras;* atque *tomata eſſe* θαύματα, *res mirabiles*, *caricas* autem dici pro rebus *ludicris* et *pueribus. Nod.* cum *Hadr.* edidit: *animalia et oramata* (ὁράματα, *ſpectacula*)

caſ meras eſſe. (TRIMALC.) Nam et Comoedos, 13
inquit, emeram, et malui illos Atellam facere, et
Choraulem meum iuſſi Latine cantare.

## CAP. LIV.

*Puer delapſus Trimalchionis brachium contundit, atque liber eſſe iubetur, ne tantus vir a ſeruo liuidatus dici poſſit.*

(ENCOLP.) Cum maxime haec dicente Gaio, puer
Trimalchionis delapſus eſt. Conclamauit familia,
nec minus Conuiuae, non propter hominem tam pu-
tidum, cuius etiam ceruices fractas libenter vidiſſent,
ſed propter malum exitum coenae, ne neceſſe haberent,
alienum mortuum plorare. Ipſe Trimalchio cum 2
grauiter ingemuiſſet, ſuperque brachium tanquam lae-
ſum incubuiſſet, concurrere Medici, et inter primos
Fortunata, crinibus paſſis, cum ſcypho, miſeramque
ſe, atque infelicem, proclamauit. Nam puer qui- 3
dem, qui ceciderat, circumibat iam dudum pedes no-
ſtros, et miſſionem rogabat. Peſſime mihi erat, ne
his

*ſtacula*) *tricas. Heinſ.* legendum cenſet: *reliqua anilia acroamata ac tricas meras eſſe*, vel: *reliqua anomala acroamata ac tricas meras eſſe. Burm.* coniicit: *reliqua animalia ac acromata tricas: Reisk.* edidit: *reliqua anemolia ſciomachias meras eſſe;* cogitauit etiam, num Κρονικὰς λήμας lateret?

§. 13. Atellam] Ita *Mſ.* et *Burm.* pro *Atellanam*, ſcil. *fabulam.* Sic forte dixit *Trim.* vti *Hor. Marſus aper* pro *Marſicus*, *Od.* 1, 28. et *Romulam gentem* pro *Romuleam Od.* l. 4. 5, 1. *Scheff.* malebat *Atellanam*, quod recepit *Nod. Heinſio* in mentem venit: *ſed malui illos Atellam faceſſere.*

C. LIV. §. 1. dicente] *Tileb. m.* coniicit, *diceret Gaius.* Sed *cum maxime* eleganter dicitur, pro *eodem plane tempore. Nod.* edidit: *Cum maxima haec diceret, puer* etc.

puer] Poſt h. v. *Scheff.* putat deeſſe aliqua, quae ſignificent eiusdem pueri, qui in ſcalas aſcenderat, lapſum in brachium *Trimalchionis. Reiskius* coniicit, *puer in ſinum*, vel *latus*, vel *lectum Trimalchionis. Nodotius* ita edidit: *Cum maxima* (voluit forte *maxime*) *haec diceret, puer in eum delapſus eſt.* Quid? ſi olim ſcriptum fuerit: *Trimalchioni iſte illapſus eſt.*

putidum] *Mſ. puditum. Patav.* et *Pariſ.* ediderunt *perditum.* Sed putidus erat, qui periculoſa et inania illa artificia nimia ſolertia exercebat.

his precibus periculo aliquid cataſtrophae quaereretur. Nec enim adhuc exciderat cocus ille, qui oblitus fue-
4 rat porcum exenterare. Itaque totum circumſpicere triclinium coepi, ne per parietem automaton aliquod exiret; vtique, poſtquam ſeruus verberari coepit, qui brachium domini contuſum alba potius, quam con-
5 chyliata, inuoluerat lana. Nec longe aberrauit ſuſpicio mea; in vicem enim poenae venit decretum Trimalchionis, quo puerum iuſſit liberum eſſe, ne quis poſſet dicere, tantum virum eſſe a ſeruo liuidatum.

## CAP. LV.

*Trimalchio recitat epigramma in hunc caſum. Diſputant de ſummo poeta; et Ciceroni praefertur Publius, cuius verſus in luxum Romanorum laudantur atque commemorantur.*

Comprobamus nos factum; et quam in praecipiti res humanae eſſent, vario ſermone garrimus. (Tri-

cataſtrophae] Ita recte reſtituit *Scheff.* quod editum eſt a *Reisk. Nod.* et *al.* pro *cataſtropha.* i. e. ne periculum imminens mutaretur in non opinatum gaudium. *Heinſ. ne his precibus perridiculae aliquid cataſtrophae quaereretur.*

§. 5. poenae] pro *Mſ.* et *Nod. coenae*, reſcripſit *Burm.* ſuadente *Hadrianide*, et probante *Heinſ.* nam opponitur *libertas*, poenaeque veniam petierat.

liuidatum] Sic cum *Reiskio* edidi pro *Mſ.* et *Burm. liberatum*, quod de eo ſeruo, de quo eſt ſermo, i. e. de eo, qui delapſus erat in dominum, (nam de altero obiter tantum fit mentio) non poteſt dici. Olim forte ſcriptum erat, *libedatum*, vt *libedo* pro *liuedo* reperitur in *Cod. Palatin.* ap. *Spartian. in Pertinace* c. 8. Vti vero a *rutilus rutilare*, ab *amicus amicare* etc. ſic a *liuidus* commode *liuidare* formatur. *Paullinus* quoque *Nol.* ad *Cyther.* dixit, *vultum liuidare. Nod.* cum *Hadr.* edidit *laeſum.*

C. LV. §. 1. Comprobamus] Haec in *Codd. vett.* et in *C. Trag. fragmento vtroque* reperiuntur.

nos] deeſt in omnibus *Codd.* et *Edd. vett.* etiam in *fragmento C. Trag. priore*, ſed in *poſteriore* reperitur; nec temere receptum eſt ab *Burm. Nod. aliis*, quia ſe opponunt *Trimalchioni.*

quam — eſſent] Haec deſiderantur in *Cod. Samb.* et *C. Tr. fragm. priore*, aliisque *Codd.* et *Edd. vett.* recte autem inſerta ſunt ex *Mſ. Trag. fragm. poſt.* quia ſic paucis indicatur argumentum ſermonis. Hic aliquid deeſſe, iam *Samb.* exiſtimauit.

(Trimalc.) Ita, inquit Trimalchio, non oportet 2
hunc caſum ſine inſcriptione tranſire; (Encolp.) ſtatimque codicillos popoſcit, et, non diu cogitatione diſtorta, haec recitauit:

(Trimalc.) Quod non expectes, ex tranſuerſo fit, 3
Et ſupra nos Fortuna negotia curat.
Quare da nobis vina Falerna, Puer.

(En-

v. 2.—4. Ita, inquit—Sub hoc epigrammate] deſunt in *Codd. Samb. Colb. C. Trag. fragm. pr. Ed. Ven.* aliisque *vett. Codd.* et *Edd.* poſt *garrimus* tamen *et* inſeritur, quod vero abeſt a *C. Colb.* Ergo, quae hic leguntur, ex *C. Trag. fragm. poſt.* ſunt repetita.

§. 3. Quod non expectes] Hos verſus eſſe debere, contextus docet, et vltimus *pentameter*: idque etiam videtur indicaſſe librarius, qui in *C. Trag. fragm. poſt.* addidit: *Diſticon Trimalchionis eſt cum elego ſuo.* Sed metrum laborat, cui ſic ſuccurrit *Heinſ.*

*Quod non expectes, ex transverſo fit vbique,*
*Noſtra et ſupra nos fortuna negotia curat.*

Quia vero paullo audacior videtur haec mutatio: ne probabile quidem eſt, hos debuiſſe *hexametros* eſſe. Sed *Trimalchio*, quem verſus ex tempore componentem fingit *Petron.* verſus recitat varios, nec ſine ſumma licentia compoſitos. Ergo primus verſus vel eſt purus *ſpondaicus*: aut quia *Scaliger, Poëtices* l. 2. c. 11. putat: eos nunquam admiſſos eſſe; vterque verſus vel pro *iambico*, vel pro *anapaeſtico* eſt habendus. Vtrique tamen *Trim.* pro ſua licentia, tribuit eos pedes, qui ipſi erant facillimi; in priore ergo meros *ſpondeos* pro *iambis*, vel pro *anapaeſtis* poſuit. Si ſunt *iambici*, prior continet *alcmanicum alterum*; poſterior *hipponacteum*: ſi ſunt *anapaeſtici*, prior efficit *pindaricum alterum*, poſterior *ſteſichorium alterum*.

expectes] Ita *Burm.* et *Nod.* ex *C. Trag. fragm. altero* ediderunt, quod eſt rectius, quam *expectas*, quod *Codd. vett.* et *Edd.* habent, in quibus in fine c. 82. duo priores verſus reperiuntur.

ſupra] *C. Tr. fragm. poſt.* h. l. et *Edd. vett.* c. 82. habent *ſuper*. Sed *ſupra nos* hic, et ſenſus et metrum requirit. Dixit quoque *Sen. ep.* 94. *Haec ſupra nos natura diſponit.* Metrum *ſupra* requirit, quia, ſiue hi ſint verſus *iambici*, ſiue *anapaeſtici*: *trochaeus* non locum habet, niſi ſumamus, *Trim.* omnem metri rationem neglexiſſe.

negotia] Ita *C. Trag. fragm. poſt.* h. l. ſed *Edd.* et *Codd. vett.* c. 82. habent *negotium*, quo admiſſo, hic eſſet vel *ſenarius iambicus*, vel *alcmanicus tertius*.

vina Falerna] Eodem modo argumentatur *Hor.* l. 1. *Od.* 11, 6.

4 (Encolp.) Sub hoc Epigrammate coepit Poëtarum eſſe mentio, diuque ſumma carminis penes Mopſum,
5 Thracem, commorata eſt; donec Trimalchio: (Trimalc.) Rogo, inquit, Magiſter, quid putes inter Ciceronem, et Publium intereſſe? Ego alterum puto diſertiorem fuiſſe, alterum honeſtiorem. Quid enim his melius dici poteſt?

(Pv-

§. 4. Sub] Ita *C. Trag. Patav.* vero et *Pariſ. ab* ediderunt; temere, cum *ſub* ſignificare poſſit, hoc epigrammate commemorato. Ita enim *Plin.* l. 2. *ep.* 6. dixit: *ſub exemplo praemonere;* et *Liv.* 25, 7. cum *accuſ. ſub haec dicta ad genua Marcelli procubuere.*

coepit] Quae iam ſequuntur, ea extant in *Codd.* et *Edd.* antiquis, et in *vtroque C. Trag. fragm.*

Mopſum] Ita reſcripſi ex *C. Trag. fragm. vtroque,* vti iam coniecit *Sambucus,* et *Putean.* et *Patiſſon.* non multo poſt legerunt. Fuit vero hic *vates,* quem *Ouid. Met.* 12, 455. *cecinifſe futura* dicit. Cuius etſi carmina non videntur perueniſſe ad tempus *Petron.* — ille tamen ſatis probabiliter finxit, hos conuiuas *ſemigraecos* antiquum aliquem ex *Graecis* vatem laudaſſe, quem alii vix noſſent, vt ſapere viderentur ſupra vulgus. *C. Samb.* et *Scaligeri, Ed. Ven.* et aliae, etiam *Nod. Morſum* habent, pro quo *Patiſſ.* coniiciebat *Marſum,* intelligebatque *Domitium Marſum,* cuius *Ouid. Sueton.* et *Mart.* meminere. Sed hic erat recentior, atque latinus poëta. *Burm. Morſimum*, ineptiſſimum poëtam tragicum, teſte *Suida,* mauult; edidit vero *Morſum Trachem.*

Thracem] Hanc lect. reſtitui ex *Cod. Samb.* Reliqui etiam, et *C. Trag. vtrumque fragm.* habent *Trachem,* quod edidit *Burm.* in quo vix aliud quid, quam *Thracem,* latere, dudum viderunt viri docti. At *Mopſus* non erat *Thrax*, ſed *Lapitha* aut *Theſſalus.* Conuiuarum vero inſcitia eum eo facilius potuit *Thracem* dicere, quo veriſimilius eſt, eorum animo in hac diſputatione obuerſatum eſſe *Orpheum Thracem. Aurat.* coniicit *tragicum,* quod probat *Burm.*

commorata eſt] Ita reſcripſi ex *Cod. Samb.* et *Leid.* probante *Richardo* et aliis. *Heinſ.* tamen vult ſcribi: *morata,* vel *remorata eſt,* vti *vet. Cod.* habere dicitur. *Lipſius epiſtol. Quaeſt.* l. 3. *ep.* 2. *immorata* malebat. In *Cod. Bitur.* verbum plane deeſt. Sed *C. Trag. vtrumque fragm.* et *Ed. prima* habent *memorata eſt;* ita etiam *Burm.* et *Nod.*

§. 5. putes] Ita *Cod. Samb. Colb.* et alii *vett.* nec non *C. Trag. fragm. pr.* et *Edd. vett.* Sed *Burm.* et *Nod.* cum *Hadr.* ex *C. Trag. fr. poſt.* ediderunt *putas.* Teſtium tamen multitudo facit pro *putes: rogo te*, vel *interrogo te, quid putes?*

Ciceronem] *Trimalchio*, qui *Romanus* videri affectabat (c. 53, 13.) ſermonem conuertit ad *Latinos*, et abſurde comparat, *Ciceronem*, oratorum principem, cum *Publio*, inſipido et frigido poëta. Lepide autem *Satyricus* ſenem,

luxu-

(Pvblivs Syrvs) Luxuriae rictu Martis marcent 6
Moenia.
Tuo palato clauſus pauo paſcitur,
Plumato amictus aureo Babylonico;
Gallina tibi Numidica, tibi gallus ſpado,

Cico-

luxuriae deditum, inducit verſus *Publii*, qui ipſe luxu diffluxerat, laudantem.

§. 6. v. 1. rictu] Hanc *C. Samb. Tornaeſ. Scaligeri* et *al.* etiam *Ed. Burm.* lect. non ſollicitandam puto, quia *Publius*, diuerſos tropos miſcere, non videtur veritus. Ergo ille putat: *Per rictum luxuriae moenia Martis*, vel *Romam marcere. C. Trag. fr. vtrumque* habet *ritu*, quod edidit *Nod.* Sed hoc alienum eſt ab h. l. *Alii: luxuriae et victu*, forte *luxurie et victu; alii: luxuriae victu*, quod probat *Heinſ.* forte *luxurie victus. Richardus* hinc facit: *Luxurie victa Martis m. m.* quod procul dubio eſt longe elegantius, an vero propterea verius? *Burmanno* ita videtur; mihi non item.

moenia] *Erhard.* putat, veteri ſcriptura h. v. *munia*, vel *munera, bona Martis* ſignificare: ſed *moenia Martis*, qui erat *Romuli* pater, eſſe *Romam*, non poteſt dubitari. Hoc nomine vero ipſa firmitas vrbis, quae non debebat *marcere*, indicatur. Ceterum obſeruandum eſt, neque hos *ſenarios iambicos* adeo puros eſſe, vt in iis locis habeant *iambos*, in quibus elegantiores poëtae eos neceſſario requirant.

v. 2. clauſus] Ita *Mſſ.* habent. Alii malunt *excluſus*, alii *lautus. Scaliger* in *Catalect. Samius pauo*, i. e. ab *Samo* petitus. *Heinſ. oculeus. Salmaſ.* ad *Tertul. de pallio* c. 3. *oculoſus.* Sed *clauſus* recte ſe habet: vid. *Varro de R. R.* l. 3. c. 6. Eos primus *Hortenſius* menſae inferre auſus eſt.

paſcitur]. *Codd. Leid. Colb. Samb. Trag. fragm. vtrumque* et *al.* etiam *Ed. prima*, habent *naſcitur.* Sed ſi *clauſus* recte ſe habet, *paſcitur* requiritur; *claudebantur* enim, vt *ſaginarentur*, atque hoc luxuriae aptius. Solemnem vero eſſe horum verborum permutationem, vid. ad *Ouid.* 3. *Art.* 25. et *Nemeſ.* 1. *Eclog.* 75.

v. 3. aureo] Ita cum *Nod.* et *Hadr.* reſtitui ex *Codd.* et *Edd. vett.* nam *auro*, quod *Burm.* edidit ex *vtroque fragm. C. Trag.* non fert metrum, quia in verſibus *iambicis*, *trochaeus* plane non locum habet. *Babylonicum* vero hic ſubſtantiue dicitur pro *veſte babylonica*, vel variis coloribus intexta, aut acu picta, de qua vide *Cuperi obſerv.* l. 2. c. 12. Dicit vero illud *aureum*, i. e. *auro pictum*, quia plumae pauonis quaſi auro fulgere videntur. *Erh.* legi vult:

*Plumate amictus auleo Babylonico.*

v. 4. Numidica] Ita *C. Samb.* et *C. Trag. fragm. poſt.* Sed *prius*, *Numida*, quod et ipſum metro conueniret. *C. Colb.* habet *Munda. Putean.* dicit, alios *Mumicida*, alios *Municida* exhibere.

Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita,
Pietaticultrix, gracilipes, crotaliſtria,
Auis, exſul hiemis, titulus tepidi temporis,
Nequitiae nidum in cacabo fecit meo.

Quo

v. 5. Ciconia etiam grata] *alii: graia*, vel *graeca*, quod *Scaliger* edidit in *Catalectis:* ſed tum *peregrina* eſſet ſuperuacaneum. Rectius *Cod. Samb. C. Trag. fragm. vtrumque*, *Edd. vett. grata; alii*, vt *Tornaeſ.* teſtatur, *peregrina grata:* quod metrum non fert. Imperante demum *Auguſto*, hac aue veſci coeperunt delicatiores, auctore *Rufo Hor.* l. 2. *Sat.* 2, 50. Sed breui deflagrauit illius gratia; nam aetate *Plinii* nemo illam in triclinium recepit.

peregrina] Ita *C. Samb. Trag. fragm. vtrumque*, *Ed. prima aliaeque;* recte: nam etiam *Phaedrus* vocat ciconiam *peregrinam volucrem* l. 1. *fab.* 26, 11. quam *Varro aduenam* dicit *de R. R.* l. 3. c. 5. *Douſa* dedit: *peregrino hoſpita.*

hoſpita] Ita *Codd.* et *Edd. vett. Crinitus: hoſpiti;* temere, cum etiam *Varr.* ap. *Arnob.* l. 6. *hirundines hoſpitas* vocet. Soletque miſer hic poeta omnia epithetis ſuperuacuis et coloribus ſuperfluis onerare magis, quam ornare.

v. 6. pietaticultrix] Ita edidit *Burm.* cum *Nod.* et *aliis*, non improbabiliter, quia ſic *iambus* ei, qui eum requirebat ex praeceptis grammaticorum, loco redditur. Nec tamen plane neceſſariam eſſe hanc mutationem, inde apparet, quod noſter ſaepius, hoc quoque loco, admiſit *ſpondeum.* Poteſt vero *pietaticultrix* dici, vt *nemoricultrix* a *Phaedro*, *ſiluicultrix* a *Catullo.* De *ciconiae* pietate, qua dicitur alere parentes ſenes, vid. *S. Epiphanii Phyſiolog.* c. 25.

gracilipes] Ita *vetus liber Samb.* idque neceſſario recipiendum erat, quia epitheton *ciconiae* requiritur. *C. Trag. fragm. vtrumque*, alii libri, et *Ed. prima*, *gracilis pes* habent.

crotaliſtria] Haec lect. recte recepta eſt a *Nod.* et *aliis* ex *vet. Cod. Puteani*, *vet. gloſſario* et *C. Trag. fragm. poſt.* Scilicet *ciconia* ſic dicitur ab *crotalis*, quorum ſtrepitum imitatur *crepitante ciconia roſtro. Cod* ex quo *Ed. pr.* eſt concinnata, et *C. Trag. fragm. pr.* habent *et*, vel, vt alii malunt, *e tota liſtria. Aurat.* coniicit: *e tota Hiſtria. Crinitus* malebat, *choraliſtria, i. e. ioculatrix. H. Iunius animadu.* l. 6. c. 15. *glotariſtia* proponebat. Etiam *coraliſtria* ſcribitur.

titulus] *Bourdelot. pipulus;* male.

tepidi] Sic *C. Samb. C. Tr. fragm. vtrumque;* recte. *Ed. pr. trepidi.*

meo] Ita omnes *Codd.* et *Edd. pr.* Suſpicari tamen licet, *tuo* ſcribendum, vt ſupra, *Tuo* palato etc. atque ſic edidit *Nod.* *Heinſ.* quidem *merae* mauult. *Burm. meo* edidit et defendit, quod poſſit ſeruari, ſi ſumatur, hic loquentem introduci luxurioſum quendam, qui, vt reliquos ſuperaret, ciconiam menſae ſuae iuſſerit parari.

Quo Margarita cara, tribacca, ac Indica?
An vt Matrona, ornata phaleris pelagiis,
Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo?
Smaragdum ad quam rem viridem, pretioſum vitrum?
Quo Carchedonios optas ignes lapideos,

Niſi

v. 9. tribacca] *C. Samb. tribacã C. Trag. fragm. vtrumque* et *Ed. pr.* et *aliae*, etiam *Burm.* et *Nod. tribacca.* Atque vera haec videtur lectio, quia *bacca* dicitur ab *Virg. Ouid. Perſio* et aliis pro *margarita*, itaque *inauris* apte *tribacca* dicebatur, quae tribus vnionibus conſtabat. Nam *Plin.* l. 10. c. 35. dicit: *hos digito ſuſpendere, et binos ac ternos auribus, feminarum gloria eſt. C. Biturig.* duo *Codd. Scaligeri*, et *alii* habent *tibi bacca*, putatque *Scaliger*, ſic diſtinguendum eſſe: *cara tibi, bacca Indica. Heinſ.* olim caſtigandum exiſtimabat: *Quo margaritae bacca tricata Indicae*, et per *tricatas baccas* intelligebat *pertuſas* et *in lineam redactas*, filo transſuto. Poſtea tamen arbitratus eſt, *Publium* ſic ſcripſiſſe:

*Quo margarita cara tibi baccam Indicam?*

*Burm.* vt metro conſulatur, legi vult:

*Quo margarita tibi cara, tribacca, Indica.*

*Barth.* l. 42. *Aduerſ.* 21. legit:

*Quo margarita Tracca, tribacca, Indica?*

et de gemmis *Scythicis* interpretatur. *Salmaſ.* legit *vnibacca.*

ac Indica] *Ed. Burm.* et *Nod.* ex auctoritate *Codd.* plurium, non habent *ac*, quod equidem metri cauſſa, ex *Cod. Samb.* reſtitui, etſi malim *atque.*

*Petron.*

v. 10. An] Haec *C. Samb. C. Tr. fragm. vtriusque* et *Ed. pr.* lectio verior, quam lect. *C. Tornaeſ. Aut vt. Münkerus* legendum putat: *Non vt.*

ornata] Sic legitur in *C. Samb. C. Trag. fragmento vtroque, Ed. pr.* et *al. C. Tornaeſ.* vero videtur habuiſſe *onerata*, quod aliquae *Edd.* exhibent, idque eſſet efficacius ad luxuriam depingendam. Ita *Hor. Epod.* 8, 14. *Marita onuſta baccis* occurrit. Seruaui tamen *ornata*, cum *Burm.* et *Nod.* propter auctoritatum multitudinem; etſi *Reiskius onerata* dedit.

pelagiis] Ita pro *Codd. pelagus* eſſe legendum, metrum docet, cui non ſuccurritur, ſi cum *Aurat.* et *al. pelagi* legamus. Ita quoque *C. Samb.* habuiſſe videtur. Alii, vt ait *Torn. patagiis.*

v. 11. ſtrato] *Autiſiod. ſi rato*, duo *Codd. vett. in ſirato*; ita etiam *Colb. Braſſican.* vult legi *inſtrato* ex *Vet. Cod.* Sed *in ſtrato*, quod reperitur in *Codd.* plerisque, bene ſe habet, vid. *ſtratum* in *Ind.*

v. 12. ad quam rem] Ita recte editum eſt a *Burm. Nod.* et *aliis.* Quanquam enim *Codd.* plerique, etiam *Ed. pr.* habent *ad quam rei*: tamen in *C. Trag. fragm. poſt.* legitur, *ad aquam rem*; in *C. Samb. ad quam rem.*

I.

Niſi vt ſcintillent? Probitas eſt carbunculus.
Aequum eſt, induere nuptam ventum textilem?
Palam proſtare nudam in nebula linea?

## C A P. LVI.

*Idem pronunciat, poſt literas difficillimum artificium eſſe medicorum et nummulariorum. De beſtiarum vſu philoſophatur. Puer mira apophoreta recitat.*

(Trimalc.) Quod autem, inquit, putamus, ſecundum literas difficillimum eſſe artificium? Ego puto Medicum, et Nummularium.
2 Medicus, qui ſcit, quid homunciones intra prae-
3 cordia ſua habeant, et quando febris veniat. Etiamſi illos odi peſſime, qui mihi iubent ſaepe anatinam parari.

v. 14. ſcintillent] Ita ex *C. Samb.* legendum eſſe, dudum viderunt editores; etſi reliqui *Codd. ſcintillet* habent: nam hoc verb. referendum eſt ad *ignes.* Sunt tamen, qui ad *matronam* referant, quod facit *Barth.* qui ad *Stat.* 2. *Theb.* 276. legit: *Vin' vt ſcintillet?*

carbunculus.] Hanc veram eſſe lect. ex *Cod. Samb. C. Trag. fragm. poſt.* et *aliis* patet. *Patav.* et *Pariſ.* edidere *carbunculos*, vti ſcribitur in *fragm. C. Trag. pr.* et *al. Codd.* ἀρχαικῶς pro *carbunculus.*

v. 15. induere] *C. Samb. C. Tr. fragm. vtrumque. al.* et *Edd. vett. inducere.* Sed *Samb.* recte iam vidit, *induere* eſſe legendum; quanquam temere ait, carminis rationem hoc requirere. Quare ſi quis contendat, *Suet. Aug.* 92. *inducere* ſeruandum eſſe, quod, cum ſignificet *tegere*, etiam poſſit dici pro *veſtire:* equidem putem, et hic *inducere* poſſe retineri.

ventum textilem] Veriſſima haec eſt *C. Samb. fragm. Trag. pr. al.* lectio; etſi alii habent, vt ait *Tornaeſ. texti Pala*, metro reſpuente, et contextu.

v. 16. proſtare] *Codd.* plerique *proſtrare*, vitioſe. Sed *Samb.* recte *proſtare.*

linea] Sic habet *Vet. C. Samb.* cum *Codd. vett.* plerique exhibeant *luna* vel *lunae*, quod metrum non admittit. Hic eſt lacuna, in *Ed. Ven. C. Samb.* et *Cod. Trag. fragm. priore*, vsque ad c. 80. ſubiectos verſus: *Nomen amicitiae* etc. In reliquis *Edd. vett.* ea pertinet vsque ad c. 79. initium. Quae ergo inde a c. 56. vsque ad c. 79. leguntur, inſunt in ſolo *C. Trag. fragmento poſteriore.*

C. LVI. §. 2. Medicus] ſcil. eſt.

§. 3. anatinam] vel *medicamentum*, confectum ex ſanguine *anatum*, quem contra venena valere, medici veteres tradidere. vid. *Scribon. Larg. Comp.* 117. (ex hoc genere erat antidotum *Mithridaticum*, cui *anatum Ponticarum* ſanguis mixtus fuit. *Gell.* l. 17. c. 16. *Plin.* 25. c. 2.) vel

parari. Nummularius, qui per argentum aes videt.
Nam mutae beſtiae laborioſiſſimae, boues, et oues: 4
boues, quorum beneficio panem manducamus: oues,
quod lana illae nos glorioſos faciunt. O facinus in- 5
dignum! aliquis ouillam eſt, et tunicam habet. Apes 6
enim ego diuinas beſtias puto, quae mel vomunt:
etiamſi dicitur illud a Ioue afferri; ideo autem pun-
gunt, quia, vbicunque dulce eſt, ibi et acidum inue-
nies. (Encolp.) Iam etiam Philoſophos de nego- 7
tio deiiciebat, cum pittacia in ſcypho circumferri coe-
perunt. Puerque, ſuper hoc poſitus officium, apo- 8
phoreta recitauit: (Pver) Argentum ſceleratum! al-
lata eſt perna, ſupra quam acetabula erant poſita;
cer-

vel, quod magis placet, *caro anatina* intelligenda eſt, quae non probabatur palato luxurioſo; nec *Trimalchioni* poterat placere, cum *anas plebeium ſapiat*, c. 93, 2. 5. Vnde et *Varro* 3, *de R. R.* c. 2. dicit: *eas non ſaginari propter ſuauitatem.* Hanc vero carnem *Trimalchioni* praeſcripſiſſe videntur medici, quia ea creditur contra tormina valere. *Reineſ.* malebat *aloëtinam*, vel *aloëticam*; ſcil. *potionem. Heinſ. mane vomitinam parari*, quia *vomitiones matutinae* veteribus in vſu erant, ex praeſcripto medicorum.

parari] Ita *Mſ. Tilebom.* neſcio, cur? *parare* mauult.

§. 4. Nam] *Tilebom. ſunt*, quod edidit *Nod.*

laborioſiſſimae] *Goeſ. officioſiſſimae.*

§. 5. eſt, et] pro *Mſ. eſſe* recte reſtituit *Schefferus*; ſed *Tilebom.* malebat: *aliquis admitteret, ſi ouillam tunicam haberet.*

habet] ſcil. ex lana eiusdem ouis confectam.

§. 6. dicitur] *Nodotius* cum *Hadr. dicuntur.*

afferri] Ita pro *Mſ.* et *Burm. afferre*, videbatur neceſſario legendum: etſi *Heinſ.* ad *Ouid.* 4. *Faſt.* 508. docet, veteres interdum *dicitur* pro *dicuntur* dixiſſe; tamen tum ſaltem *accuſ. eas* eſſet addendum.

ideo autem — inuenies] Haec in *Codd.* et *Edd. vett.* c. 82. ſic leguntur: *Apes ideo pungunt, quia, vbicunque dulce eſt, ibi et acidum inuenies.*

§. 7. pittacia] Male *Vrſinus* ad *Excerpt. Polyb.* p. 90. hoc vocabis in πινάκια mutat.

§. 8. ſceleratum] *Heinſ.* coniicit, *ſceletatum*, argentum in *ſceleti* formam redactum, vt c. 34, 8. Sed poteſt *argentum ſceleratum* dici, quia interdum eſt infelicitatis, vel ſaltem luxuriae, et inde ortae moleſtiae cauſſa. Sic dicitur *ſceleratus amor habendi. Reisk.* putat alludi ad σκέλος, atque hinc opinatur, allatam fuiſſe *pernam.*

acetabula] Aliud voc. in *Mſ. accitabula* non poteſt latere; putem, *vaſcula argentea* eſſe intelligenda, quae allata ſunt, cum recitaretur: *argentum ſceleratum.*

ceruical! offla collaris allata eſt; ſeriſapia, et contumelia! agriofragulae datae ſunt, et contus
9 cum malo. Porri, et perſica! flagellum, et cul-

ceruical!] ſcil. *recitauit*.

offla] *Burm.* putat, ſcriptum fuiſſe *inſla*, vel *infula collaris*, vt ſit *focale*, ſiue *faſcia*, qua male adfecti fauces et collum muniebant. Ego putem, *offlam collarem*, i. e. *offlam*, vel *offulam* ex *collo*, eſſe allatam, quaſi ceruical hanc vim haberet.

collaris] Ita ſcripſi pro *colaris* *Mſ. Burm.* et *Nod. Burmanno* tamen probante. *Scheff.* κόλασις. Alius quidam *colarem* habuit pro *aue*, vlulae inimica. *Hadr.* olim cogitauerat, *collariam*, vinculi genus.

eſt] haec iungenda eſſe cum ſuperioribus, inde patet, quod *ceruical* eſt *titulus*: quo recitato, *offla collaris eſt allata*.

ſeriſapia et contumelia!] In his vocabulis inſunt duo *tituli*, quibus reſpondent duo *apophoreta*. *Seriſapia* eſt vocabulum, a *Trimalchione* cuſum, quo indicatur aliquid, quod *ſero ſapiat*. Sic ergo dixit *fragra*, quae, in aeſtate nata, hieme condita apponebantur. *Scheff.* coniicit, *feria ſapae*, quod edidit *Nod.* quaſi vas, plenum potus eius, quem de muſto ad mediam partem decoxerant. *Hadr.* ſuſpicabatur, vilem potum *ſeri lactis* innui, putabatque, *ſeriſapium* dici pro *inſipido*. *Heinſ.* ſcribit: *ſeuiſapia*; ita arbitratur, a vulgo *ſapones*, ex *ſeuo* factos, appellatos, vel *adipata*, in res obſcoenas formata.

contumelia!] *Scheff.* malebat *centum melcae*, quod eſt genus *lactarii operis*. Sed hoc vocabulo luſit *Trim.* putat enim, in eo latere *contum* et μῆλον, quod *apophoretum*, huic *titulo* reſpondens, docet.

agriofragulae datae] Ita ex mera coniectura reſcripſi, quia non reperi vocabulum, huic loco aptum, quod propius accederet ad literas *Mſ.* et *Ed. Burm.* *aecrophagie ſaeldate*. Puto vero, h. v. compoſitum, ex *graeco* ἄγριος, quod in *compoſ.* indicat *ſilueſtrem*, et latino *fragula*, quod puto pro *frago* dictum, quia *diminutiua Trim.* amabat. *Scheff.* coniicit, *arophagiae*; et *ſeriſapiae potus*, ex eius opinione, reſpondet appoſite, *contumeliae arophagiae*, *edulio*, ſcil. ex *lolio*. Alibi exiſtimat, legendum *acrophagias hylo*, vel potius *acrophagia*. *Heinſ.* ſcribit: *aeſchiophagiae ſolae datae ſunt*. *Tilebom.* *aerophagiae ſimul datae*, vel *acraepalae*. *Burm.* coniicit: *ac creophagiae allatae ſunt*; poſtea ſuſpicatur: *aecrophagiae ex ſale datae*, vel *acrophagiae adlatae ſunt*. *Reisk.* dubitat, vtrum *aeſchrophagiae*, an *xerophagiae* ſit legendum?

contus] Hanc *Burm.* coniecturam recepi, quia ingenio *Trim.* digna eſt. Vt enim *contumeliam* poſſet dare conuiuae: ei offert *contum* cum *malo*. *Mſ.* et *Burm.* *centus*. *Ed. Patav.* *cenſus*. *Hadr.* et *Nod.* *cenchrides*, quod ſignificat genus accipitrum. *Scheff.* coniicit, *ceraſum*.

§. 9. Porri et perſica!] Etiam hos eſſe duos *titulos*, *nominatiuus* indicat, nam *apophoreta* duo, quae ſequuntur, in *accuſ.* ſunt poſita, quia *accepit* huc pertinet.

flagellum] Quae ſit *porri* cum *flagello* ſimilitudo, ipſe *Trim.* viderit. *Burm.* coniicit, luſum niti eo, quod *porro*, i. e. *longe* tangit

cultrum accepit; paſſeres et muſcarium! vuam paſſam, et mel Atticum; coenatoria, et forenſia! offlam, et tabulas accepit. Canalem, et pedalem (lepus et ſolea eſt adlata;) muraenam, et literam, murem cum rana alligatum, faſcemque betae diu riſimus. Sexcenta huiusmodi fuerunt, quae iam ceciderunt memoriae meae.

CAP.

git aliquem porrigendo flagellum.

cultrum] *Burm.* arbitratur, *cultrum curuum*, qui acinacem *Perſicum* referat, hic innui; vnde apparet, cur *perſica* poſſint *cultrum* ſignificare per luſum, ſolo *Trimalchionis* ingenio dignum.

accepit] Non temere hoc iunxit cum ſup. *Burm.* quia vix *cultrum*, in *gen. neutr.* dictum, poteſt defendi. *Accepit* vero idem eſt, quod *allatum, datum eſt; accepit*, ſcilicet vel ille, qui iſta *apophoreta* diſtribuebat, vel ille conuiua, cui ea erant deſtinata. Prius magis placet, quia vix *vnus* conuiua *duo apophoreta* accepiſſe videtur.

paſſeres et muſcarium] Duo *tituli*: quorum prior, *vuam paſſam* propter ſonum ſimilem, poſterior *mel Trimalchioni* ſignificare poſſe videbatur, ſi *Scheffero* fidem habemus; quia *apes* ad genus *muſcarum* pertinent, vel, vti *Burm.* coniicit, quia *melli* poſito *muſcae* inuolant atque pereunt.

coenatoria et forenſia] *coenatoriis* ſignificauit *offulam* carnis, *forenſibus tabulas*, quibus in foro vtuntur cauſſidici.

accepit.] Hic recte diſtinxit *Burm.* cum *C. Trag.*

Canalem et pedalem] Etiam hos eſſe *titulos*, duo *apophoreta* ſubiecta docent. Quia vero in *accuſ.* ponuntur; pendere videntur a *diu riſimus*, quod huc transtuli, auctoritate *Mſ. Cum ergo canalem et pedalem recitaret, riſerunt.* In parentheſi vero adduntur *apophoreta: lepus* per *canalem* indicatur, a *cane* captus. *Pedalis* ſignificat *ſoleam pedi* aptam. *Scheff.* coniecerat *pedulem*, intellexit tamen, *pedalem* poſſe ſeruari, ea, quam indicaui, explicatione, admiſſa. *Hadr.* et *Nod.* ediderunt *pedale*, ποδεκμάγιον.

muraenam et literam] Duo vltimi *tituli*, duo *apophoreta* indicantia: *muraena* volebat *murem* et *ranam* indicare; per *literam* ſignificabat *betam*, quia eius nomen conuenit cum nomine *literae beta*. *Tilebom.* volebat: *muraenam accipit et murem. Reineſ. litoralem murem*, vt ediderunt *Nod.* et *Hadr.* Ceterum varia fuiſſe *apophoreta* in vſu, ex *Suet. Aug.* c. 75. apparet. Quaedam etiam ex iis, quae hic exhibentur, vel *titulo* ſaltem indicari videntur, occurrunt in *Martialis apophoretis* l. 14. vt *ceruical*, *ep.* 146. *flagellum*, 55. *culter*, 31. *muſcaria*, 67. et 71. *coenatoria*, 135. *tabulae*, ſiue *pugillares*, 3. et *ſeqq. ſoleae*. 65. in *xeniis* vero l. 13. *porri*, *ep.* 18. et 19. *muraena*, 80. *lepus*, 92.

§. 10. memoriae meae] Ita *Mſ.* et *Burm.* recte; quia *cadere* pro *excidere* ponitur. *Pat.* et *Pariſ.* et *Nod. memoria mea*, vt *cauſſa cadere*.

## CAP. LVII.

*Haec videntem Aſcylton conuiciis pluribus aggreditur conlibertus.*

Ceterum Aſcyltos, intemperantis licentiae, cum
omnia ſublatis manibus eluderet, et vſque ad lacry-
mas rideret: vnus ex conlibertis Trimalchionis excan-
2 duit, is ipſe, qui ſupra me diſcumbebat: et, (CONLI-
BERTVS) Quid rides, inquit, berbex? An tibi non
placent lautitiae domini mei? tu enim beatior es; et
conuiuare melius ſoles? Ita tutelam huius loci habeam
propitiam, vt ego, ſi ſecundum illum diſcumberem,
3 iam illi balatu interdixiſſem. Bellum pomum, qui
rideatur alios. Lariſuga, neſcio, quis, nocturnus, qui
non valet lotium ſuum. Ad ſummam, ſi circum-
minxero illum, neſciet, qua fugiat. Non, me Hercule!
ſoleo cito feruere, ſed in molli carne vermes naſcun-
tur.

C. LVII. §. 1. licentiae] ſcil. homo. Conf. c. 49, 7.

§. 2. berbex] antiqua ſcriptura pro *veruex*, vti in margine *C. Trag.* ſcribitur.

conuiuare] *Tilebom.* malebat *conuiuari.* Sed etiam *Enn.* in *Sat.* dicit: *Malo, Hercle! ſuo magno conuiuat ſine modo.*

balatu interdixiſſem] Haec coniectura *Heinſii* mihi videtur vera, quia his per compendium ſcriptis, *balatu inrdixiſſem*, facile potuit oriri lect. *Mſ. balatum duxiſſem.* Bene ſic dicit, pro *eum a loquendo arcuiſſem*, quia *veruecem* eum dixerat. *Heinſ.* tamen malebat: *alapatum illi duxiſſem.* *Scheff.* *iam illi alapam tum* (vel *dudum*) *duxiſſem.* Atque ſic *Hadr.* edidit et *Nod. Burm.* coniicit: *iam illico balatum duxiſſem*, vel *ad balatum*, i. e. *illum verberaſſem*, vt *balaret. Reisk.* edidit: *illi colaphum duxiſſem.*

§. 3. pomum] *Heinſ. promum*, vel *Comum*, qui eſt *comiſſationum deus. Reineſ. Momum.* Sed recte *Burm.* et *Reisk.* defendunt *pomum*, et hic formulam ſimilem ex vernacula affert in *Miſc. Lipſ.*

rideatur] pro *rideat*, vt c. 61, 4. Similia etiam ſupra vidimus.

Lariſuga] *Scheff.* et *Nod. lucifuga.* Sed *lariſuga nocturnus* eſt, qui ne domum quidem habet, qua ſe receptet noctu; niſi quis malit intelligere ſeruum, qui noctu ex domo domini fugerit.

me Hercule!] Ita cum *Patav, Pariſ. Nod.* et *al.* refinxi ex *C. Trag.* lect. *Me-Herculem*, quod *Burm.* edidit.

cito] Ita pro *Mſ.* et *Burm. orto*, edidi cum *Nod.* et *Reiskio*, quia tale quid contextus requirit. *Heinſ. non mehercule mi ſolet cor cito feruere.*

molli] *Mſ.* et *Burm. molle.* In *molli*, i. e. *humoribus abun-*

*dante*

tur. Ridet: quid habet, quod rideat? Numquid 4
pater foetum emit lana? Eques Romanus es? et ego
Regis filius. Quare ergo ſeruiuiſti? quia ipſe me dedi
in ſeruitutem; et malui ciuis Romanus eſſe, quam
tributarius: et nunc ſpero, me ſic viuere, vt nemini
iocus ſim. Homo inter homines ſuos, capite aperto 5
ambulo: aſſem aerarium nemini debeo: Conſtitutum
habui numquam: nemo mihi in foro dixit: Redde,
quod debes. Glebulas emi, lamellulas paraui: vi- 6
ginti ventres paſco, et canem: contubernalem meam
redemi, ne quis ſinu illius manus tergeret: mille denarios

*dante* carne vermes naſcuntur; prouerbium, cuius ſenſus hic eſt: *Qui nimis eſt lenis, cum alii perdunt.*

§. 4. foetum emit lana?] *Tilebom. foenum* mauult; *Hadr.* edidit; *Lamia. Heinſ.* coniicit, *numquid paret* (pro *apparet*) *fatuum me? Itane, eques R. es? Reiskius* putat, in *foetum* latere nomen proprium loci viniferi, atque vult legi *Setium*, qui locus non longe abeſt a *Praeneſte.* Edidit vero *foetum emit? Talan!* Poteſt vero lect. *Mſ.* retineri, ſi ſumamus cum *Burm.* hoc dici: hunc eſſe filium ſuppoſititium, emtum lana a muliere quadam.

es] *Num tu putas, te, ab equite Romano natum, eſſe ex ordine equeſtri?*

Et] *Scheff.* malebat: *At.*

filius] Hoc fingebant liberti et paraſiti. vid. *Alciphron.* p. 428. *Hor.* l. 2. *Od.* 4, 15. Forte *Pallantem, Claudii* libertum, perſtringit, qui ab *Arcadiae* regibus oriundum ſe ferebat.

ergo] *Goeſ. quare, roges.*

ciuis Romanus] ſcil. per manumiſſionem, quae ſimul dabat ciuitatem. v. *Spanh. Orbem Rom. Exerc.* 1. c. 3. et 2. c. 5.

§. 5. ſuos] Si haec *Mſ.* lect. eſt vera, *ſuos* indicat homines, qui ſunt *ſui iuris*, vel *liberi*, vti *ſuus* dicitur l. 7. §. 9. *ff. quibus ex cauſſis in poſſeſſionem eatur. Scheff.* tamen malebat *vos*, quod edidit *Nod. Burm. ſum.*

aerarium] hoc eſt *aeris*, vel *pecuniae*, vti ap. *Cic. pro Quinct.* 4. *aeraria ratio* dicitur. *Scheff.* coniicit, *aſſem, ceratium*, i. e. non aſſem, imo ne *ceratium* quidem.

§. 6. lamellulas] i. e. *maſſas argenti*, vel *auri*, vt *Hor.* 2. *Od.* 2, 2. *abdita terris lamna* dicitur. cf. *l.* 27. §. 6. *ff. de Aur. Arg. et mundo.* Vnde patet, nec argentum ſignatum, nec factum, vel ſupellectilem indicari. *Scheff.* dubitat, vtrum *cellulas*, an *femellulas* ſit legendum; alibi etiam mauult *famellulas*, a *famera*, et intelligit *ſemina*, quibus *vlmaria* fiunt. *Reineſ.* putat, *lamellulam* a *lama*, lacuna maiore, ducendum.

contubernalem] *Scheff.* male hoc voc. iungit cum *canem*. *Reineſ.* mauult: *Caenim contubernalem.*

ſinu illius] Ita cum *Reiskio* edidi, quia lect. *Mſ.* et *Burm. quis in illius*, ſola literae *s* repetitione, et *u*, quod facile potuit

narios pro capite ſolui: Seuir gratis factus ſum: ſpero,
7 ſic moriar, vt mortuus non erubeſcam. Tu autem tam laborioſus es, vt poſt te non reſpicias? in alio pediculum vides, in te ricinum non vides? tibi
8 ſoli ridiculi videmur? Ecce magiſter tuus, homo maior natus; placemus illi: tu lacticuloſus, nec mu, nec ma argutas? vaſus fictilis, imo lorus in aqua, len-
9 tior, non melior. Tu beatior es? bis prande, bis coena.

tuit ab *ſequ.* *i* abſorberi, interpoſito, poteſt elici. *In ſinu amicae fouere manum,* dixit *Sen. de prouidentia* c. 3. *Scheff.* malebat: *in villis illius* (canis) *m. t.* *Reineſ. ne quis in illius capite* (quod loco ſuo excidiſſe, arbitratur) *m. t.* *Heinſ. in illius ſinu.* *Goeſ. in illius mammas manus t.* *Burm. ne quis in capillis illius m. t.* vt c. 27, 6. *Trim. in capite pueri digitos terſiſſe*, dicitur. *Nod.* cum *Hadr.* edidit *in illa m. t.*

gratis] Etiam in lapide, ab *Octauio Rubeo* producto, in *Le Memorie Breſciane* p. 270. VI. VII. *Auguſt. Gratuit.* commemoratur, quia eiusmodi functiones libertis pretio erant emendae.

§. 7. laborioſus] Ita ſemper occupatus in opere tuo. *Goeſ.* malebat *glorioſus.*

pediculum] Ita cum *Burm.* edo, quia non aliud voc. latere videtur in *Mſ. peduclum.* Forte *ped'clum* ſcriptum erat.

ricinum] Hoc requirit oppoſitio pro *ricium Mſ.* Eſt vero animalculum, canum auribus inhaerens, maius foediusque pediculo. *Luc.* 6. *feſtuca et trabs.* *Hor. Serm.* 1. 3, 73. *verrucae et tubera* eodem ſenſu opponuntur. *Sen.* l. 2. *de Ira* c. 8. haec ſic exprimit: *aliena vitia in oculis habemus; a tergo noſtra nobis ſunt.*

ridiculi] Hoc enim ineſt in *Mſ. ridiclei;* forte *ridicli* ſcriptum erat, vt *aedicla*, *offla.*

§. 8. magiſter] ſcil. *Agamemnon*, qui etiam c. 55, 5. *magiſter* dicitur.

maior natus] Hanc lect. *Mſ.* ſeruaui, quia eam *Burm.* defendit ex *Corn. Nep. Reg.* 2. *maior annos ſexaginta natus.* *Etymol. Iſidor. Adaſia, ouis maior nata.* *Alii*, etiam *Burm.* et *Nod.* edidere *natu.*

lacticuloſus] Hoc voc. *gloſſ. vett.* λειπογάλακτος, qui coepit ab vberibus ſubmoueri, explicant. Idque recepi cum *Nod.* et *Hadr.* ex coniectura *Scheff.* pro *Mſ. laeticuloſus*, quod eſt alienum ab h. l. i. e. tu, quaſi modo ablactatus infans, iam nihil loqueris: *mu* enim et *ma* ſunt ſyllabae, quas infantes edunt. *Lucilius* dixit: *neque mu facere*, i. e. mutire. Significat, eum iam obmuteſcere, quia non poſſit ſe defendere. *Heinſ. lendiculoſus*, a *lende* et *lendicula.* *Reiskius* edidit *febriculoſus;* mauult tamen in *Miſc. Lipſ. blacticuloſus*, a *graeco* βλάξ, ſtultus, inſipidus.

Nec mu, nec ma] *Tilebom.* coniicit *Menechma.*

argutas? vaſus] Sic recte diviſerunt editores literas, in *Mſ.* iunctas: *arguta ſuaſus.*

lorus] Ita recte pro *locus Mſ.* dederunt *Patav. Pariſ. Nod.* et *Burm.*

non melior] Ita *Mſ.* et *Burm.* Sed

coena. Ego ſidem meam malo, quam theſauros.
Ad ſummam; quisquam me bis popoſcit? Annis qua-
draginta ſeruiui; nemo tamen ſcit, vtrum ſeruus eſſem,
an liber: et puer capillatus in hanc coloniam veni:
adhuc Baſilica non erat facta. Dedi tamen operam, 10
vt domino ſatisfacerem, homini maliſto et dignitoſo,
cuius pluris erat vnguis, quam tu totus es: et habe-
bam in domo, qui mihi pedem opponerent hac, illac:
tamen, (Genio illius gratias!) enataui. Haec eſt vera 11
athla: nam in ingenuum naſci, tam facile eſt, quam
accede iſtoc. Quid nunc ſtupes, tanquam hircus in
eruilia?

CAP.

Sed *Reisk.* edidit: *canthelio.* Hoc vero retractat in *Miſc. Lipſ.*

§. 9. quisquam] *Tilebom. non quispiam. Heinſ. quisnam.* Sed *quisquam* poteſt retineri, ſi interrogationis particula intelligatur.

ſcit] *Scheff. ſcît*, i. e. *ſciit*, vel *ſciuit* mauult. Atque hoc quidem praefert *Heinſ.* Ego etiam putem, *ſciuit* eſſe recipiendum, niſi liceat ſumere, *eſſem* pro *fuerim* eſſe poſitum.

baſilica] ſic more plebeio tempus deſcribit, quo venerat in hanc coloniam.

§. 10. maliſto] pro *Mſ.* et *Burm. mali iſto* reſcripſi, cum *Nod.* ſuadente *Scheffero* et *Reiskio* in *Miſc. Lipſ.* etſi ille ediderat *megaloſto.* Μάλιϛος vero eſt idem, quod μέγιϛος, quod patet ex phraſi τὰ μάλιϛα ἁμαρτάνειν, quae occurrit apud *Dionem Chryſoſt.* p. 474. A. *Tilebom,* conii. *magnifico; Reineſ. macariſto. Heinſ.* cum *Munkero* mauult *maieſto.*

gratias] ſcil. ago. *Nod.* edidit: *genii gratia.*

§. 11. athla: nam] pro *athlanam Heinſ.* recte ſcripſit; idque recepi cum *Burm. Scheff.* malebat: *haec ſunt vera athla*, quia *graec.* ἄθλον dicitur. Sed vti *ſchema*, et *drama* apud *Plaut.* et ſimilia apud noſtrum, ſic *athla* in ſing. poteſt dici pro *athlon* ab homine plebeio. *Nod.* cum *Hadr.* edidit: *Haec eſt vera* (ſcil. ſententia, vel narratio) *athletam in ingenuum.*

in ingenuum] *In* videtur abundare. Fortaſſe tamen poteſt defendi in ſermone plebeio.

accede iſtoc] *Scheff.* corrigendum putabat: *accedere*, quod edidit *Nod.* Sed in ſermone vulgari etiam apud noſtrates eiusmodi conſtructio eſt in vſu.

in eruilia] Ita *Mſ.* et *Burm.* et hanc ſcripturam genuinam putat *Heinſ. Eruile* enim, *eruum* et *eruilla* eſt genus fabae, quod ſaginandis bubus quidem vtile, ſed non recte praeparatum ingrati eſt ſaporis: *Tilebom. ad Mercurium; Scheff. Mercurialia* ex *Patav. merculia. Nod.* edidit *mercurialem.*

## C A P. LVIII.

*Idem, cum animaduerteret, Gitona riſum effundere, minas conuertit in puerum.*

(Encolp.) Poſt hoc dictum Giton, qui ad pe-
des ſtabat, riſum, iam diu compreſſum, etiam indecen-
ter effudit; quod cum animaduertiſſet aduerſarius
2 Aſcylti, flexit conuicium in puerum: et (Con-
libertvs) Tu autem, inquit, etiam tu rides,
cepa pyrrhiata? O Saturnalia! Rogo, menſis De-
cember eſt? Quando viceſimam numeraſti? Quid
faciat

C. LVIII. §. 1. tu rides] Hoc recte pro *turdes Mſ.* ſubſtituerunt editores.

cepa pyrrhiata] Haec reſcripſi, quia, facillima mutatione admiſſa, ex lect. *Mſ. cepa pirrata* prodeunt, et in orationis ſeriem aptiſſime cadunt. Quoniam enim caput humanum ſolet cum cucurbitis, papaueris capitibus, et omnino cum omnibus fructibus bulboſis comparari: libertus hic *Gitonem* non inepte appellare poterat *cepam*, propter caput criſpum et capillatum, quale habent pueri delicati, cuius ſimilitudinem *cepa* refert propter filamenta, inde pendentia. *Pyrrhiatam* vero (quod voc. ab graeco πυῤῥιάω, *rubeſco*, ductum, dignum eſt *ſemigraeco* homine) *cepam* eum appellat, quia illi per conuicium, etiam noſtris vſitatum, tribuit capillos rufos, qui pro indicio animi praui vulgo habentur. *Tilebom.* coniicit, *pyrrhata. Scheff.* vel *capitata*, vel *pyrra* a *graec.* πυῤῥὰ, vel, quod ei maxime arridet, *piperata.* Idem alibi putat *pirrata* retinendum, idque explicat *induta birro*, vel *pirro*, quae explicatio nimis longe arceſſita eſt. *Reineſ.* quem ſecutus eſt *Nod.* legit *pica cirrata*, putatque, indicari *garrulum*, *cirros geſtantem. Heinſ. cepa cirrata*, aut *piperata* mauult, prius praefert *Burm. Reisk* edidit, *cepa capillata;* exiſtimatque, iſto epitheto ſignificari *pathicum.*

§. 2. O Saturnalia!] Hinc quidam colligunt, hanc coenam fuiſſe celebratam ipſis *Saturnalibus.* Sed hoc non adeo certum eſt, quia *Reisk.* in *Miſc. Lipſ.* ex *Dione Caſſio* p. 779. probat, *io! Saturnalia!* clamaſſe, qui vellent dicaci ſeruo, aut ſuperbo liberto, os obturare. Hoc ergo dicit: *tanta iam vteris licentia, quaſi haec eſſent Saturnalia. Heinſ.* coniicit *io! Saturnalia.*

December eſt?] An eſt *December*, in quo celebrantur *Saturnalia?*

viceſimam numeraſti] aut *quando viceſ. num.* i. e. quando manumiſſus es. Nam *viceſima* eſt ea *pecunia*, quam pro libertate pendebant *praetori*, quae ita dicitur, quia ſoluebatur *viceſima pretii*, quo fuerant emti, aut venditi. Cuius rei origo eſt ducenda ex lege *Manliana*, quam *Cn. Manlius Capitolinus Coſ. A. V.* 398. in caſtris ad *Sutrium*, tributim *de viceſima eorum, qui manu-*

faciat crucis offla? coruorum cibaria? Curabo, iam tibi
Iouis iratus ſit, et iſti, qui tibi non imperat. Ita ſatur 3
pane fiam: vt ego iſtud conliberto meo dono; alioquin
iam tibi de praeſentiarum reddidiſſem. Bene nos ha-
bemus; haud iſti geugae, qui tibi non imperant.
Plane, qualis dominus, talis et ſeruus. Vix me te- 4
neo; et ſum natura caldus: cicereius, cum coepi,
matrem

*manumittebantur*, tulerat. vid. *Liu.* l. 7, 16. Eam vero plerumque domini pro ſeruis pendebant. vid. c. 71, 2.

faciat] *Scheff.* dubitat, an *facias* ſit ſcribendum? Sed convertit ſermonem ad alium, proxime accubantem, vt fit ſaepe in *dramatibus;* et ſenſus eſt: quid aliter *facere poſſit* furcifer?

tibi] pro *Mſ. vbi* recte repoſuerunt editores, quia hoc ſeries orationis requirit.

iſti] ita contemtim deſcribit *Aſcylton.*

§. 3. vt] *Nod. at* edidit; male, nam formula iurandi *vt* poſcit.

conliberto] pro *Mſ. cum liberto; cum* enim eſt moleſtum.

de praeſentiarum] *Scheff.* dubitat, an ſcribendum ſit: *tibi idem praeſentiarium red.* illud tamen ſeruandum cenſet, quia etiam infra legatur *de praeſentia. Corn. Nep.* dicit *in praeſentiarum. Han.* 6.

reddidiſſem] *Goeſ.* addendum putat *vicem.* Sed et *reddere* per ſe dicitur pro *par pari referre. Ter. Eunuch.* 5, 7, 18.

Bene nos h.] Ita *Mſ.* et *Burm. Scheff.* quem ſecutus eſt *Nod.* cum *Hadr.* addidit *non*, et exiſtimat, hanc eſſe formulam comminantis. *Reisk.* edidit: *Bene non h.*

haud] Hoc cum *Heinſ.* puto ineſſe in *Mſ*, in quo *h* ſolet negligi, *aut*, nam ſcribitur et *haut.* Certe iam nihil deſideratur; opponit ſibi, ſuaeque fortis hominibus *Aſcylton*, qui, etſi rideat *Trim.* lautitias, eius tamen beatitatem non aſſequi ipſi videtur. *Burm.* mauult: *at iſti* etc. arbitraturque, *pereant*, vel ſimile verbum deeſſe.

geugae] *Reineſ.* mauult aut *gennaei*, quod putat cum ſale dictum, vt *lat. egregii;* aut *Getae. Heinſ. haud iſti agagulae* (lenones ex *Iſidori Gloſſ.*) *Hadr.* dubitat, vtrum legendum *gangraenae*, an ſeruile apud *Athenienſes* nomen *Getae*, an propter riſum quaſi *gengibiae*, vti dicitur extima pars dentium. *Reisk.* edidit *egregii;* in *Miſc.* tamen *Lipſ.* dubitat, an huc transferendum ſit *gugga;* quod *Lamb.* in *Mſ.* reperit *Plaut. Poenul.* 5, 2, 17. quodque *Reisk.* arbitratur ſignificare *impoſtorem nigrum, Afrum. Burm. geugae* retinuit; recte, vt mihi videtur, quia, vt ipſe obſeruauit, a γεύω, pro quo vulgus γεύγω vtebatur, (v. *Meurſ.* in *gloſſ. graeco-barbaro*) poteſt duci, atque ſignificare eum, cui nulla dapes ſatis placeat. Atque talis quidem *Aſcyltos* huic liberto videbatur c. 57, 2.

imperant] *Scheff.* coniicit, *imperat*, quia de *vno* ſit ſermo. Sed *pluralis*, de *vno* vſurpatus in conuiciis, maiorem vim habet et inuidiam. v. *Donat.* ad *Ter. Andr.* 3. 3, 26. et *Eunuch.* 1. 1, 3.

§. 4. cicereius] pro *Mſ. cicer eius;* hoc eſſe latinum, nomen gentis

matrem meam dupondii non facio. Recte; videbo
5 te in publicum, mus, imo terrae tuber. Nec ſurſum, nec deorſum non creſco, niſi dominum tuum in rutae folium non coniecero, nec tibi par ero, licet, me Hercules! Iouem Olympium clames: curabo, longe tibi ſit comula iſta beſſalis, et dominus dupon-
6 diarius. Recte, venies ſub dentem; aut ego non me noui, aut non deridebis, licet barbam auream habeas.

gentis *Cicereiae* indicat. *Cicereius* poteſt ex ratione loquendi, his hominibus propria, idem eſſe, quod *calidus*, quia, auctore *Plin.* l. 18. c. 12. *cicer terram, in qua naſcitur, adurit.* Tropo non diſſimili vſus eſt noſter c. 44, 6. *piper, non homo.* Neſcio tamen, an non poſſit *cicer eius cum cepi* ſeruari, atque ita intelligi: ſimul ac cibum vel viliſſimum *Trimalchionis* ſumſi, ei ita deditus ſum, vt ne matrem quidem meam curem. Loco ſic intellecto, euitatur ellipſis iſta, *cum coepi*, ſcil. *incaleſcere;* etſi ea noſtratibus non poteſt dura videri, qui dicant: *Wenn ich aber einmal anfange: ſo achte ich auch meine Mutter nicht. Tilebom.* coniicit, *cicer eius cepi. Reineſ. cicerae* (pro *ciceris*) *ius cum cepi. Nod.* edidit *ciceris ius.*

in] Ita *Mſ. Patau.* vero edidit *ſtu.* Hinc *Tilebom. ſtupere; publice mus. Reineſ. Recte ridebo te, ſtuprum publicum.*

mus] Quia hoc voc. inter blanditias amatorias occurrit: *Mart.* l. 11. *ep.* 30, 3. *Heinſ.* putat, ſcriptum fuiſſe: *ſimus* vel potius *pus.* Sed apud *Plaut. Capt.* 1, 1, 9. et alibi, *Paraſiti*, quaſi *mures ſemper edentes alienum cibum*, traducuntur. Huic vero *Burm.* arbitratur, ſalacitatem obiici. Equidem exiſtimo, hoc ineſſe: *mus:* i. e. digne, qui occidaris, tanquam mus.

§. 5. non] delent *Hadr.* et *Nod.* temere, quia haec negationis geminatio plebeiis hominibus, inprimis *ſemigraecis*, ei ex lingua *graeca* aſſuetis, ſatis digna eſt. Cf. 42, 7.

creſco] *Nod.* cum *Hadr. creſcam*, quod eſt rectius; ſed hic libertus de induſtria, temporum rationem negligens, introducitur.

niſi-non] Etiam hic *non* redundat per morem loquendi plebeium.

coniecero] Ita edidi cum *Nod.* quia in *Mſ. coniecit*, quod *Burm.* ſeruauit, nihil aliud latere videtur; certe haec lect. facile potuit oriri, *o* deleto. *Tileb.* malebat *conieceris; Scheff. conieci*, quod *Reisk.* edidit. *Heinſ.* etiam *coniicio* legi poſſe, arbitratur. Senſus hic eſt: niſi dominum tuum in anguſtias redegero; vid. *not.* ad c. 37, 10. Ceterum et hic *Reisk.* edidit *urticae folium.*

nec] Haec etiam pendent ab *niſi: et niſi non par ero.* Iam non opus eſt ſigno interrogationis poſt *ero.*

par ero] *Reineſ. parſero*, quod edidit cum *Hadrianid. Nodot.*

beſſalis] Ita recte pro *Mſ. beſalis Burm.* edidit, i. e. *comula* nullius pretii, quaſi duos tantum aſſis trientes valens. *Patau.* edidere *betalis*, ſimilis *betae:* idque *Nod.* cum *Hadr.* ſeruauit. Sed *dupondiarius* pronunciat, *beſſalis* legendum eſſe.

habeas. Athana tibi irata ſit, curabo, et qui te 7
primus de cureo defecit: non didici geometrias, critica et alogias manias, ſed lapidarias literas ſcio, partes centum dico, ad aes, ad pondus, ad nummum. Ad

§. 7. Athana] i. e. *Minerua*, quae ſic dicitur a *graecis, dorica* dialecto, quae per *Campaniam* omnem erat in vſu, vtentibus. Inde in *Mſ. Sathana*, quod habet *Burm.* ortum eſt, repetito *s* verbi *habeas*, quod vidit *Heinſ.* cuius auctoritate *Reisk.* ſic edidit. *Mineruae* mentio hic fit, quia eam diſcipuli atque magiſtri maxime colunt. *Reineſ.* vult *ſagana* ex *Hor.* qui eam *Canidiae ſagae* iungit 1. *Sat.* 8, 25. et *Epod.* 5, 25. Atque hoc *Nod.* cum *Hadr.* recepit. *Scheff.* mauult *ſatuna*, a *ſatu* et *ſerendo*, meretricemque intelligendam exiſtimat; vel *Athara*, nomen *Phoenicium* et *Syrorum*, *Derceti* olim tributum. *Burm.* cogitabat *Saturnia*, vt c. 25, 4. *Iunonem meam iratam habeam.* Sed non multum huic coniecturae fauet. *Reisk.* in *Miſc. Lipſ.* defendit *Sathana*, quia *Petron.* potuerit de *Sathana* audire.

de cureo] *κουρείῳ*, *de tonſtrina*, pro *Mſ. decuro*, ita cum *Reisk.* edidi, quia per hanc facillimam mutationem prodit ſenſus commodiſſimus. Nam *Gitonem* in *tonſtrina* verſatum fuiſſe, ex c. 94, 14. poteſt colligi. *Primus*, pro *primum*, hic eſt *nuper*, vt *Virg. Aeneid.* 1, 24. Neque iſta conſtructio, *deficere aliquem de*, vel *a cureo*, in qua *neutrum* pro *actiuo* ponitur, huic coniecturae obſtat, quia *deficere*, cum dicitur pro *deſtituere*, actiue dicitur: quidni ergo, cum ſignificat *deſciſcere*, eo ſic poſſit vti homo *ſemi-graecus?* Poſſit tamen, ſi quis malit, *deiecit* ſubſtitui, quod legendum putauit *Goeſ.* toto loco ſic mutato: *et ei, qui te primus de cerebro deiecit. Reineſ.* coniicit: *et ei, qui te primus condocefecit.* Atque ſic *Nod.* cum *Hadr.* edidit, qui tamen *ei* neglexere. *Scheff. qui te primus de curuo refecit. Patau. de cero; Pariſ. de cetero* ediderunt. *Burm.* ſuſpicatur, ſcriptum fuiſſe, *qui te primus oecuro* (*οἰκουρῷ*) *defecit*, i. e. qui te primus ſine cuſtode iuſſit eſſe.

critica] pro *Mſ. cretica*, reſcripſi cum *Reisk.* qui per hoc voc. intelligit *grammaticam*, ſenſu latiſſimo dictam. *Tilebom.* malebat *geometriam, criticen. Reisk.* edidit *et critica.*

et alogias manias] pro *alogias menias Mſi*, i. e. *philoſophiae inſana praecepta:* quam *alogian*, ſtultitiam, dicit pro *ſapientia;* hinc ei tribuit *manias. Tilebom. et alogias meras. Scheff. geometricas, Creticas* (ſcil. fabulas) *et alogas naenias. Heinſ. Geometriae ſecreta, et alogas naenias*, vel *inanias*, vel *manias. Burm.* edidit *alogias, naenias*, putatque, *alogias* ad *geometriam, naenias* ad *criticen* reſpicere. *Nod.* recepit *geometricam, criticam*, et *alogias meras. Hadr. geometricas, criticas et alogas naenias. Patau. geometras cretica et alogias menias.*

lapidarias] *Mſ. lipidarias. Patau.* etiam *Burm. lapidarias. Reiskius* coniicit *libellarias.* Ceterum in *Nod.* et *Hadr. Edd. literas* eſt omiſſum, neſcio, an conſulto?

partes centum] *Goeſ. partes* (ſcil. architecturae) *decenter dico.* Sed vid. *partes* in *Ind.*

ad aes] *Burm.* credit, *ad as*, pro

8 Ad ſummam, ſi quid vis: ergo et da ſponſiunculam; exi! defero lemma. Iam ſcies, patrem tuum mercedes perdidiſſe; quamuis et Rhetoricam ſcis. Ecce
9 quidem nobis longe nemo: late venio. Solue me; dicam tibi, qui de nobis currit, et de loco non mouetur: qui de nobis creſcit, et minor fit. Curris, ſtupes, lata-

pro *ad aſſem*, dixiſſe *ſemilatinum* hominem. Sed *ad aes* poteſt eſſe, *ad ſummas pecuniae*, in rationibus poſitas, *definiendas*. *Aera* enim ſic dicuntur. *Cic. Hortenſ.* ap. *Non.* 3, 18. vti *ad pondus* eſt, ad pondus rerum computandum; et *ad nummum*, ad pretium ſingulorum nummorum, ad alios relatorum, conſtituendum.

§. 8. ergo et da] Ita edidi pro *Mſ. ego et tu*, quia hoc vno modo *ellipſis* dura, et verborum confuſio poteſt euitari, *ergo* vero et *ego* in *Mſſ.* ſaepe permutantur; quo facto, facile etiam ex *da* potuit *tu* naſci. *Tilebom.* verba ſic transponenda putabat: *Exi tu, et ego ſponſiunculam defero, Lana* etc.

exi] eſt prouocantis. *Scheff. ecce, defero;* quod edidit *Nod.* cum *Hadr.*

lemma] edidi cum *Reiskio* pro *Mſ.* et *Burm. lanna:* quia λῆμμα pro *axiomatibus* dicitur ſaepius apud oratores graecos, vt *Liban.* 2. p. 91. Cogitaui tamen, an *Lanas iam ſcies, patrem tuum mercedes perdidiſſe*, legi poſſet, ſi alluderetur ad id, quod c. 57, 4. ei iam obiecerat. Sed *lemma* vt propius ad literas accedit, ita eſt ſimplicius. *Scheff. Sane iam ſcies:* alibi putat, ſcribendum eſſe *ſanna: Reineſ. Lamia*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr. Heinſ. exi, defero lamnam*, ſcil. laminam plumbeam, vel tabellam, quae hominibus de plebe pugillarium loco erat; ſolebat enim formula ſponſionis in tabellam referri. Proponit etiam vir doctus: *defero annulum* (qui ſolebat in ſponſione oppignorari). *Burm.* arbitratur, forte in his: *de fero lana*, vti edidere *Patau.* prouerbium, vel aenigma ruſticum latere.

mercedes] quas ſoluit doctoribus.

ſcis] Ita *Reisk.* edidit, quem ſecutus ſum, quia nexus requirit *ſcis*, vel *ſcias*, quod *Goeſ.* mauult. *Scio*, quod habet *Mſ.* et *Burm.* alienum eſt, quia libertus indicauerat, ſe a literarum ſtudio abhorrere. *Tilebom.* malebat *neſcio*, quod edidit *Nod.*

nemo] ſcil. eſt; i. e. nemo a me longe abeſt, vel me longe praeſtat. *Scheff. Ecce, qui dem vobis, longe venio*; putatque, *dem* ambigue dici, et de *ſponſione*, et de *poenis*. *Goeſ.* — *longe non eo. Reisk. nobis: longe venio. Burm.* edidit: *nobis longe venio.*

late] Ita *Mſ* Etiam haec improprie dicta ſunt; id enim ſibi vult: *multa expertus ſum, vti, qui multas terras peragrauit. Burm.* coniicit: *ecce quidam nobis longe, nemo late venit.* Sunt tamen, qui in his iam putent ineſſe aenigma.

§. 9. Solue me] a ſponſione, ſi ea tibi non placet: iam ſine ſponſione tibi dicam aenigma. *Burm.* putat, *ſolue me* dici ruſtice, pro *ſolue mihi aenigma;* vel, *ſolue mi*, eſſe legendum.

qui de nobis] *Goeſ.* mauult: *eſt*

ſatagis, tanquam mus in matella. Ergo aut tace, 10
aut meliorem noli moleſtare, qui te natum non putat; niſi, ſi me iudicas annulos buxeos curare, quos
amicae tuae inuolaſti. Occuponem propitium! 11
eamus in forum, et pecunias mutuemur. Iam
ſcies, hoc ferrum fidem habere. Vah! bella res 12
eſt, volpis vda. Ita lucrum faciam; et ita bene
moriar, aut populus per exitum meum iuret, niſi
te, toga vbique peruerſa, fuero perſecutus. Bella 13
res, et iſte, qui te haec docet, mufrius, non Magiſter.
Didici-

*eſt de nobis, qui currit.* Equidem malim *quis.* Deſcribi hoc aenigmate mihi videtur aliquis ex conuiuis, (*de nobis,*) qui, cum operam det opibus augendis, nihil tamen proficiat. Forte carpit *Aſcylton*, qui, cum rideret *Trimalchionis* lautitias, videbatur maiorem luxum requirere; talis autem homo luxu minuit opes, cum eas ſtudio auget. v. c. 57, 2. 9.

§. 11. Occuponem] *Reineſ. ô cleponem*, a *latino clepere* vel *graec.* κλέπτειν *Heinſ. ô Bucconem*, i. e. *garrulum.* Sed *occuponem* poteſt ſeruari. Nimirum *Mercurius*, cuius praeſidio furtum fecerat *Aſcyltos*, molliore appellatur nomine, quod eſt ad analogiam vocabulorum *repoſcones, volones, agones*, formatum.

hoc ferrum] i. e. *me, annulo ferreo ornatum*, maiorem fidem habere apud menſarium, quam te, geſtantem annulum aureum.

§. 12. volpis vda] antique pro *vulpes vda:* ita dicitur, qui victus quaerit latebras, *vt vda vulpes. Heinſ.* transpoſitis literis, vult legi: *volſa picla. Volſi* vero dicuntur *cinaedi. Triller.* in *Obſeru.* coniicit *verſuta.*

aut] *Heinſ.* et *Burm.* malunt, *aut ita.* Sed *ita* poteſt intelligi.

peruerſa] *Reineſ.* legendum putat *praeuerſa*, intelligitque *togam*, anteriora verſus adductam et complicatam, ne curſus impediretur. *Scheff. peruerſa* defendit, et intelligit *reiectam* in humeros, vt brachia, pectus et anteriora omnia eſſent libera; iſta enim reiectione ea, quae ante dependebant ad pedes, ad collum et caput vertebantur.

§. 13. mufrius] *Tilebom.* malebat *meſapus; Reineſ. non muſteus magiſter*, i. e. *non nouicius; Scheff. nuſtorius*, i. e. *nuphthorius*, νυφθορεὺς, *corruptor mentis. Munkerus: rus merum. Heinſ.* proponit, *Muricidus;* (*ignauus, ſtultus*) aut *Muger* (*qui talis male ludit*) *verius*, aut *Murgiſo verius*, (*iners, deſidioſus*) vel *Murcer verius* (νωθεῦς) *Nod.* cum *Hadr.* recepit *muſtum. Reisk.* coniicit, *mularius;* in *Miſc. Lipſ.* dicit, hoc eſſe vocabulum *ſyrum*, vt *ambubaiae, Mamphula*, et notare magiſtrum: prouocatque ad *praef. Pocokii* ad *hiſtor. Dynaſtiarum Abilfaragii*, vbi hic in titulo appellatur מפרינא, *doctor noſter.* Senſus fortaſſe hic eſt: ſed tuus magiſter non dignus erat magiſtri (*Romani*) nomine, ſed erat *mufrius*, magiſter *Syrus*, barba-

Didicimus; (dicebat enim magiſter:) ſunt veſtra ſalua? recta domum, caue, circumſpicias, caue, ma-
14 iorem maledicas, haud numera mapalia. Nemo dupondium euadit. Ego, quod me ſic vides, propter artificium meum Diis gratias ago.

## C A P. LIX.

*Trim. ad hilaritatem adhortatur, et, Homeriſtis productis, iactanda inepte notitia fabularum Homeri, prodit inſcitiam. Poſtea adfertur vitulus, quem ſciſſor, Aiacis inſanientis perſonam ſuſtinens, ſcite geſticulatus concidit, et conuiuis diſtribuit.*

(Encolp.) Coeperat Aſcyltos reſpondere conuicio, ſed Trimalchio, delectatus Conliberti eloquentia: (Trimalc.) Agite, inquit, ſcordalias de medio; ſuauiter ſit potius; et tu, Hermeros, parce adoleſcen-
2 tulo: ſanguen illi feruet, tu melior eſto. Semper in hac re qvi vincitvr, vincit. Et tu, cum eſſes

barbarus: qualem habuerunt ſervi furaces, *Syri*.

Didicimus] ſcil. nos vero diſciplina veri magiſtri vſi ſumus, et ex ea profecimus.

dicebat] *Scheff. docebat.*

ſalua] *Scheff.* quem ſecutus eſt *Nod.* cum *Hadr. ſunt veſtra, Salue*, i. e. veſtrum eſt, dicere occurrentibus: *Salue!* Sed nulla mutatione opus eſt. Quaedam, quae didicerant, commemorat: *Didicimus* dicere occurrentibus: *ſunt veſtra ſalua?* didicimus etiam illud praeceptum: *recta domum*, ſcil. *ite.*

maiorem] pro *Mſ. mo iorem. Goeſ. morionem.* Apud *Petron.* plebeii *maledicere* cum *accuſ.* conſtruunt, vt c. 96, 7. per *graeciſmum. Theophr.* περὶ εἰρωνείας· τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσι.

haud] Hoc reſcripſi ex coniectura *Scheff.* quia in *aut Mſ.* in quo *h* negligitur, poteſt *haut* vel *haud* latere; idque requiritur, niſi malis cum *Hadr.* et *Nod. numeres* legere.

dupondium] recte pro *Mſ. dupondum* reponunt, nec tamen ſic dici putem *Gitonem*, ſed hunc ſenſum eſſe: *Nemo tamen meorum commilitonum iam euadit dupondium*, i. e. anguſtias rei familiaris.

C. LIX. §. 1. melior] *Burm.* conii. *mollior.* Sed *melior* pro *humanior* dicitur etiam *Hor. Epod.* 16, 15.

§. 2. semper — vincit] Haec ſententia, quae c. 82. ſubiicitur in *vett. Edd.* huic loco eſt aptiſſima.

eſſes capo: coco, coco, atque cor non habebas.
Simus ergo, quod melius eſt, apprime mites, hilares,
et Homeriſtas ſperemus. (Encolp.) Intrauit factio 3
ſtatim, haſtisque ſcuta concrepuit: ipſe Trimalchio
in puluino conſedit, et cum Homeriſtae Graecis ver-
ſibus colloquerentur, vt inſolenter ſolent: ille canora
voce Latine legebat librum. Mox, ſilentio facto:
(Trimalc.) Scitis, inquit, quam fabulam agant?
Diomedes, et Ganymedes duo fratres fuerunt: ho- 4
rum ſoror erat Helena. Agamemnon illam rapuit,
et Dianae ceruam ſubiecit. Ita nunc Homerus dicit,
quemadmodum inter ſe pugnent Troiani, et Paren-
tini. Vicit ſcilicet, et Iphigeniam, filiam ſuam, 5
Achilli dedit vxorem; ob eam rem Aiax inſanit,
et ſtatim argumentum explicabit. (Encolp.) 6
Haec vt dixit Trimalchio, clamorem Homeriſtae
ſuſtulerunt, interque familiam diſcurrentem vitu-
lus, in lance denaria elixus, allatus eſt, et quidem
galea-

capo] i. e. gallus ſpado: *coco, coco*, ſcil. ſonabas, qui eſt gallinarum ſonus; i. e. *muliebris eras. Ergo te decet iſta temperantia. Heinſ. cum eſſes calo calo coco. Til. cocō, cocio.*

atque] *Nod.* inſerit *tunc*; temere.

habebas] Ita pro *habeas Mſ.* et *Burm.* lego cum *Til.* et *Nod.* quia haec ad *apodoſin* pertinent. *Heinſ. aeque cor non habebat.*

apprime mites] Haec reſtitui ex *Mſ. a primitis*, ſerie orationis addicente. Olim forte ſcriptum erat *apprime mitis. Tilebom.* malebat *a primitus. Scheff. apti, mites, hilares. Burm.* coniicit *apprimitus*, vel *a primitus. Hadr.* et *Nod.* edidere *apprime hilares. Reisk. praï, mitis, hilaris*, i. e. *πρᾷοι*, mites, hilares.

ſperemus] Ita *Mſ.* i. e. expectemus. *Pariſ.* et *Patau. ſpectemus. Reisk.* coniicit *imperemus.*

§. 3. inſolenter] i. e. *voce* colloquentibus *inſolenti*, vel *canora*, vt ipſe explicat: *Heinſ. vt ſolent, inſolenter ille canora voce.* Tales ludos in vſu fuiſſe in conuiuiis, docet *Iuuen. ſat.* 11. 177.

§. 4. Diomedes] Noua *Trim.* ſuae inſcitiae documenta edit, cum ſapientiam, ex *Homero* hauſtam, expromere conatur.

Homerus] *Mſ. Homeros.*

Parentini] *Scheff.* coniecit *Tarentini;* non male, quia hi noti erant *Trimalchioni*, et *Graecorum* colonia.

§. 5. Vicit] Putat *Scheff.* hic nomen victoris deeſſe, quidni vero *Trim.* poſſit dicere, *Agamemnonem viciſſe?*

Iphigeniam] *Mſ. Ephigeniam.*

§. 6. denaria] Hanc *Burm.* con-

7 galeatus. Secutus eſt Aiax, ſtrictoque gladio, tan-
quam inſaniret, concidit, ac modo verſa, modo ſu-
pina geſticulatus, mucrone fruſta collegit, miranti-
busque vitulum partitus eſt.

## C A P. LX.

*Demittitur e lacunaribus circulus, ex quo coronae aureae cum alabaſtris vnguenti pendent. Menſae imponitur repoſitorium cum placentis, et cum Priapo, a piſtore facto, qui poma ſuſtinebat: quibus tactis, effundebatur crocus. Conſurgunt conuiuae, Auguſto feliciter! dicunt; quidam pomis mappas implent. Duo pueri lares menſae imponunt; vnus pateram vini circumfert.*

Nec diu mirari licuit tam elegantes ſtrophas; nam
repente lacunaria ſonare coeperunt, totumque tricli-
2 nium intremuit. Conſternatus ego exſurrexi, et
timui

iecturam recepi, quia ea ad literas *Mſ. dunariam* proxime accedit; neque contradixerim, ſi quis malit alteram eiusdem coniecturam, *ducenariam*, praeferre, qui decem librarum pondus nimis leue putet. *Patau.* ediderunt: *clunaria.* Hinc *Tileb. culinaria. Scheff.* ſuſpicabatur, *clumaria* ab *cluma*, pro *gluma*, quaſi vanni inſtar fuiſſet; poſtea *clunar* reſtituendum putauit, quod *Philoxenus* κριθῆς λέπυρον explicat. Sed vocabula tam inſolentia *Encolpio* non dedit *Petron. Reineſ. centenaria. Nod.* cum *Hadr.* et *Burm.* edidit *decumana*, *Heinſ. clibanaria*, i. e. quae habebat *clibanum* ſuppoſitum.

galeatus] Hoc epitheton refert *C. Trag.* ad *Aiacem*, cui rectius conuenit. Fortaſſe vero *galeatus* allatus eſt *vitulus*, quia cum illo quaſi pugnaturus erat *Aiax*, vel hiſtrio, qui *Aiacem* inſanientem agebat.

§. 7. ſupina] Ita, *Scheff.* ſuadente, cum *Burm. Nod.* et *Hadr.* edidi, quia *ſpuma Mſ.* non locum habet, *ſupina* ſenſum commodum admittit; indicatur enim, *Aiacem*, vtraque manus parte, et exteriore et inferiore, geſticulatum eſſe gladium, et deinde demum, poſteaquam artem demonſtraſſet, collegiſſe fruſta mucrone. *Scheff. verſa* et *ſupina* ad *fruſta* refert. *Heinſ. modo obverſa* vel *auerſa*, *modo ſupina*. *Burm.* dubitat, an ſcriptum fuerit: *modo verſo*, *modo ſupino*, *geſticulatus mucrone*, vt artificium dextre vibrandi gladii demonſtraret, et fruſta ſuffigeret mucrone. Olim etiam cogitabat, an legi poſſet: *modo terſo*, *modo ſpumanti*, vel *ſpumeo* (i. e. ſucco vituli ſparſo) *geſticulatus mucrone.*

fruſta] *Mſ. fruſtra.*

C. LX. §. 1. ſtrophas] Hoc recte receperunt editores, pro *Mſ. ſcrophas.*

lacunaria] *Tilebom. laquearia. Triclinia verſatilia* habuit Nero, *Sueton.* c. 31. *Sen. ep.* 90. Attamen de luxu *Metelli Val. Max.* l. 9. c. 1, 5. ſimile quid narrat: *demiſſas*

timui, ne per tectum Petauriſtarius aliquis deſcende-
ret: nec minus reliqui Conuiuae mirantes erexere
vultus, exſpectantes, quid noui de coelo nunciaretur.
Ecce autem deductus lacunaribus ſubito circulus in- 3
gens, de cupa videlicet grandi excuſſus, demittitur,
cuius per totum orbem coronae aureae, cum alaba-
ſtris vnguenti, pendebant. Dum haec apophoreta 4
iubemur ſumere, reſpicimus ad menſam: iam illic
repoſitorium, cum placentis aliquot, erat poſitum,
quod medium Priapus, a piſtore factus, tenebat, gre-
mioque ſatis amplo omnis generis poma, et vuas ſu-
ſtinebat, more vulgato. Auidius ad pompam ma- 5
nus porreximus, et repente noua ludorum remiſſio
hilaritatem hic refecit. Omnes enim placentae, 6
omniaque poma, etiam minima vexatione contacta,
coeperunt effundere crocum, et vsque ad nos mole-
ſtus humor accedere. Rati ergo, ſacrum eſſe pe- 7
riculum tam religioſo apparatu perfuſum, conſurreximus

*miſſas laquearibus, aureas coronas, velut coeleſti capite, recipiebat.*

§. 2. Petauriſtarius] Hoc procul dubio latet in *Mſ. peteuriſtarius. Reisk.* vero mauult: *peteuoriſtarius.*

§. 3. deductus lacunaribus] Ita *Mſ. Scheff.* corrigit *diductis*, quod, vt elegantius, ita receptum eſt a *Nod.* et *Hadr.*

videlicet grandi] *Burm.* dicit, pro *gloſſemate* poſſe haberi, vt diſtinguatur a *cuppa*, quod eſt *poculum.*

§. 4. reſpicimus] Ita reſcripſi pro *Mſ. Burm.* et *Nod. reſpiciens:* quia hoc ἀνακόλουθον non ferri poteſt, praeſertim in narratione *Encolpii*, elegantiae ſtudioſiſſimi. Nam etſi *nominatiuus*, abſolute poſitus, per *graeciſmum* poſſet excuſari, tamen *plurali* opus erat. Quare, ſi quis mallet cum *Reiskio* in *Miſc. Lipſ. reſpicientes*, facilius concederem. *Goeſ.* coniicit *reſpicientibus. Munkerus* ad *Hygini fab.* 164. *vt reſpicimus.*

§. 5. pompam] ſ. *poma.*

et repente] *Heinſ. en.*

§. 7. periculum] Haec *Mſ.* lect. poteſt defendi, quia omnes res, vnde malum poſſit creari, dicuntur *pericula. Plin.* 35, 7. *naves* dicit *pericula.* Videbatur nocere poſſe hoc ferculum, illud ſine iuſta veneratione transmittentibus. *Scheff.* primo hoc voc. praecedentis *ſacrum* gloſſema, deinde *peniculum*, i. e. *penem* vel *mentulam Priapi*, legendum putabat. *Reineſ. ferculum*, quod dicitur pro *ferculo Colum. praef. Suet. Calig.* 15. valdeque arridet mihi, receptum quoque ab *Hadr.* et *Nod.*

religioſo adparatu p.] ſcil. *croco. Heinſ. perfuſi* malebat.

mus altius, et Auguſto, patri patriae, Feliciter! diximus: quibusdam tamen, etiam poſt hanc venerationem, poma rapientibus, et ipſi iis mappas impleuimus. Ego praecipue, qui nullo ſatis amplo munere puta-
8 bam me onerare Gitonis ſinum. Inter haec tres pueri, candidas ſuccincti tunicas, intrauerunt: quorum duo Lares bullatos ſuper menſam poſuerunt; vnus pateram vini circumferens, Dii propitii! clamabat. Aiebat autem, vnum Cerdonem, alterum Felicionem,
9 tertium Lucionem vocari. Nos etiam veram imaginem ipſius Trimalchionis, cum iam omnes baſiarent, erubuimus praeterire.

altius] *Munkerus* in *ep. ad Heinſ. ocyus.*

venerationem] Ita recte *Patauini* ediderunt, pro *Mſ. venationem.*

et ipſi iis] Sic recte edidit *Reisk.* ex coniectura *Heinſ.* pro *Mſ.* et *Burm. et ipſius. Hadr.* et *Nod. et ipſas.*

munere] de more tradendi ſeruis ad pedes obſonia, domum ferenda. v. *Salmaſ.* ad *Vopiſc. Carin.* c. 19. et ea in mappa alligata ſuſtuliſſe conuiuas, patet ex c. 66, 4.

onerare] *Tilebom. onerare poſſe.*

ſinum] ex *Tilebom.* coniectura recte receperunt editores pro *Mſ. vnum.*

§. 8. ſuccincti tunicas] *Graecismus*, ſaepe expreſſus a poëtis. *Ouid.* 10. *Met.* 536. *veſtem ritu ſuccincta Dianae.*

ſuper] ita *Mſ.* vt c. 34, 9. *Patau.* et *Pariſ. ſupra.*

poſuerunt] Hunc ritum illuſtrauit *Cuperus* l. 2. *Obſ.* c. 3. Statuis autem in menſa poſitis, libatio ex patera fiebat. v. *Seru. ad Virg.* 1. *Aeneid.* 730.

Cerdonem] *Scheff. Certonem* a *certo*, vel *Credonem* a *credo* malebat, quia reliqua nomina ſunt *latina.*

Lucionem] *Lucronem, Heinſ.* ſcribendum putat, quia hoc nomen, vt ſuperiora, occurrit in marmoribus. His nominibus indicat *Trim.* felicitatem ſuam, pro qua *laribus* gratias agit. Poteſt tamen *Lucion* defendi, vel ita, vt putemus, vel ex *graeco* Λύκων, quod eſt nomen ſerui apud *Xen. Epheſ.* p. 23. *fin. Theophr. Char.* c. 8. vel a *latino lux* ductum eſſe. Lux enim etiam apud *latinos* poëtas felicitatem indicat. v. *Hor.* 4. *Od.* 5, 5. *Lucem redde tuae, dux bone, patriae.*

§. 9. veram] i. e. quae plane exprimebat *Trim.* vt facile poſſet a nobis agnoſci. Inter *lares* nimirum erat eius imago; quod erat inſolens. *Reineſ.* mauult *ceream. Nodot.* edidit *allatam.*

CAP.

## CAP. LXI.

*Niceros, a Trimalchione prouocatus, narrat, quid ipſi eueniſſet, cum ad Meliſſam, quam amabat, mortuo eius contubernali, proficiſceretur.*

Poſtquam ergo omnes bonam mentem, bonam-
que valetudinem ſibi optarunt, Trimalchio ad Nice-
rotem reſpexit: et (TRIMALC.) Solebas, inquit, 2
ſuauius eſſe in conuictu; neſcio, quid nunc taces, nec
mutis? Oro te, ſic felicem me videas, narra illud,
quod tibi vſu venit. (ENCOLP.) Niceros delectatus 3
affabilitate amici: (NICEROS) Omne me, inquit,
lucrum tranſeat, niſi iam dudum gaudimonio diſſi-
lio, quod te talem video. Itaque hilaria mera ſint, 4
et ſi timeo iſtos Scholaſticos, ne me derideant: vi-
derint. Narrabo tamen, quid enim mihi aufert, qui
ridetur? Satius eſt rideri, quam deridere.

(ENCOLP.)

C. LXI. §. 2. ſuauius] Ita *Mſ.* quod defendunt, quia olim eius formae *adiectiua* δίκλιτα fuerint, vt *induſtris* et *induſtrius*; *lepidis* et *lepidus*. Equidem malim ſumere, hic eſſe *aduerbium* pro *adiectiuo* poſitum, per *graecismum* valde vſitatum, v. c. ἀσφαλῶς εἶναι, *tutum eſſe*, *Demoſth. ep.* 3. quem *Latinos* quoque interdum eſſe imitatos, apparet ex *Cic.* pro *Roſcio Amer.* c. 5. *Quaeſtionem haud remiſſius futuram.* Plura vide notata a *Cel. Zeunio.* ad *Viger.* p. 366. et apud *Vechner. Helenol.* 1, 12. *Tileb. ſuauiorem eſſe. Scheff. ſuauis*, vt infra c. 64, 2. Et ſic edidit *Nod.* cum *Hadr.*

nunc] Haec *Scheff.* coniectura, ab *Nod.* et *Hadr.* recepta, etiam mihi recipienda viſa eſt, quia *nec Mſ.* nullum ſenſum admittit, ſi vel maxime, ſuadente *Burm.* ita interpungamus: *neſcio quid. Nec taces, nec mutis.* Etenim cum *mutire* ſit *loqui:* non appa-ret, quomodo aliquis poſſit, *nec tacere, nec mutire*, cum, qui *non mutiat*, taceat, qui *non taceat*, mutiat. Praeterea *taceas* et *mutias*, dicere debuiſſet *Trim.* Sed non adeo ſtudioſus eſt elegantiae.

§. 4. et ſi] *Scheff. etſi.* ſed poteſt *et ſi* ſcribi: ſi in *viderint* eſt apodoſis.

derideant] *Tilebom. Scheff. Heinſ. ne rideant* malunt ob ſeqq. et ſic edidit *Nod.* cum *Hadr.* ſed non eſt neceſſe.

viderint] pro *Mſ.* et *Burm. Viderit*, recte iam edidere *Patau.* et *Pariſ.* nam contextus requirit. *Scheff.* mauult *riſerint.* Sed *viderint* eſt ſatis aptum; ſignificat, hanc non eſſe ſuam curam.

ridetur] Ita *Mſ.* pro *ridet*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr. al.* cf. c. 57, 3. *Reisk.* ed. *irridet.*

deridere] Sic lego pro *Mſ.* et *Burm. derideri.* Diſcrimen enim inter *ridere* et *deridere* temere ſtatuitur, cum ipſe timeat,

5 (Encolp.) Haec vbi dicta dedit - - - - -
6 talem fabulam exorſus eſt. (Niceros) Cum ad-
huc ſeruirem: habitabamus in vico anguſto, (nunc
Gauiliae domus eſt,) ibi, quomodo Dii volunt,
amare coepi vxorem Terentii cauponis: noueratis
Meliſſam Tarentianam, pulcherrimum baſioballum.
7 Sed ego non, me Hercules! corporaliter, aut propter
res venerarias curaui; ſed magis, quod bene morata
8 fuit. Si quid ab illa petii: nunquam mihi nega-
tum; fecit aſſem: ſemiſſem habui; in illius ſinum
deman-

ne ſe *derideant.* Nam dicit: magis peccare eum, qui alterum *derideat*, quam qui *rideatur* temere.

§. 5. dedit] hemiſtichium *Virg. Aeneid.* 1, 790. et 6, 628.

§. 6. quomodo — volunt] vt *Hor.* l. 1. *Od.* 33, 10. *ſic viſum Veneri. Ter. Eunuch.* 5. 237. *Quid? ſi hoc voluit quispiam deus.*

nou. Mel.] *Goeſ. noueratis in ea Meliſſam.*

baſioballum] Hoc puto latere in *Mſ.* et *Burm. bacciballum.* Eſt vero haec vox hibrida ex *baſium*, et βάλλειν. Poſſit etiam *baſiobolum* ſcribi, vt δροσοβόλος. *Neutrum* forte poſuit, quia ſcortum in animo habebat. *Hadr.* quem ſecutus eſt *Nod. baſiballeum*, (vel *baſibolum*,) idque putauit compoſitum ex βάσις, *fulcimentum*, et βάλλω, *figo, pono, immitto;* quaſi diceretur *idonea ſubiici*, quod mihi altius videtur repetitum. *Tilebom.* volebat *baccellum.* Sed quid hoc ſibi vult? *Reineſ. caſalbadium*, i. e. vti explicat, *ſcortillum* ab κασαλβὰς, quod apud *Suidam ſcortum* ſignificat. *Scheff.* dubitat, an *baſcaniballum*, (vel *faſcinaballum*,) i. e. oſculis faſcinantia quaſi tela emittens, ſit ſcribendum? *Heinſ.* ſuſpicatur, *baci ciballum* olim ſcriptum fuiſſe, pro *Bacchi cymbalium*, quod putat dici pro *cymbaliſtria. Reisk.* edidit *pulcherrimam baſilliſſam.*

§. 7. corporaliter] *Mſ.* addit *autem*, pro quo *Munkerus* ad *Hygin. f.* 75. legit *eam.* Sed videtur lapſu librarii ex ſeq. *aut* natum.

venerarias] Sic *Mſ. et Burm.* pro quo *venerias* edidit *Nod.* cum *Hadr.* et aliis, ſuadente *Scheff. Reineſ.* tamen defendit *venerarias*, quia *venerari*, pro *rei venereae ſtudere*, dixerunt, cadente latinitate: adeoque hoc iam antea apud plebem in vſu fuiſſe videtur.

morata] Ita cum *Nod.* et *Hadr.* probante *Burm.* edidi, pro *Mſ.* et *Burm. moriar:* nam primo iurantis formula hic non eſt opus; deinde vocabulo *corporaliter* nihil melius opponitur, niſi hoc; denique *fuit* tale vocabulum requirit. *Scheff.* ſic diſtinguit: *ſed magis, quod, bene moriar, ſi quid ab illa petii, nunquam mihi negatum fuit. Pariſ.* ediderunt: *ſed magis, quod bona, moriar, fuit.*

§. 8. negatum; fecit] Ita diſtinguendum eſt, ſi haec lect. recte ſe habet. *Scheff. fuit* pro *fecit* legit: et *fuit* ſuperius delet.
Forte

demandaui; nec vnquam fefellit vſum. Huius con- 9
tubernalis ad villam ſupremum diem obiit. Itaque
per ſcutum, per ocream ecraginaui, quemadmodum
ad illam peruenirem: attamen in anguſtiis amici
apparent.

## CAP. LXII.

*Narratio haec continuatur.*

Forte dominus Capuae exierat ad ſcruta ſcita ex-
pedienda. Nactus ego occaſionem, perſuadeo ho- 2
ſpitem

Forte illud poſſit dici loco alieno irrepſiſſe, cum margini appoſitum, indicaret, pro *fecit* eſſe legendum *fuit.* Hoc cogitanti emendatio *Scheff.* valde arridet. Poteſt tamen poſt *negatum* intelligi *eſt*, et *fecit*, ſuadente *Burm.* cum *aſſem* iungi hoc ſenſu, *vbi fecit*, i. e. vbi in caupona quaeſtu lucrata eſt aſſem.

demandaui] ſcil. curas meas, cum egerem aliqua re.

feſellit vſum] Ita reſcripſi cum *Nod.* et *Hadr.* ſuadente *Scheff.* quia contextui apta eſt haec formula, ſi per *vſum* intellexeris *neceſſitatem*, vel *indigentiam*, vt per voc. *graec.* χρεῖαν, et *Mſ. fefellitus ſum*, pro *falſus ſum*, vix *archaiſmo* poteſt excuſari, cum nullibi ſic dicatur.

§. 9. per ſcutum, per ocream] *Scheff.* coniicit, *per lutum, per ocrem:* ſic enim antiqui, vt *Anteius* philologus in libro *gloſſematum* refert, montem confragoſum vocabant. *Burm. per ſcrupes, per ocres*, vel *per ſcrupum, per ocrem.* Sunt vero *ſcrupoſa* loca *aſpera* ſpinis et lapidibus. Sed *Mſ.* lect. a *Burm.* edita, videtur ſignificare, quaſi *per medios obſtantes hoſtes ſcutatos et ocreatos*, vt διὰ ξιφῶν ἰέναι apud *Achill. Tat.* p. 289. dicitur.

ecraginaui.] Ita repoſui pro *Mſ.* et *Burm. egraginaui*, quia *g* et *c* ſolent confundi in *Codd.* admonitus a *Reiskio*, cui videtur ductum eſſe ab ἐκρήγνυμι, *erupi.* Senſus enim eſt commodus, dignumque hoc vocabulum *ſemigraeco. Tilebom.* volebat: *per ocreas egraminaui*, i. e. a menſura et recta via diſceſſi, vti interpretatur *Georg. Alexandrinus. Scheff.* dubitat, an ſcribendum *ego agitaui*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr. Reineſ.* qui *ſcuta* et *ocreas* annumerat apparatui iter facientium, legi vult: *ego aginaui*, i. e. feſtinaui. *Heinſ. aegre agitaui*, vel *aginaui.*

quemadmodum] videtur ſignificare: *vt ad hunc modum*, i. e. hoc modo, hac ratione: vel ellipſis eſt ſtatuenda, v. c. *curaui.*

attamen] ita pro *autem Mſ.* reſcripſi, quia ab initio non poteſt poni. *Burm.* vero cum *aliis*, vt *Nod.* et *Hadr.* verba transpoſuit: *in anguſtiis autem.*

C. LXII. §. 1. Capuae] *Mſ. Capue.* Sic *Virg.* 1, 357. in *Cod. Medic. patriae excedere.* Poſſit tamen facillima mutatione *Capua* reſcribi. *Hadr.* et *Nodot. Capuam* ediderunt.

ſcruta ſcita] i. e. *pulchra*, vel ſaltem *vulgatis*, *meliora. Scheff.*

ſpitem noſtrum, vt mecum ad quintum milliarium veniat: erat autem miles fortis, tanquam Orcus.
3 Apoculamus nos circa gallicinia, (Luna lucebat, tan-
4 quam meridie) venimus inter monimunta. Homo meus coepit ad ſtelas facere; ſedeo cantabundus, et
5 ſtellas numero. Deinde vt reſpexi ad comitem: ille exuit ſe, et omnia veſtimenta ſecundum viam poſuit. Mihi en! anima in naſo eſſe: ſtabam, tanquam

*ſcite* mauult; quod edidit *Nod.* cum *Hadr.*

§. 3. Apoculamus] Hoc. voc. edidi cum *Reisk.* pro *Mſ.* et *Burm. apoculanius.* Eſt haec vox hibrida, ex ἀπὸ et *oculare* compoſita. *Oculare* eſt *conſpiciendum ſe dare*, *Tert. Apolog.* p. 213. *Ed. Hauerc.* Ergo *apoculare*, quod etiam c. 67. legitur, *ex oculis remouere*, *abire*, vti *exaedificare* eſt *exigere ex aedibus*, *Plaut. Trin.* 5, 2. 3. *expectorare*, *a pectore remouere* apud *Enn.* in *fragm. Delrii* p. 97. Supra c. 39, 5. *expudorata* frons occurrebat. *Scheff. apoculamus* probat; id vero ducit ab ἀποκυλίω, *auoluo*, *remoueo*. *Tilebom.* exiſtimabat, *apoculanius* per antiphraſin eſſe dictum, vel legendum *Orcus poculanius:* un fac au vin: vel *Orcus epulonus.* *Burm.* putat, orcum fortaſſe ſic dici, quia *a poculis* ad ſepulchrum homines abripiat. *Reineſ.* arbitrabatur; *Orcum apoculanium* dici, quia *Plutus* fingatur *caecus;* poſtea maluit *apoculamus nos*, i. e. diſcedimus. *Heinſ.* in ora libri notauerat: *Orcus Pacuuianus*, i. e. qualem in *tragoedia* introduxerat *Pacuuius.* *Hadr.* et *Nod.* ediderunt *apocalemus nos.*

meridie] ſcil. *ſol.*

§. 4. ſtelas] Ita repoſui cum *Reiskio* pro *ſtellas Mſ.* et *Edd. al.* quod ſenſum commodum non admittit. *Stelae* vero vel ςῆλαι h. l. ſunt *cippi ſepulchrales*, (*monumenta* antea dicta;) et *facere* dicitur pro *ſeſe facere*, vt dixit *Apul. Met.* 5. p. 159. *intra limen ſeſe facere*, i. e. ſe conferre. Ita *graec.* ἄγειν dicitur pro ἄγειν ἑαυτόν. Ad *ſtelas* vero ſe contulit, quia putabantur vmbrae vel animae mortuorum circa eas verſari. Qui *ſtellas* ſeruant, putant, eum *verba feciſſe* ad *ſtellas.* Haec vero ellipſis eſt valde dura.

ſedeo cantabundus] Hoc recepi pro *Mſ. Nod.* et *Burm. ſed ego*, ipſo *Burm.* probante. *Scheff.* malebat: *ſedeo ego. Heinſ. ſed ego eo.*

cantabundus] *Munkero cacabundus* in mentem venit ex c. 71, 8.

§. 5. viam] pro *Mſ.* et *Burm. iam*, recte edidit *Reiskius*, praeeuntibus *Hadr. Nod.* et *aliis*, ex *Scheff.* coniectura. *Burm.* coniecit: *ſecundum ſe iam poſuit.*

en! anima in naſo eſſe] Hanc emendationem *Munkeri*, pro *Mſ. Burm.* et *Nod. in animo, in naſo eſſe* reſtitui, *Burm.* probante, huiusque prouerbii vſum docente iam *Anacreonte Od.* 7.

Κραδία δὲ ῥινὸς ἄχρις
Ἀνέβαινε.

Dicitur anima ex toto corpore exiiſſe, et vitae aliquid reſtare in ſolis naribus. *Reineſ.* coniicit: *mihi in animo* (erat) *inſanum eſſe.*

quam mortuus. At ille circumminxit veſtimenta 6
ſua, et ſubito lupus factus eſt. Nolite, me iocari, pu-
tare; vt mentiar, nullius patrimonium tanti facio.
Sed quid? quod coeperam dicere, poſtquam lupus 7
factus eſt, vlulare coepit, et in ſiluas fugit. Ego 8
primitus neſciebam, vbi eſſem: deinde acceſſi, vt
veſtimenta eius tollerem: illa autem lapidea facta
ſunt. Qui mori timore, niſi ego? Gladium tamen 9
ſtrinxi, et, mota vi tota, vmbras cecidi, donec ad vil-
lam amicae meae peruenirem. In lauram intraui; 10
paene

*eſſe. Scheff. mihi in animo, ô in caſa eſſes! Heinſ. mihi en anima in ano eſſe. Cruſ. Prob. Crit. Viſus in animo inſanus eſſe.*

§. 6. lupus] cf. *Herodot.* 4. 105. de *Neuris.*

iocari, putare; vt] *Goeſ.* coniicit: *iocari putare, putareue vt mentiar.* Sed *vt* non poteſt pendere ab *putare*, ſed a *iocari, ita vt mentiar.* vel a *tanti.*

§. 7. Sed quid? quod] Ita repoſui pro *Mſ. quod, quod*, probante *Burm.* qui tamen edidit cum *Hadr.* et *Nodot.* et *al. ſed, quod coeperam.*

§. 8. Qui] forte *quis*, niſi *qui* eſt *plur.*

§. 9. et, mota vi tota] Haec verba ex mera coniectura recepi, quia facillime poſſunt elici ex *Mſ.* et *Burm. matauita tau*, ſenſumque contextui aptum habent; nam *mouere*, vti *ciere*, ſaepe ſignificat *excitare, prouocare* aliquid. *Patau.* et *Pariſ.* ediderunt *mataritata:* quod vocabulum *Tilebom.* putat fictum ad ſonum exprimendum, quem edit enſis motitatus. *Scheff.* proponit: *male vitatas*, vel *male irritatas* vmbras, vel *in tota via. Reineſ. in alacritate*, quod in prima *Ed.* edidit *Nodot. Hadr.* putat, hoc ineſſe: μὰ, τὰ, βῆτα, ταῦ, i. e. ex eius opinione, *profecto tua (res agitur) vita tau*, ſcil. litera τ erat in militia vitalis, vt ϑ mortis index; exiſtimat etiam, μὰ poſſe pro ἐμὰ accipi, atque haec ſic intelligi; *mea, tua (res* ſcilicet *periclitatur) vita* τ. Sed haec paullo altius repetita ſunt. *Heinſ. et matutinas vmbras. Goeſ. et motaui ita, tanquam vmbras ceciderim. Reisk.* edidit: *et manu citata*, quia, vt fatetur in *Miſc. L.* melius non reperiebat; videtur illi in lect. *Mſ.* μάλα, forte μάλα βιαίως, aut ſimile quid latere.

§. 10. in lauram] edidi cum *Reiskio* pro *Mſ.* et *Burm. in larvam;* quae emendatio feliciſſima ei vltro in mentem venit; eandem tamen, vt poſtea intellexit, *Mat. Veiſſ. La Croze* in ſchedis ad *Petron.* notauerat. Eſt vero λαῦρα *angiportus*, vel adeo *tugurium.* vid. *Odyſſ.* l. 22. 128. *Herodot.* 1, 18. *Scheff.* ſcripſit: *Ianuam intraui; Reineſ. ibi ianuam*, quod *Nod.* cum *Hadr.* edidit. *Heinſ. vt in aream. Goeſ. in haram. Burm.* defendit, *in larvam intraui:* putatque, hoc dici: *ita pallebam, tanquam eſſem larua*, atque hanc conſtructionem confirmari exemplis, a *Barthio Aduerſ.* l. 9. c. 8. allatis: quae vero ſi quis adſpexerit, non huic eſſe ſimilia, apparebit. At-

paene animam ebulliui: ſudor mihi per biſurcum vo-
11 labat: oculi mortui: vix vnquam refectus ſum. Me-
liſſa mea mirari coepit, quod tam ſero ambularem:
et, (Melissa) Si ante, inquit, veniſſes, ſaltem no-
bis adiutaſſes; lupus enim villam intrauit, et omnia
pecora: tanquam Lanius ſanguinem illis miſit. Nec
tamen deriſit, etiamſi fugit; ſeruus enim noſter lan-
12 cea collum eius traiecit. Haec vt audiui: operire
oculos amplius non potui, ſed luce clara hac noſtri
domum fugi, tanquam copo compilatus: et, poſtquam
veni in illum locum, in quo lapidea veſtimenta erant
13 facta, nihil inueni, niſi ſanguinem. Vt vero do-
mum veni, iacebat miles meus in lecto, tanquam bo-
vis, et collum illius Medicus curabat. Intellexi, illum
verſipellem eſſe, nec poſtea cum illo panem guſtare
14 potui; non, ſi me occidiſſes. Viderint, qui hoc de aliter
exopi-

que hic locus, quem intrauit, neceſſario appellandus erat.

paene] pro *Mſ. pone*, recte editum eſt a *Burm. Nod.* et *al.*

volabat] *Reineſ. colabat* mavult; quod aptius eſt *liquori*, et editum a *Nod.* et *Hadr. Ennius* tamen dicit apud *Feſtum* in *Tullii: Miſſo ſanguine tepido Tullii efflantes volant.* Videtur ergo homini plebeio haec metaphora eſſe condonanda, qua celeritatem ſudoris defluentis exprimere voluit.

vnquam] *Scheff.* olim *inquam.*

§. 11. et omnia pecora] *Tilebom.* ſcribi vult: *et omnia pecora turbauit, ac tanquam. Heinſ. et omnia pecora inuadens, tanquam* etc. Sed eſt ἀναχόλυθον, ſermoni vulgari non infrequens: quo praeſertim *Philoſtratus* ad nauſeam vsque vtitur. Eodem vtitur *Plaut. Capt.* 1, 2. 1. *Iſtos captiuos duos, here, quos emi de praeda, his indito catenas.* Plura exempla affert *Reisk. Miſc. L.*

miſit] *Scheff.* ratus, poſt *pecora* aliquid deeſſe, mauult *miſiſſet.*

§. 12. operire] i. e. dormire: male *Nod. aperire.*

hac] *Scheff.* malebat *huc*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr.* Sed *hac* eſt *hac via.*

noſtri] ſcil. *heri. Goeſ. hoc noctis. Burm.* coniicit *hac, noſti,* vel *poſtico domum.*

§. 14. hoc de] Sic *Mſ.* pro *de hoc;* ſolet enim *de* interdum poſtponi, vt περὶ *graec.* v. c. *Paullus* dicit, *D. l.* 21. *Tit.* 2. l. 11. *quo de agitur.*

aliter] Ita pro *alibi Mſ.* et *Burm.* cum *Nod.* et *Hadr.* neceſſario videtur legendum, niſi ſumamus, *alibi* pro *aliter* dictum eſſe, aut, quod *Reisk.* contendit, *alibi* pro *graeco* ἄλλως, cui tamen non reſpondet, poſitum, *temere* ſignificare.

exopinaſſent: ego, ſi mentior, Genios veſtros iratos habeam.

## CAP. LXIII.

*Etiam Trim. rem horribilem narrat.*

(Encolp.) Attonitis admiratione vniuerſis: (Trimalc.) Saluo, inquit, tuo ſermone, Trimalchio, ſi qua fides eſt, vt mihi pili inhorruerunt; quia ſcio,
Nicerotem nihil nugarum narrare. Imo certus eſt, 2
et minime linguoſus; nam et ipſe vobis rem horribilem narrabo. Aſinus in tegulis. Cum adhuc ca- 3
pillatus eſſem, (nam a puero vitam Chiam geſſi) Iphis noſtri delicatus deceſſit, me Hercules! margaritum, ac ſcitus, et omnium numerûm. Cum ergo illum ma- 4
ter miſella plangeret, et nos tum plures in triſtimonio eſſe-

exopinaſſent] pro *exopiniſſent Mſ.* et *Burm.* reſcripſi, ſuadente *Heinſ.* quia antiquos *opino* pro *opinor* dixiſſe, *Enn. Pacuv.* et *Plaut.* exempla docent. Poſſit haec etiam eſſe forma verbi frequentatiui, qualis eſt in verbo, *Plauto* vſitato, *petiſſo. Tilebom.* malebat: *aliter in opinione ſunt*, quod *Hadr.* et *Nodot.* receperunt. *Reineſ. qui hoc de alio eſſe opiniſcent. Scheff. qui hoc de alibi exopini ſunt*, exiſtimatque, *exopinum* eſſe, qui rem certam teneat, exploratamque. *Heinſ. Viderint, quid de hoc alii exopinaſſent.*

C. LXIII. §. 1. ſermone] *Goeſ.* mauult *honore.* Sed nil mutandum.

Nicerotem] Ita reſcripſi cum *Burm. Nod.* et *al.* ſuadente *Tilebom.* pro *Mſ. Niceronem*, quia ſupra eundem *Nicerotem* vocavit.

§. 2. Aſinus in tegulis] His verbis, quibus notam conuiuis fabulam in memoriam reuocat, indicat, ſe non minus ſtupendam rem narraturum eſſe.

§. 3. Iphis noſtri] Ita pro *Mſ.* et *Burm. i p i m moſtri* edidi, probante *Burm.* quia hic nomen pueri requiritur. *Iphis* vero eſt nomen, vtrique ſexui conueniens. *Ouid. Metam.* l. 9, 667. *Heinſ.* adeo, *Iphis en noſtri*, malebat: *noſtri*, ſcil. heri, vt ſupra c. 62, 2. *Burm.* etiam proponit: *Iphim noſti, delicatus d.*

ac ſcitus] Hoc reſtitui pro *Mſ.* et *Burm. caccitus. Scheff.* proponit *caeritus*, i. e. pulcherrimus, quaſi ex *cera* formatus, vel *cirratus*, i. e. cincinnatus. *Reineſ. eccritus*, ἔκκριτος, i. e. ſelectus, eximius, quod edidit *Nod.* cum *Hadr. Heinſ. hyacinthus. Reisk.* edidit *calliſtus*, pulcherrimus.

§. 4. nos tum] *Heinſ. et noſtrum plures.*

triſtimonio] *Scheff.* et *Nod.* cum *Hadr. triſtimonia*, vt *Nae-*

*rius*

eſſemus: ſubito ſtrigae coeperunt, putares, canem le-
5 porem, perſequi. Habebamus tunc hominem Cap-
padocem, longum, valde audaculum, et qui valebat
6 Iouem iratum tollere. Hic audacter, ſtricto gladio,
extra oſtium praecucurrit, inuoluta manu ſiniſtra cu-
rioſe, et mulierem, tanquam hoc loco, (ſaluum ſit,
quod tango) mediam traiecit. Audimus gemitum;
7 et, (plane non mentiar,) ipſas non vidimus. Baro
autem noſter intro verſus ſe proiecit in lectum, et
corpus totum liuidum habebat, quaſi flagellis caeſus,
8 quod ſcilicet illum tetigerat mala manus. Nos,
clauſo oſtio, redimus iterum ad officium; ſed, dum
mater amplexaret corpus filii ſui, tangit, et videt
manu-

*vius* dixit apud *Feſtum*. Sed *triſtimonium*, vt *alimonium* apud *Tac. Annal.* II, 16. et c. 61, 3. *gaudimonium*.

ſtrigae] Sic edidit *Burm.* quia in *Mſ. ſtrige* legitur. *Hadr.* et *Nod. ſtriges* dederunt, vt infra c. 134, I. quae forma eſt vſitatior: nec tamen altera repudianda: nam *gloſſ. vet.* habet *ſtriga*, λαιϛρυγὼν et γυνὴ φαρμακὶς.

coeperunt] *Triller.* mauult *crepuerunt*, ſolebant enim ſtridere. Sed *coeperunt perſequi* eſt iungendum.

§. 5. audaculum] *Tilebom. audacem.*

qui valebat Iouem] *Mſ.* et *Burm. qui valebat, poterat.* Sed *poterat* recte deletum eſt a *Reisk.* puaeeuntibus *Hadr. Nodot.* atque adeo editoribus *Pariſ.* et *Patav.* quia eſt *gloſſa* voc. *valebat. Heinſ.* coniicit: *et qui, ſi volebat, poterat*, probante *Munkero.*

Iouem] Sic *Mſ.* neque auſus ſum cum *Reisk.* ſcribere *bouem:* nam quis poteſt definire, quid in prouerbiis plebeiis in vſu fuerit? etſi non nego, valde mihi arridere hanc mutationem, quia prouerbium, *taurum tollere*, valde vſitatum erat. vid. c. 25, 26.

§. 6. praecucurrit] Ita *Mſ.* et *Burm. Heinſ.* coniicit, *procucurrit. Patav.* et *Pariſ. percucurrit.* Ita *Hadr.* et *Nod.* ediderunt. Sed etiam *praecurrere* reſpondet *graeco* προτρέχειν.

inuoluta] *Heinſ.* inſerit *inuoluta laenae*, vel *amiculo*, vel *lacernae*, vel *pallio*, vel *laciniae.* Talis enim erat habitus componentium ſe ad pugnam. vid. c. 80, 2. *Intorto circa brachium pallio, compoſui ad praeliandum gradum.* adde *Tac. hiſt.* l. 5. c. 22. Sed *veſtis* poteſt intelligendo addi.

hoc loco] Tangit aliquem conviuarum eo loco, quo mulierem traiecerat *Cappadox;* addit ergo ad omen auertendum verba *ſeqq.*

et] *Scheff.* mauult *at*, quod receperunt *Hadr* et *Nod.*

ipſas] ſcil. *ſtrigas*, etſi *vna* tantum vulnerata erat. *Scheff. ipſam*, quod edidit *Nod.*

§. 8. amplexaret] *Scheff. amplexat.* Ita *Hadr.* et *Nod.*

corpus — videt] *Scheff. et corpus filii ſui tangit, en videt.*

manuciolum, de ſtramentis factum: non cor habebat:
non inteſtina: non quicquam: ſcilicet iam ſtrigae pue-
rum inuolauerant, et ſuppoſuerant ſtramentitium va-
vatonem. Rogo vos, oportet, credatis, ſunt mu- 9
lieres plus ſciae, ſunt nocturnae, et quod ſurſum eſt,
deorſum faciunt. Ceterum Baro ille longus, poſt 10
hoc factum, nunquam coloris ſui fuit; imo poſt pau-
cos dies phreneticus periit.

## CAP. LXIV.

*Plocrimus, a Trimalchione cantare iuſſus, tetrum quid exſibilat. Trimalchionis deliciae, Croeſus catellam ſaginat, Scylax adductus ab hero laudatur; laceſſitus vero a Croeſo, omnia turbat. Trim. puerum baſiat, et ſeruis potiones diuidi iubet.*

(Encolp.) Miramur nos, et pariter credimus,
oſculatique menſam, rogamus nocturnas, vt ſuis ſe
teneant, dum redimus a coena. Et ſane iam lu- 2
cernae mihi plures videbantur ardere, totumque tri-
clinium eſſe mutatum; cum Trimalchio: (Trimalc.)
Tibi dico, inquit, Plocrime, nihil narras? nihil nos
delecta-

manuciolum] *Heinſ.* coniicit *manupiolum.* Idem l. 1. *aduerſ.* 7. *infantiolum*, vel *infantullum.* *Triller.* coniicit *Maniolam*: vti dicebantur ficta quaedam ex farina in hominum figuras.

vauatonem] Ita *Mſ.* et *Burm.* Videtur eſſe vocabulum ex ſono infantum, *va, va,* vnde *vagire* dicitur, formatum. *Heinſ.* malebat *vauatorem*: in alia *ep.* ad *Munkerum* praefert *babaſſonem,* a *βαβάζειν*: in *marg. Cod. babaſonem*, vel *babazonem*, vel *babatonem* ab eodem verbo format; ille etiam proponebat *balatronem.* *Patav. vaccatonem*: quod *Scheff.* a *vacando* dictum, *vacuum* indicare putabat. *Reineſ. vacantonem*: vel, quod rectius ei videtur, *vacantionem,* quod putat ſignificare faſcem, manipulum, centonem volucrum, corpore alio vacuum. *Hadr.* et *Nod.* ediderunt *vacuum.* *Munkerus* coniicit *bobatorem*, a *bobari*, *βαυβᾶν*, i. e. *ὑλακτεῖν*: vel *blatonem*; *Triller. laruationem*, vel *ſtramentitium Plangonem.* Eſt vero *πλαγγὼν*, *icuncula*, ſ. *pupa*, ex gypſo, cera, vel luto formata.

§. 9. plus] *Munkerus* volebat *plures*, vel *quam plures.* Sed *ſcius* eſt *εἰδὼς*, atque *plus* ab hoc voc. pendet.

C. LXIV. §. 1. ſuis] ſcil. ſedibus.

§. 2. plures] Hoc accidit ebriis. *Hor.* 2. *Sat.* 1, 25. *Acceſſit feruor capiti, numeruſque lucernis.*

Plocrime] *Reineſ. Plocame* mavult,

delectaris? et ſolebas ſuauis eſſe, canturire belle di-
3 verbia, adiicere melicam. Heu, heu! abiſtis dul-
ces caricae. (Plocrimvs) Iam, inquit ille, quadrigae
meae decucurrerunt, ex quo podagricus factus ſum:
alioquin, cum eſſem adoleſcentulus, cantando paene
4 phthiſicus factus ſum. Quid ſaltare? quid diuer-
bia? quid tonſtrinum? quem parem habui, niſi vnum
5 Apelletem? (Encolp.) Appoſitaque ad os manu, ne-
ſcio, quid, tetrum exſibilauit, quod poſtea Graecum eſſe,
affirmabat: nec non Trimalchio ipſe, cum tubicines
eſſet imitatus, ad delicias ſuas reſpexit, quem Croe-
ſum

vult, quia hoc nomen in lapidibus occurrit.

et ſolebas] *Scheff. at.*

canturire belle diuerbia] Haec iunxi, quia etiam *diuerbia*, partes comoediarum, in quibus diuerſorum perſonae verſantur, magis cantabantur, quam recitabantur, vti notum eſt. In *Mſ.* male ſcribitur *deuerbia.*

adiicere melicam] ſcil. cantilenam, i. e. *carmen lyricum, odam*; quod fiebat varietatis cauſſa. *Mſ. adicere*, pro quo, ſi quis malit, poſſit ſcribi *dicere*, i. e. canere, quo ſenſu ſaepius occurrit. *Scheff.* ita hunc locum conſtituebat: *deuerbia dicere melicaue. Reineſ.* malebat *melitari*, a *μελετᾶν*, i. e. *declamare, recitare. Heinſ. belle diuerbia adiicere thymelica. Goeſ. canturire belle melicam, diuerbia adiicere. Hadr.* edidit: *belle diuerbia adicere, melica. Nod. diuerbia adicere* (i. e. *adiicere*) *mellita. Reisk. deuerbia dicere mellita.*

§. 3. abiſtis dulces (vel dulcis) caricae] pro *Mſ. ab iſtis dulcis carica*, recte ſic edidit *Burm. abiſtis* eſt contractum pro *abiiſtis*, vel *abiuiſtis. Heinſ.* malebat: *vbi eſtis dulcis caricae? Nod.* edidit *carycae*, ſuadente *Reineſio*: *καρύκη* vero eſt *intritum*, ex variis condimentis delicatis compoſitum.

phthiſicus] pro *Mſ.* et *Burm. tiſicus*, recte edidit *Reisk.* praeeuntibus *Hadrianid. Nod. al.*

§. 4. tonſtrinum] pro *Mſ. tonſtinum* recte edidit *Burm.* Sed *Hadr. Nodot.* et *al. tonſtrinam* ediderunt, atque intelligunt *commemorem*, aut tale quid: *nominatiuus* autem eſt aptior. Hinc *tonſtrinum* ſeruandum, et *cubiculum*, aut eiusmodi quid, eſt intelligendum; indicatur enim locus, vbi tonſor verſatur. Adiectiuum vero, *tonſtrinum*, noſtro eſſe vſitatum, apparet ex c. 46, 7. vbi *tonſtrinus* tonſor dicitur. *Heinſ.* coniicit: *quid toni hiſtrionum?*

Apelletem] *Mſ. Appelletem. Tilebom. Apellem.*

§. 5. Appoſitaque] pro *Mſ. Burm. Nod. al. Oppoſitaque, Burm.* ipſo probante, praetuli, quia admouet manum ori, vt ſibilum edat, non, vt aliquid non videat; accedit, quod in his *Mſſ.* ſaepe variant, et *ad* videtur *appenere* requirere. Sic *Coelius* ad *Cic.* l. 8. *ep.* 1. *quum manus ad os appoſuit.*

ſum appellabat. Puer autem lippus, ſordidiſſimus 6
dentibus, catellam nigram atque indecenter pinguem
praſina inuoluebat faſcia, panemque ſemiſſem pone-
bat ſupra torum, atque hac, nauſea recuſantem, ſa-
ginabat. Quo admonitus officio Trimalchio, Scy- 7
lacem iuſſit adduci, praeſidium domus, familiaeque.
Nec mora, ingentis formae adductus eſt canis, catena
vinctus; admonitusque oſtiarii calce, vt cubaret, ante
menſam ſe poſuit. Tum Trimalchio, iactans 8
candidum panem: (TRIMALC.) Nemo, inquit, in
domo mea me plus amat. (ENCOLP.) Indignatus 9
puer, quod Scylacem tam effuſe laudaret, catellam
in terram depoſuit, hortatusque, vt ad rixam propera-
ret: Scylax, canino ſcilicet vſus ingenio, teterrimo
latratu triclinium impleuit, Margaritamque Croeſi
paene lacerauit. Nec intra rixam tumultus conſtitit, 10
ſed candelabrum etiam ſupra menſam euerſum, et vaſa
omnia cryſtallina comminuit, et oleo feruenti aliquot
conuiuas reſperſit. Trimalchio, ne videretur ia- 11
ctura motus, baſiauit puerum, ac iuſſit ſupra dor-
ſum aſcendere ſuum. Non moratur ille, vſus 12
equo, manuque plena ſcapulas eius ſubinde verbera-
vit,

§. 6. ſordidiſſimus dentibus] Ita *Mſ.* idque ſeruaui, etſi *Reisk. Hadr. Nod. alii,* ſuadente *Scheff. ſordidiſſimis* ediderunt; admittit enim eundem ſenſum.

ſemiſſem] i. e. dimidium. *Heinſ.* mauult. *ſemeſtrem*, i. e. nauticum. *Burm. ſemeſum.*

hac] ſcil. ratione, i. e. *ſic;* poſſit tamen, ſuadente *Burm. hoc*, ſc. pane, reſcribi cum *Hadrianide* et *Nod. Edd.* quibusdam. *Scheff. haec nauſea:* putat tamen, aliquid deeſſe. *Nodot.* in *Ed.* prima *hanc* dedit, quod etiam propoſuit *Hadrianid.*

§. 9. terram] Ita *Mſ.* quod eſt melius, quam *Patav. terra,* quod *Nod.* cum *Hadr.* ſeruauit.

ſcilicet] *Mſ.* Sed *Patav.* neſcio, vnde, *ſubiret:* vnde *Scheff.* fecit *ſubirate. Reineſ. ſubiter.*

§. 10. reſperſit] pro *Mſ. reſpexit,* recte edidit *Burm.* cum *aliis.*

§. 12. vſus equo] *Scheff. et vſus equo*, ſcil. *Trimalchione*, quia iuſſerat puerum ſupra dorſum adſcendere. *Goeſ. non moratus, illo vſus equo.*

plena] i. e. tota: nam *manus plena* dicitur pro *prolixe* et *liberaliter Cic. 2. ad Att. vlt. Scheff. plana* malebat, i. e. expanſa, palma.

vit, interque riſum proclamauit: (CROESVS) buccae!
13 buccae! quot ſunt hic? (ENCOLP.) Repreſſus ergo aliquandiu Trimalchio camellam grandem iuſſit miſceri, et potiones diuidi omnibus ſeruis, qui ad pedes ſedebant, adiecta exceptione: (TRIMALC.) Si quis, inquit, noluerit accipere, caput illi perfunde. Interdiu ſeuera, nunc hilaria.

## CAP. LXV.

*Sequuntur matteae. Tum Habinnas ſeuir, praeeunte lictore, intrat, innixus vxoris humero, ebrius ex coena Sciſſae rediens.*

(ENCOLP.) Hanc humanitatem inſecutae ſunt matteae, quarum etiam recordatio me, ſi qua eſt dicenti
2 fides, offendit. Singulae enim gallinae altiles pro turdis circumlatae ſunt, et oua anſerina pileata, quae vt

interque] Hanc. *Patauin.* et *Pariſ.* lectionem recepi pro *Mſ.* *inter quam*, quod non locum habet. *Burm.* edidit: *inter quem riſum*, quod poſſit ferri, ſi *riſum* putemus dici pro *luſu*. *Goeſ.* *Inter quem luſum.* *Munkerus* in *lit.* ad *Heinſ.* *interque ea cum riſu.* *Hadr.* et *Nod.* ediderunt: *et inter riſum.*

proclamauit] pro *Mſ.* *preclamauit.*

buccae! buccae!] Haec, ſuadente *Reiskio* in *Miſc. L.* reſcripſi, pro *Mſ.* et *Burm.* *bucca, bucca*, quia *quot ſunt* indicat, *pluralem* requiri; atque opinor, hoc dici: *adeſte iam, paraſiti, qui ſoletis laudare Trim.* eiusque iam admiramini nugas. *Paraſiti* vero *buccae* appellabantur vel a *voracitate*, vel a *dicacitate*. *Iuuen. Sat.* 3, 35. *Perpetui comites, notaeque per oppida buccae.* *Tilebom.* malebat, *buco*, forte *bucco*, quod eſt conuicium, et *ſtupidum* ſignificat; in *gloſſis Iſidori* etiam per *garrulum* explicatur.

§. 13. miſceri] *Tileb.* *afferri.*

ſedebant] *Scheff.* dubitabat, an legendum eſſet *edebant*. Sed etiam c. 68, 4. commemoratur ſeruus, qui *ad pedes Habinnae ſedebat;* ſcil. ad lectorum pedes in ſubſelliis ſedere ſolebant. vid. *Plaut.* in *Sticho* 5. 4. 21. Nam per lautitiam *Trimalchio* ſuum cuique conuiuae ſeruum aſſignabat, eosque iam potione honorat.

interdiu] Ita *Mſ.* et *Burm.* i. e. *dum dies eſt*, (vti hoc voc. dici, oſtendit *Gronov.* ad *Liv.* l. 29. c. 14.) ſeuera decent nos et ſeruos, ſed *nunc*, i. e. *veſpere*, inter coenam hilaria omnes decent. *Fragment. Gloſſarii*, a *Barthio* prolati, l. 29. *Adv.* c. 19 *interdiu*, quod *diu* ſignificare, docet. *Reisk.* edidit *interdum.*

C. LXV. §. 2. circumlatae] Ita *Mſ.* *Burm.* et *Nod.* *al.* recte. Sed *Patav.* *circulatae.*

pileata] *Mſ.* *pilleata.* *Reineſ.* de

vt comeſſemus, ambitioſiſſime a nobis Trimalchio pe-
tiit, dicens, exoſſatas eſſe gallinas. Inter haec tri- 3
clinii valuas Lictor percuſſit, amictusque veſte alba,
cum ingenti frequentia comiſſator intrauit. Ego, 4
maieſtate conterritus, Praetorem putabam veniſſe.
Itaque tentaui aſſurgere, et nudos pedes in terram de-
ferre. Riſit hanc trepidationem Agamemnon, et: 5
(Agamemn.) Contine te, inquit, homo ſtultiſſime.
Habinnas Seuir eſt, idemque lapidarius, qui videtur
monumenta optime facere. (Encolp.) Recrea- 6
tus hoc ſermone, repoſui cubitum, Habinnamque in-
trantem cum admiratione ingenti ſpectabam. Ille 7
autem, iam ebrius, vxoris ſuae humeris impoſuerat ma-
nus, oneratusque aliquot coronis, et vnguento per
frontem in oculos fluente, Praetorio loco ſe poſuit,
continuoque vinum et caldam popoſcit. Delecta- 8
tus hac Trimalchio hilaritate, et ipſe capaciorem po-
poſcit ſcyphum, quaeſiuitque, quomodo acceptus eſſet?
(Habinnas) Omnia, inquit, habuimus prae- 9
ter te, oculi enim mei hic erant: et, me Hercules!
bene fuit. Sciſſa lautam nouendialem ſeruo ſuo 10
miſello

de albumine, vitello et farina, in modum pileoli coagulatis, intelligit. *Goeſ.* coniicit *pilata*, i. e. *preſſa*, fortaſſe melius.

a nobis] pro *Mſ. nobis*, recte edidit *Burm.* praeeuntibus *Hadr. Nod.* et *aliis*, non enim poteſt praepoſ. abeſſe.

§. 3. amictusque] Sic edidit *Burm.* cum *aliis*, pro *amicius Mſ.*

§. 5. videtur] Ita cum *Reiskio* et *Nodotio*, ſuadente *Scheff.* edidi, pro *videretur Mſ.* et *Ed. Burm. Heinſ.* malebat: *qui ſibi videretur. Burm. quia videretur.*

§. 9. praeter te] Elegans adulatio. *Hor.* I. *ep.* 10, 50. *Excepto, quod non ſimul eſſes, cetera laetus.*

oculi — mei] Ita *Trimalchionem* appellari, putat *Burm.* quia ceteroquin dicere debuiſſet: *animus meus hic erat.*

§. 10. Sciſſa] Sic *Mſ.* et *Burm. Tilebom.* malebat *Sylla. Reineſ. Scilla*, vel *Sylla. Reisk.* edidit *Stilla.*

lautam] ſcil. *coenam.* Sic pro *Mſ. laucum* reſcripſi, ſuadente *Heinſ.* quia ſic ritus ipſe moeroris, in nonum diem continuati, dictus eſt ab *Auguſtino* in *Quaeſt. ſuper Gen.* de *ſacra coena nouendiali.* Vid. *excurſus Lipſii* ad *Tac. Tilebom.* legi volebat: *ſacrum nouendiale:* quod edidit *Burm.* cum *Hadr. Nodot.* et *aliis. Scheff. ludum* malebat, quia ludi additi ſunt. *Burm.* coniicit *luctum.*

miſello faciebat, quem mortuum manumiſerat: et, puto, cum viceſimariis magnam mantiſſam habet. Quin-
11 quaginta enim millibus aeſtimant mortuum. Sed
tamen ſuauiter fuit, etiamſi coacti ſumus dimidias potiones ſuper oſſicula eius effundere.

## C A P. LXVI.

*A Trim. admonitus, omnia coenae iſtius fercula commemorat.*

(Trimalc.) Tamen, inquit Trimalchio, quid habuiſtis in coenam? (Habinnas) Dicam, inquit, ſi potuero: nam tam bonae memoriae ſum, vt fre-
2 quenter nomen meum obliuiſcar. Habuimus ta-
men in primo porcum, poculo coronatum, et circa lucuncu-

miſello] Ita ex *Mſ.* cum *Burm.* edidi, quia non videtur nomen proprium. *Mortuos* vero, (inprimis ante tempus) dicebant *miſellos.* vid. *Tertull. de teſtimon. animal.* c. 4. *Scheff.* et *Nod.* pro ſerui nomine habebant. *Reisk.* edidit *Micyllo. Reineſ. ſacrum nouendiale cum Myſtillo. Heinſ.* putat, quoque legi poſſe: *miſellus faciebat*, ſcil. *Sciſſa.*

manumiſerat] ſcil. vt funere, homine libero dignum quod eſſet, poſſet efferri.

et] *Pariſ.* omiſerunt.

viceſimariis] pro *Mſ.* et *Burm. vicenſimariis*, quae eſt antiqua ſcriptio; vt *thenſaurus.*

mantiſſam] *Burm.* coniicit, *magnam rixam habet.*

aeſtimant] Ita *Mſ.* rectius, quam *Patav. Hadrian.* et *Nodot. exiſtimant; mortuum*, i. e. *bona mortui aeſtimant.*

§. 11. effundere] Vino enim in ſacris nouendialibus ſpargebatur mortui ſepulchrum, auctore *Feſto.*

C. LXVI. §. 1. quid habuiſtis] digna homine luxurioſo quaeſtio.

in coenam] Ita *Mſ.* vid. c. 47, 10. *Burm. Hadr. Nod.* et *alii: in coena.*

potuero] Ita *Mſ.* et *Burm.* Sed *Hadr. Nodot. al. ſi potero.*

nam] Ita *Mſ.* et *Burm.* recte: nam *bonae* per iocum dicitur pro *malae. Nod.* cum *Hadr. non.*

§. 2. in primo] ſcil. *ferculo.* Eadem ellipſi *Petron.* vtitur §. 7. *in ſummo.*

poculo] Ita *Mſ.* et *Burm.* neque auſus ſum hoc mutare, quamquam eſt inſolens: voluit forte *Sciſſa* indicare, poculo porco impoſito coronae loco, ſtatim in primo ferculo poculis eſſe vtendum. *Scheff.* malebat *ferculo*, quod mihi valde arridet; praeſertim cum eiusmodi verborum poſitus a *Petronio* non alienus ſit. cf. c. 65, 8. *Delectatur hac Trimalchio hilaritate.* Dedit tamen *Nodot.* cum *Hadr.* verbis tranſpoſitis: *in primo ferculo porcum coronatum. Heinſ.* putat, pro *poculo* ſcribendum eſſe:

lucunculum, et gigeria optime facta, et certe betam, et panem autopyrum de ſuo ſibi, quem ego malo, quam candidum; et vires facit, et, cum meae rei cauſſa facio, non ploro. Sequens ferculum fuit ſcribli- 3 ta frigida, et ſupra mel caldum infuſum excellente Hiſpanum: itaque de ſcriblita quidem non minimum edi:

eſſe: *epulo;* pro *porcum* vero *porculum. Burm.* pro *poculo* mavult *globulo*, quod genus edulii erat ex caſeo et alica, melle vnctum, et papauere infriato conditum: ei tamen magis arridet *botulo coronatum. Reisk.* edidit: *porculo coronatum.*

lucunculum] pro *Mſ. ſaucunculum*, edidit *Burm.* ſuadente *Reineſ.* Eſt hoc *deminutiu.* ab *licuns*, quod eſt operis piſtorii genus, *gr.* λευκαντης dictum ab adſperſione farinae albae, de quo vid. *Salmaſ.* ad *Lamprid.* in *Elagab.* c 32. *Lucanicam* tamen recepere *Hadr.* et *Nodot.* quo vocabulo *lucunculum* explicauit *Reineſ. Heinſ.* vero putat, *ſaucunculum* vulgo *Romano* contracte dictum pro *ſauilucunculo*, idque pro *ſuauilucunculo*, vti *ſaviari* pro *ſuauiari.*

gigeria] Hoc recte recepit *Burm.* praeeunte *Nod.* cum *Hadr.* Sic enim dicuntur inteſtina gallorum vel gallinarum, cum iſſitiis cocta. *Mſ.* habet *gizeria*, etiam liber vetuſtus *Apicii* l. 4. c. 2. *Cizeria* exhibet, vti *zinziber* plerisque eſt, quod *graecis* ζιγγίβερις.

certe betam] putem, voc. *certe Habinnam* indicare, ſe non certo ſcire, an *gigeria* circa porcum fuerint, ſed de *beta* ceterisque ſibi certo conſtare. *Reineſ.* legebat *cicerbitam*, i. e. ſonchum. *Heinſ.* in marg. *Cod.* ſui notauerat: forte *ex aceto beta*, vt c. 42, 2. correxit

autopyrum.] *Hadr.* putat, poſſe ſcholion eſſe: nam *de ſuo ſibi* indicat *integrum, purum.* Sic *Apicius* l. 5. *ſuffundis ius de ſuo ſibi.*

vires] Hoc non temere recepit *Burm.* cum *Nod.* et *al.* quia videtur in *Mſ. vices* latere. Hoc tamen non vere dicitur, ſi credamus *Nonno de re cibar.* l. 1. c. 6. vbi dicit, *panem autopyrum candido inferiorem, et minus quidem alere, ſed magis aluum mouere.* Fortaſſe poſſit *vices* defendi, ſi ſumamus, hoc dici: *vices*, ſcil. candidi panis, *facit*, i. e. *explet;* vt *efficere vicem* alicuius rei, dixit *Plin.* 23, 4.

meae rei cauſſa] Ita et hic cum *Reisk.* edidi ob cauſſas, c. 47, 4. indicatas. Senſus qui ſit, intelligitur ex eo, quod attuli ex *Nonno: magis aluum mouet. Goeſ.* arbitrabatur, olim ſcriptum fuiſſe: *et cum mea cauſſa re facio;* atque inde reſtituendum: *et cum me eo caſu reficio.*

§. 3. ſcriblita] *Mſ. ſcribilita. Scriblitae* calidae apponebantur, iisque mel frigidum affundebatur. *Mart. l.* 3. *ep.* 17. Hic omnia alia narrantur vel a maligno, vel ab ebrio.

excellente] Sic *Mſ.* et *Burm.* quod pro *excellens* dici poſſe, atque ſic dictum eſſe, ſupra, ad c. 45, 4. vidimus. *Scheff. excellens et Hiſpanum*, quod ediderunt *Hadr.* et *Nod. Goeſ. et ſupra melle, caldum infuſum, ſuperante Hiſpanum. Pariſ.* etiam edidere *excellens.*

non] In *Ed. Nod.* deeſt.

4 edi; de melle me vſque tetigi. Circa cicer et lupi-
num, caluae arbitratu, et mala ſingula; ego tamen
duo ſuſtuli, et ecce in mappa adligata habeo: nam,
ſi aliquid muneris meo vernulae non tulero, habebo
5 conuicium. Bene me admonet domina mea. In
proſpectu habuimus vrſinae fruſtum, de quo cum im-
prudens Scintilla guſtaſſet, paene inteſtina ſua vomuit.
6 Ego contra plus libram comedi, nam ipſum aprum
ſapiebat. Et ſi, inquam, vrſus homuncionem comeſt,
7 quanto magis homuncio debet vrſum comeſſe? In
ſummo habuimus caſeum mollem, et ſapam, et co-
chleas ſingulas, et chordae fruſta, et hepatia in catil-
lis, et oua pileata, et rapam, et ſinapi, et catillum
con-

tetigi] *Reisk.* arbitratur, '*ſemigraecum* hominem *gr.* ἐτεγξάμην in animo habuiſſe, atque voluiſſe dicere: me ipſum ἔτεγξα, vel *imbui*; vt vero verbo formam *latinam* daret, a τέγγω, *tetigi* formaſſe. Proprium eſt hoc verb. *graec.* iis, qui ſe probe imbuunt, et os ſibi proluunt liquore. c. 34, 7. *tengo menas* vidimus. *Scheff.* ita conſtituit locum: *De melle melius. Quae tetigi circa cicer:* atque ita edidere *Hadr.* et *Nod.* *Heinſ.* *de melle melius, quae circa tetigi, cicer.*

§. 4. Circa] ſcil. propoſita erant.

caluae] ſcil. nuces. *Scheff.* putabat, *Caluae* precibus eum hoc dediſſe, vt hos cibos viles comederet.

arbitratu] breuiter dictum putat *Heinſ.* pro *ſuo quisque arbitratu:* equidem exiſtimem, *arbitratu* eſſe *dat. antiquum*, pro *arbitratui* (cuiusque) circa erant propoſitae.

et] *Burm.* mauult *ſed.* Facilius eſſet *at.*

§. 5. In proſpectu] Ita *Mſ.* *Burm.* et *Nod.* *Sen.* *non iacebat in conſpectu aper, vt vilis caro.* *Schefferus* *inproſpectum*, i. e. *improuiſum*, vt edidit *Hadr.*

vomuit] *Heinſ.* *euomuit* maluit; hac tamen mutatione non plane opus eſſe, agnoſcit.

§. 7. In ſummo] ſc. *ferculo*, i. e. in vltimo, vt *Aen.* 2, 324. *ſumma dies* dicitur. Temere ergo *Hadr.* et *Nod.* ediderunt *In ſumma.*

ſapam] pro *Mſ.* et *Burm.* *ſapa* edidi: quia *ſapa*, non *ſapum* dicitur *vino cognata res*; muſto decocto, donec tertia pars ſuperſit. *Plin.* l. 23. c. 3. Ea hic addita eſt cochleis, quia ea ſaginabantur. V. *Varro de R. R.* c. 14. vti c. 40. *ſportellae, caryotis repletae*, porco glandis loco adiunctae ſunt.

cochleas] pro *Mſ.* cocleas.

chordae] pro *Mſ.* *corde*, et *Burm.* *cordae*, i. e. *inteſtini*; nam χορδαὶ ἐρίφων, *ilia haedorum*, apud *Athen.* l. 7. dicuntur. *Scheff.* malebat *cordis*; *Heinſ.* *fordae*, i. e. vaccae grauidae.

*pileata] pro *Mſ.* *pilleata.* v. not. ad c. 65, 2.

ſinapi] *C. Mſ.* et *Ed. Burm.* *ſenape*;

conchiclatum, pax, Palamedes! etiam in alueo circumlataſunt oxycominia, vnde quidam etiam improbiter nos pugno ſuſtulerunt: nam pernae miſſionem dedimus.

*ſenape;* apud *Apicium* paſſim *ſinape.*

conchiclatum] pro *Mſ.* et *Burm. congagatum*, recepi ex coniectura, quia hic requiritur genus aliquod cibi: *conchiclatus* autem ſignificat *refertus conchiclis*, (quod eſt genus fabarum, certo modo conditarum et paratarum.) Eodem voc. vſus eſt *Apicius* c. 5, 4. Non minus mihi arridebat *concharum*, vel *conchatum*, quod inter alia proponit *Hadrianides*, quia inde facile potuit oriri, ſyllaba altera bis poſita, *conchachatum*, atque inde *congagatum.* Hoc vero voc. recepto, ſumendum eſſet, dici *catillum* non a forma, vt ap. *Plin.* 10, 20. *conchata cauda pauonis;* ſed a *conchis*, quas contineat. Ipſe vero edidit *congiarium*, quod etiam habet *Nod.* non aptum huic loco, quo non magnitudo catilli, ſed edulium deſcribendum erat. *Reineſ. congelatum per pelamidas.* Πηλαμὶς vero eſt e thynnorum genere. *Heinſ.* emendabat: *et catillum congiglae* (h. e. *conchiclae*) *tum pax! pelamides. Burm.* ſuſpicatur: *concacatum*, ſi edulium intelligi poſſit, quod ſtercoris ſpeciem referat; dicitur *graec.* ὀνθύλευσις. *Triller.* proponit: *ornatum*, quo nomine apud *Romanos* vocabantur *lagana* quaedam, e ſucco lactucarum, ſiligine, adipe ſuillo, pipere atque oleo parata. V. *Athen.* l. 14. c. 15. p. 647.

pax, Palamedes!] Putem hoc eſſe nomen ſerui, cuius cauſſa haec coena eſt inſtituta; atque ſenſum hunc eſſe: iam ſatis multi cibi nobis appoſiti ſunt, o *Palamedes! Heinſ.* qui legit: *pax pelamides*, cum *Reineſ. thynnos* intelligit. *Goeſ.* coniicit: *pax, Pegaſides;* quaſi *Muſis*, quibus dictantibus hanc coenam enarraſſet, ſilentium imponeret.

oxycominia] Ita, pro *Mſ.* et *Burm. oxicomina*, reſcripſi, quia *Plin.* l. 15. c. 3. ſic dicuntur *oliuae*, ſale conditae. *Scheff.* ſuſpicabatur *oxigonia*, quod ediderunt *Hadr.* et *Nodot*, aculeatum genus cibi, quale eſt, quod *tribulus* vocatur. *Hadr. conchas aculeatas*, vel *murices* malebat intelligere. *Reineſ. ſycamina*, quae ſunt *mora.*

ſuſtulerunt] i. e. a quibus — nos pugno remouerunt, vel detruſerunt. His indicatur, qua celeritate conuiuae ad alueum manus extenderint. *Reineſ.* legit: *Vnde quaedam* (nimirum de *moris*) *etiam improbiter nos pugno ſuſtulimus.* Quam coniecturam recepit *Nod.* in *Ed. prima*, in *al. quidem* reperitur. *Goeſ.* nihil mutat, niſi *nos*, pro quo *in os* ſubſtituit. *Burm.* proponit: *improbi ternos pugno ſuſtulerunt; ternos* pro *terna* ſoloece poſitum arbitratus. *Reisk.* putat: aut *ſuſtulerunt* eſſe pro *diſcuſſerunt, abegerunt, extruſerunt;* aut *nos* more *graec.* poſitum pro *nobis*, quia dicitur ἀφαιρεῖσθαί τινά τι.

## CAP. LXVII.

*Vrgente Habinna, Trimalchionis vxore aduocata, ornamenta mulierum oſtenduntur.*

Sed narra mihi, Gai, rogo, Fortunata quare non
2 recumbit? (TRIMALC.) Quomodo? noſti illam, inquit Trimalchio, niſi argentum compoſuerit, niſi reliquias pueris diuiſerit, aquam in os ſuum non con-
3 iiciet. (HABINNAS) Atqui, reſpondit Habinnas, niſi illa diſcumbit, ego me apoculo: (ENCOLP.) et coeperat ſurgere, niſi, ſigno dato, Fortunata quater
4 amplius a tota familia eſſet vocata. Venit ergo galbino ſuccincta cingillo, ita, vt infra ceraſina appareret tunica, et periſcelides tortae, phoecaſiaque inau-
5 rata. Tunc ſudario manus tergens, quod in collo habebat, applicat ſe illi toro, in quo Scintilla, Habinnae diſcumbebat vxor, oſculataque plaudentem: (FORTVNATA) Eſt te, inquit, videre? (ENCOLP.) Eo

C. LXVII. §. 1. Quomodo?] Ita recte diſtinguit *Burm.* praeeunte *Heinſ.* pro *Quid? Quid rogas, cum eam noueris?*

§. 3. apoculo] pro *Mſ.* et *Burm. apocalo* reſcripſi, vt c. 62, 3. v. not. *Tilebom.* putat, hoc verb. ſignificare *recedere a poculis. Alii* ſcribunt *a poculo. Heinſ.* arbitratur, *in hoc voc. latere apoc-eplo*, i. e. *ab hoc eplo*, vel *epulo*, ſcil. me recipio. *Goeſ.* malebat: *ego me ἀποκλέπτω. Burm. apoculo* (*a poculo* me remoueo) praefert, niſi quis malit *apologo*, quo verbo vtitur *Sen. ep.* 47. *Apocalo* in *bibliotheca nouiſſ. Halenſi Sect.* 9. *Obſ.* 4. ab ἀποκαλῶ, *me auoco*, ducitur.

§. 4. tortae] i. e. in modum funium, retium et ſimilium. Indicatur, eas non fuiſſe ex planis filis et aequa ſuperficie. *Reineſ.* mauult *aureas*, temere; etenim nec armillarum materia indicatur §. 6. Non niſi *aureas* habuiſſe *Scintillam*, adeo diuitem, per ſe intelligitur.

phaecaſiaque inaurata] Sic pro *Mſ.* et *Burm. phaecaſiaeque mauratae* (*inauratae*, vt *Burm.* edidit) reſcripſi, quia non ſolum *graeci* dicunt φαικάσιον, ſed etiam *Sen.* de *benefic.* 7, 21. *phaecaſium* dicit *calceamentum graecum.*

§. 5. Eſt] i. e. *licetne* te videre? Nam *eſt* interdum apud *lat.* ſic dicitur, vti apud *graecos* ἐϛὶ pro ἔξεϛι. Vid. *Heinſ.* ad *Ouid.* 2. *Art. amand.* v. 28. *Heinſ.* in marg. *Cod.* coniicit: *eſtne, inquit, te videre? Reineſ. dulce,* vel *volupe eſt, te videre.* Sed haec eſt formula cum admiratione compellantis, quem diu non vidit.

Eo deinde peruentum eſt, vt Fortunata armillas ſuas 6
craſſiſſimis detraheret lacertis, Scintillaeque miranti oſtenderet. Vltimo et periſcelides reſoluit, et reticulum aureum, quem ex obruſſa eſſe dicebat. No- 7
tauit haec Trimalchio, iuſſitque afferri omnia: et, (TRIMALC.) Videtis, inquit, mulieris compedes? Sit. Nos barculae deſpoliamur. Sex pondo et ſelibram debet habere, et ipſe nihilominus habeo decem pondo armillam, ex milleſimis Mercurii factam. (EN- 8
COLP.) Vltimo etiam, ne mentiri videretur, ſtateram iuſſit

§. 6. Eo] pro *to* reſcripſit *Burm.* cum *Nod.* et *al.*

craſſiſſimis] Ita *Mſ.* et *Burm.* *Scheff.* *craſſiſſimas* malebat, quod edidit *Nodot.* temere. Vanitas mulierum, ornamenta ſua oſtentantium, eleganter hic exprimitur.

quem] *Heinſ.* *quae*, ſcil. reticulum et periſcelides.

ex obruſſa] *Mſ.* *ex ſobruſſa.* *Ex ipſa obruſſa*, qua aurum purgatur, dicebat eſſe reticulum aureum, i. e. ex auro puriſſimo. *Scheff.* *obruſſo* malebat: quod ediderunt *Hadr.* et *Nod.* *Burm.* adeo *obryzo* habet.

§. 7. mulieris] Recte ediderunt *Burm.* *Nod.* et *alii*, pro *Mſ.* *mulieres.* *Heinſ.* *muliebres.*

Sit.] reduxi cum *Reiskio* ex *Mſ.* Eſt enim idem, quod *graec.* εἶεν, quod eſt etiam dolentium, patientiam ſicco ore deuorantium. Vid. *Alciphron* 3, 4. p. 282. *Burm.* vt *Hadr.* et *Nod.* *ſic* edidit, ſuadente *Scheff.*

barculae] Sic reſcripſi pro *Mſ.* et *Burm.* *barcalae*: putoque, hoc eſſe *deminutiv.* a βάρκη, quod, *Budaeo* auctore, *pudendum* ſignificat. Arbitror autem, *Trimalchionem*, pro ſua vrbanitate plebeia, viros vxorios ſic appellare. Non minus aptum eſſet voc. *baceli*, ab *Hadrian.* et *Nodotio* receptum, cuius ſignificatus, de quo ad c. 37, 10. diximus, eſt certior: prius tamen propius ad literas *Mſ.* accedit. *Reineſ.* coniicit *berbeculi*, vel *berbeculae*, ad turpitudinem augendam, a *berbex* vel *vervex*, quo voc. homo ſtolidus et ſtupidus exprimitur. *Heinſ.* *babecali* legit, vel potius *babaeculi*, quod putat ὑποκοριστικὸν a *Baba*, homine ſtolidiſſimo *Claudianorum* temporum. V. *Sen.* *ep.* 15. In *Biblioth.* *Nouiſſ.* *Halenſ.* *Sect.* 9. *Obſ.* 4. proponitur: *Sic nos hae calae* (αἱ καλαὶ) *deſpoliantur*, i. e. *deſpoliant.* *Reisk.* edidit: *Nos margitae deſpoliamur.* Nec tamen contradicit, ſi quis malit βαίκυλοι praeferre.

deſpoliamur] Recte editum eſt a *Burm.* et *aliis*, pro *Mſ.* *deſpoliamus*: ſeries enim orationis hoc requirit neceſſario.

debet] Ita *Mſ.* et *Burm.* Vnam periſcelidem, vel armillam videtur demonſtrare, omnibus maiorem. *Scheff.* mauult *debent*; quod recepit *Nodot.* male, cum in *Trimalchionis* ſupellectili omnia modum excedant.

ex milleſimis Mercurii] *Milleſimam* ex lucro quolibet videtur vouiſſe *Mercurio*, deo negotiantium, cum alias decimas vouerent, et poſtea deum defraudans, inde ſibi fieri curauit armillas. Haec

9 iuſſit afferri, et circulatim approbari pondus. Nec
melior Scintilla; quae de ceruice ſua capſellam detra-
xit aureolam, quam Felicionem appellabat; inde duo
crotalia protulit, et Fortunatae in vicem conſideranda
dedit: et, (Scintilla) Domini, inquit, mei bene-
10 ficio nemo habet meliora. (Habinnas) Quid?
inquit Habinnas, excataraſſaſti me, vt tibi emerem
fabam vitream. Plane, ſi filiam haberem, auriculas
illi praeciderem. Mulieres ſi non eſſent, omnia pro
luto haberemus; nunc hoc eſt caldum meiere, et fri-
11 gidum potare. (Encolp.) Interim mulieres ſau-
ciae inter ſe riſerunt, ebriaeque iunxerunt oſcula:
dum altera diligentiam matrisfamiliae iactat: altera
delicias

Haec dicit, vt lucri magnitudinem indicet.

§. 8. circulatim] reſcripſi pro *Mſ.* et *Burm. circulatum*, ex coniectura *Burm.* probante etiam *Geſnero*; i. e. *apud omnes circum circa conuiuas. Tilebom.* coniicit *ſingulorum*, quod edidit *Nodot. Heinſ. circumlatum.*

§. 9. Felicionem] Nomen etiam ſeruis, boni ominis cauſſa, datum. *Heinſ.* in marg. *Cod.* ſui: *filicionem*, vt *paterae filicatae* dicuntur a ſculptura.

in vicem] pro *inuicem Burm.* edidit; i. e. *viciſſim.*

et domini] *Goeſ. Haec.*

§. 10. excataraſſaſti] pro *Mſ.* et *Burm. excatariſſaſti*, edidi, quia hoc proxime ad literas ſcriptas accedit, et ſenſum aptum habet. Ἐκκαταράσσειν enim eſt *exturbare.* Quia vero in marg. *Mſ.* ſcribitur *excatarizaſti;* mihi in mentem venit *excatharizaſti* ab καθαρίζειν: quod recepiſſem, ſi poſſet demonſtrari, hoc verb. eodem modo dici, quo *emungere* apud *latinos. Tilebom. excatarrizaſti*, putatque, hoc ſignificare quaſi *catharrum inducere, obtundere precibus importunis.* Sic ediderunt *Hadr.* et *Nod. Scheff. excatarriſſaſti*, quod putat ſignificare *radices extrahere, omnes pecuniarum vires abſumere*, ab καταῤῥιζόω, *radices ago:* arbitratur autem, ſi ab καταῤῥέω duceretur, (quod equidem putem, non poſſe fieri,) indicari hoc, *omnem ſuccum illi ablatum eſſe. Reineſ. ecce battariſaſti me*, a βατταρίζειν, quod *effutire*, quae tegi debebant, et *fraudulenter agere*, ſignificare exiſtimat. *Heinſ.* arbitratur, hoc voc. a *graeco* ἐκκαθαίρω eſſe ductum. *Reisk.* edidit *eſcoracizaſti*, i. e. ἐσκοράκιζες, i. e. *ἐς κόρακας me miſiſti.* Cogitauit quoque *exſcubalizaſti me*, ab ἐκσκυβαλίζειν; vel *excataraſaſti me*, a καταρᾶσθαι τινὸς.

omnia pro luto] *Goeſ. omnia ea.* Sed cf. c. 44, 11.

caldum meiere, et frigidum potare] prouerbium plebeium, a fullonibus repetitum, quibus lotium, quo vtuntur ad veſtes purgandas, pluris eſt, quam aqua frigida, quam bibunt. Vult dicere: *Plura in uxores expendimus, quam ad nos deferunt.*

deliciaſ et indiligentiam viri. Dumque ſic cohae- 12
rent, Habinnas furtim conſurrexit, pedesque Fortunatae correctos ſuper lectum immiſit. Au, au! 13
illa proclamauit, aberrante tunica ſuper genua. Compoſita ergo, in gremio Scintillae, indecentiſſimam rubore faciem ſudario abſcondit.

## CAP. LXVIII.

*Secundae menſae afferuntur; pauimentum ſpargitur ſcobe, croco et minio tincta, et puluere, ex lapide ſpeculari trito. Puer Alexandrinus luſcinias imitatur; ſeruus Habinnae carmina recitat, et a domino laudatur.*

Interpoſito deinde ſpatio, cum ſecundas menſas Trimalchio iuſſiſſet afferri, ſuſtulerunt ſerui omnes menſas, et alias attulerunt, ſcobemque, croco et minio tinctam, ſparſerunt, et, quod nunquam ante videram, ex lapide ſpeculari puluerem tritum. Sta- 2
tim

§. 11. indiligentiam] Ita *Mſ.* pro quo *Patav.* et *Pariſ.* ediderunt *indulgentiam*, quod *Hadr.* et *Nod.* ſeruarunt; temere, cum poſt iſtam increpationem *Scintilla* hoc a ſe non impetratura eſſet: potius vituperat eius *luxum* et *indiligentiam*, vt crimina, ſibi vitio data, in ipſum transferret.

§. 12. correctos] *Tilebom. collectos. Scheff. correptos*, et ita *Nod.* Sed *correcti* pedes eleganter dicuntur *recto porrecti.* Nam *corrigere* proprie eſt *rectum facere*, vt *Plin.* 7, 20. *malum tenenti (Miloni) nemo digitum corrigebat.*

§. 13. au, au!] *Scheff.* ah! ah! ſed *au* non eſt ineptum, quia durius ſe tactam fingit.

aberrante] *Tilebom. aberratne. Reineſ.* diſtinctione huic loco ſuccurrit, quam et ego ſecutus ſum, Alii, vt *Burm.* poſt *compoſita* demum interpungunt. Sed, ſic verbum, a quo *in gremio* pendet, deſideratur.

indecentiſſimam] Hanc *Reineſii* coniecturam, ab *Heinſ.* probatam, recepi pro *Mſ. indecens imam;* ſed *imam* plane non locum habet. *Reineſ.* coniicit *incenſiſſimam*, vel *intenſiſſimam. Hadr.* ſuſpicatur, ſic legendum: *Indecens ime rubentem faciem ſudario*, aut *ſudans, abſtergit*, vel *abſcondit. Reisk.* edidit: *induens imam rubore faciem.* In *Miſc. Lipſ.* etiam pro *imam* proponit *immani rubore.*

C. LXVIII. §. 1. ſcobemque] Neceſſario recipendum fuit *Burm.* et *aliis*, pro *Mſ. ſcrobemque.*

lapide ſpeculari] Hunc deſcribit *Plin.* l. 36. c. 22: vbi dicit inter alia: *Inuenere et alium vſum in ramentis quoque, Circum maximum ludis Circenſibus ſternendi, vt ſit in commendatione candor;* quae *ramenta* ni-
hil

tim Trimalchio: (TRIMALC.) Poteram quidem, inquit, hoc ferculo eſſe contentus: ſecundas enim ha-
3 betis menſas; ſi quid belli habes, affer. (ENCOLP.) Interim puer Alexandrinus, qui caldam miniſtrabat, luſcinias coepit imitari, clamante Trimalchione ſub-
4 inde, (TRIMALC.) Muta! (ENCOLP.) Ecce alius ludus! Seruus, qui ad pedes Habinnae ſedebat, iuſſus, credo, a domino ſuo, proclamauit ſubito, canora voce:

(SERVVS) Interea medium Aeneas iam claſſe tenebat.

5 (ENCOLP.) Nullus ſonus vnquam acidior percuſſit aures meas: nam, praeter errantis barbarie aut adiectum, aut diminutum clamorem, miſcebat Atellanicos verſus; vt tunc primum me et Virgilius offenderit.

hil aliud ſunt, niſi hic *puluis tritus*. An vero hic lapis adhuc extet, contra *Pancirollum* diſputat *Fort. Licetus* in *Quaeſitis per Epiſt.* l. 1. p. 115.

§. 2. quidem] *Patav.* et *Pariſ.* quos ſecuti ſunt *Nod.* et *Hadr.* temere eiecerunt.

ferculo] *Mſ.* et *Burm.* *fericulo.*

ſecundas — menſas] Ludit *Trim.* pro more ſuo, in his vocabulis. *Secundas menſas*, quas nimirum pueri ſine cibis appoſuerant, *iam habetis:* poteſtis ergo a me non amplius requirere *ſecundas menſas*, i. e. bellaria. Ea tamen ſtatim iubet afferri. *Goeſ.* *ſed ſecundas etiam habebitis menſas.*

adfer] alloquitur puerum.

§. 4. Interea] Hoc eſt initium *Virg. Aeneid.* l. 5.

§. 5. barbarie] Ita *Mſ.* et *Burm.* Hic tamen non eſt *ablatiuus*, ſed *genitiuus antiquus*, vel cum *Scheff.* *barbariae* ſcribendum eſt. *Hadrian.* et *Nodot.* ediderunt *barbariem.*

adiectum] Ita pro *Mſ.* *abiectum*, quod ſeruarunt *Hadr.* et *Nod.* ſuadente *Scheff.* recte edidit *Burm.* quia, quid ſit *abiectus clamor*, aut quomodo opponatur *diminuto*, non apparet. *Heinſ.* putabat: *recitantis barbare.* Sed locus ſaluus videtur, eo recitante, aures offendebat vel *adiectus* locis alienis *clamor*, i. e. nimis auctus ab errante barbarie, i. e. ab homine, propter inſcitiam errante: vel nimis *diminutus* in iis locis, quae maiore vocis contentione erant recitanda. *Goeſ.* *adfectum*, i. e. inchoatum.

me et] *Goeſ.* *memet.* *Patav.* *etiam.* Sed *et* eſt *etiam.*

derit. Laſſus tamen cum aliquando deſiſſet, adie- 6
cit Habinnas: (HABINNAS) Et num quid didicit? (EN-
COLP.) Sed ego: ad circulatores eum mittendo —
(HABINNAS) Erudiebatur; itaque parem non habet, 7
ſiue muliones volet, ſiue circulatores imitari. Deſpera-
tus valde ingenioſus eſt: idem ſutor eſt, idem cocus,
idem piſtor, omnis Muſae mancipium. Duo tamen 8
vitia habet, quae ſi non haberet, eſſet omnium num-
morum: recutitus eſt, et ſtertit; nam quod ſtrabonus
eſt,

§. 6. deſiſſet] pro *Mſ. dediſſet*, recte a *Burm.* et *aliis* editum eſt.

§. 6. 7. mittendo — Erudiebatur] *Encolpius* hic elliptice loqui videtur, ſcil. *erudiuiſti eum.* Poteſtque haec ellipſis eo facilius ferri, quia *Habinnas* interpellat loquentem. *Erudiebatur* autem, pro *Mſ.* et *Burm. audiebatur*, edidi, quia puto, iam loqui *Habinnam: Vtique erudiebatur*, reſpondet *Encolpio*, qui, eum haec didiciſſe a circulatoribus, ſignificauerat. *Tilebom. mittens bene audiebat. Reineſ. mittens gaudebam.* Verum *ſed ego* indicat, iam alium loqui. *Hadr.* coniicit: *ſed ego: ad circulatores eum mittendum audiebam*, atque ſic *Nod.* edidit. *Hadr.* autem habet in textu: *mittendum audiebatur. Scheff. eum mitte: id audiebatur: is parem non habet. Goeſ. ad circulatores eum mitte, tundendo* (i. e. iterum iterumque monendo) *adiutabitur. Burm.* coniicit: *Et nunquam didicit, ſed ego ad circulatores eum mittendo, erudiebatur*, arbitratus, inſolentem conſtructionem dandam eſſe *Habinnae.* In *Bibl. Nouiſſ. Halenſ. Sect.* 9. *Obſ.* 4. legitur: *et numquid didicit? ſed ego ad circulatores eum mittendum* (ſcil. cenſui.) *Audiebatur itaque* (videl. ex alio loco:) *Parem non habet. Reisk.* edidit: *eum mittendum arbitrabar.*

habet] *Goeſ. habebit*, ſc. ſi ad circulatores mittetur.

Deſperatus] *Heinſ.* in ora libri malebat: *ſiue circulatos imitari deſperatos.* In *Bibl. nouiſſ. Hal.* l. c. *at is deſperatus* legitur.

omnis Muſae mancipium] *Mſ. omnis mus emancipium.* Senſus eſt: *ſeruus, qui omnes artes facile diſcit;* c. 43, 8. dixit: *omnis Mineruae homo.*

§. 8. vitia] recte edidit *Burm.* cum *aliis*, pro *Mſ. vina.*

nummorum Ita *Mſ.* et *Reisk.* i. e. maximo pretio dignus. *Scheff. numerorum*, quod recepit *Burm.* et *Nod.* et mihi quoque valde arridet.

recutitus] Ita recte *Mſ.* et *Burm.* quia *Verpos* magnopere deteſtabantur *Romani;* vid. *Mart.* 7. *ep.* 29. et 81. *Reineſ. cerritus*, quod edidit *Nod.*

Nam quod] Ita *Mſ. Burm.* et *Nod.* Sed *Patav.* et *Pariſ.* male ediderunt *namque.*

ſtrabonus] Sic *Mſ.* pro *ſtrabo*, per *archaiſmum.* Nam, qui poſtea *centurio*, *decurio*, *curio*, ii antiquis *centurionus*, *decurionus*, *curionus* ſunt dicti, auctore *Feſto. Scheff.* malebat: *ſtrabo bonus eſt. Heinſ. ſtraboſus. Hadr.* et *Nod. ſtrabo eſt.*

eſt, non curo. Sicut Venus, ſpectat; ideo nihil tacet, vix oculo mortuo vnquam: illum emi trecentis denariis.

## C A P. LXIX.

*Idem vituperatur a Scintilla, imitatur tubicines, ſuccinente Habinna, agitque mulionem. Epdipiuis affertur.*

(Encolp.) Interpellauit loquentem Scintilla, et: (Scintilla) Plane, inquit, non omnia artificia ſerui nequam narras: Agaga eſt; at curabo, ſtigmam ha-
2 beat. (Encolp.) Riſit Trimalchio, et, (Trimalc.) Adcognoſco, inquit, Cappadocem: nihil ſibi defraudat, et, me Hercules! laudo illum, hoc

Sicut] *Munkerus. Sic vt.*

Venus] quae erat *paeta: ſtrabas* vero ei comparabant, qui hoc vitium excuſare vellent. *Ouid.* l. *2. Art. am.* 659. *Si qua ſtraba eſt, Veneri ſimilis.*

tacet] ſtulte argumentatur: quaſi *ſtrabus* neceſſario ſit *linguoſus. Heinſ. ideo mihi placet.*

mortuo] i. e. *caeco:* vel vix vnquam tacebit, vbi mortuus fuerit, adeoque nihil poterit amplius ſpectare. Eſt *hyperbole* plebeia. *Heinſ.* coniicit: *vix oculo irretorto nunquam illum emi tr. d. Burm.* putat, in *oculo* latere nomen hominis, ex cuius auctione illum ſe emiſſe, iactat *Habinnas;* v. c. hoc: *vix Proculo mortuo, inquam, illum emi tr. d. Vix*, exiſtimat, indicare, hoc vile pretium huic plebeio immane eſſe viſum. In *Bibl. Hal.* l. c.' locus hic ita emendatur: *Illico mihi placuit ex oculo intorto: vnicum illum emi tr. d.*

emi trecentis] pro *Mſ. emit retentis.*

C. LXIX. Agaga] Hanc lect. *Mſ. Burm.* cum *Hadr.* recte ſeruauit, quia ſic dictus videtur leno ab ἄγειν, per reduplicationem *atticam* ἀγάγειν; nam *agagola*, vel *agagula*, quod *Iſidoro* eſt *lenocinator*, eſt *deminutiuum.* Domino meretrices adducebat. Hinc *Trim.* §. 2. dicit: *tu autem, Scintilla, noli zelotypa eſſe. Tilebom.* coniicit *harpaga. Scheff. apaga, fur*, ab ἀπάγειν, vel *agapa*, ἀγάπη, quod recepit *Nodot.*

ſtigmam] Ita *Mſ.* pro *ſtigma* quod edidere *Patav.* et *Pariſ.* temere. cf. c. 45, 9.

§. 2. defraudat] reſcripſi pro *Mſ.* et *Burm. defraudit*, quod eſt vitioſum. Ceterum et conſtructio eſt inſolens: ea tamen occurrit *Sidon.* l. 2. *ep.* 3. *Haec tamen aliquid ſpacio ſuo in extimo ambulacri capite defrudans. Scheff.* malebat: *nihil ſibi detrahi audit*, i. e. *audit* laudes ſuas integras.

et, me Hercules] *Burm.* mauult *nec*, quia haec non ſit laudis materia. Sed ex *Trim.* ſenſu laudandus erat ſeruus, qui meretrices adduceret domino.

hoc enim nemo parentat: tu autem, Scintilla, noli zelotypa eſſe. Crede mihi, et vos nouimus. Sic me 3
ſaluum habeatis, vt ego ſic ſolebam ipſam Mammeam debatuere, vt etiam dominus ſuſpicaretur, et ideo me in villicationem relegauit. Sed tace, lingua, dabo
panem. (Encolp.) Tanquam laudatus eſſet ne- 4
quiſſimus ſeruus, lucernam de ſinu fictilem protulit, et amplius ſemihora tubicines imitatus eſt, ſuccinente
Habinna, et inferius labrum manu deprimente. Vl- 5
timo, et in medium proceſſit, et modo arundinibus quaſſis choraulas imitatus eſt, modo lacernatus cum flagello mulionum fata egit; donec vocatum ad ſe

hoc] Ita *Mſ. Tilebom.* mauult *huic.* Sed fortaſſe per *graecismum*, per quem ante τῦτο et ταῦτα ſaepe intelligendum eſt διὰ, *hoc* poteſt ſignificare *propter hoc nemo parentat*, iuſta ſoluit alicui; hinc *equidem eum laudo*, videtur etiam laudationem funebrem reſpexiſſe. *Huic* edidit *Nodot.*

parentat] *Scheff. par extat*; hoc recepit *Nod.*

§. 3. ipſam] pro *Mſ. Nod.* et *Burm. ipſum*, cum *Reiskio* recepi, quia neceſſario requiritur exemplum feminae laſciuae: dixerat enim: *et vos nouimus.*

Mammeam] pro *Ammeam Mſ.* et *Burm.* edidi cum *Reiskio*, ſuadente *Heinſ.* quia hoc eſt feminae nomen; v. c. *Iulia Mammea*, *Alexandri Severi* mater, dicitur. *M.* vero facile potuit excidere propter *m* vltimum voc. *ipſam.*

lingua] pro *Mſ. linguam*, quod ortum eſt ex *lingua*, cui caſu quodum lineola erat ſuperſcripta, recte editum eſt a *Burm.* et *aliis.* Eſt haec prouerbialis loquendi ratio. *Heinſ. lingua, iam. Burm* vero malebat: *tace, inquam, dabo panem*, (*vt puerum ſilere iubeat.*)

§. 5. lacernatus] In *Nod. Ed.* prima editum eſt *laceratus*; in *al. lacernatus* rectius.

mulionum] Ita *Burm.* et *Nod.* pro *Mſ. moliorum. Scheff. mulionem fato* (vt habent *Patav.*) *egit*, vel *fatu.* Sed cum *agere*, de hiſtrionibus dictum, ſignificet in vniuerſum *geſtu*, *motu*, vel *oratione exprimere aliquam partem*, et cum *agere* etiam de *oratione* dicatur: equidem putem, *mulionum fata agere* eſſe, *exprimere fata mulionum. Fata* vero exiſtimauerim hic ridicule dici *iuſſa mulionum*, et voce et flagello expreſſa: (nam *iuſſa deorum* et *oracula* ſic dici, notum eſt ex *Virg. Aen.* 5. 704. et aliunde.) Ea vero *Claudian.* de *mulabus Gallicis* eleganter ſic exprimit:

*Abſentis longinqua valent praecepta magiſtri,*
*Haec ſiſtit rapidas, haec properare facit.*
*Laeua iubet, laeuo deducunt limite greſſum;*
*Mutauit ſtrepitum, dexteriora petunt.*

Si

ſe Habinnas baſiauit, potionemque illi porrexit, et: (HABINNAS) Tanto melior, inquit, Maſſa, dono
6 tibi caligas. (ENCOLP.) Nec vllus tot malorum finis fuiſſet, niſi epidipnis eſſet allata, turdi ſiligine,
7 vuis paſſis, nucibusque farſi. Inſecuta ſunt Cydonia etiam mala, ſpinis confixa, vt echinos efficerent; et haec quidem tolerabilia erant, ſi non fericulum longe monſtruoſius effeciſſet, vt vel fame perire mal-
8 lemus. Nam, cum poſitus eſſet, vt nos putabamus, anſer altilis, circaque piſces, et omnium genera auium, inquit Trimalchio: (TRIMALC.) Quidquid videtis hic poſitum, de vno corpore eſt factum.
9 (ENCOLP.) Ego, ſcilicet homo prudentiſſimus, ſtatim intellexi, quid eſſet; et reſpiciens Agamemnonem: Mira-

Si cui *fata* pro *iuſſis* nimis audacter dictum videatur, poſſit *effata* ſubſtitui. Fortaſſe etiam *facta*, quod ſaepe cum *fata* eſt mutatum in *Mſſ.* poſſit legi. Sed quia inprimis voce imitatus eſt omnia, putem *effata* praeferendum, vel *fata* eo, quo dixi, modo explicandum. *Burm.* coniicit: *mulionum flagra. Triller.* proponit: *mulionum phitta*, ſiue *fitta egit.* Nam hac voce ad curſum incitare ſolent.

illi] *Heinſ.* mauult *villi*, i. e. *vini.* Sed *potio* ſaepius in hac coena pro *vino* ponitur, atque in ea eſt praemium bene nauatae operae. c. 50, 1.

Tanto melior] acclamandi et laudandi formula. *Sen. ep.* 31. *Admirabor et clamabo: Tanto melior.*

§. 6. turdi ſiligine] pro *turdis iligine. Mſ.* edidi, quia requiritur *Nominatiuus. Heinſ.* malebat: *turdi ſiliginei vuis paſſis nucibusque farti*, quia omnia ſunt ficta in hac epidipnide. *Tileb. turdis, ſiligine* — vti edidit *Burm. Hadr.* et *Nod.* praeeuntibus.

nucibusque farſi] pro *Mſ. micibusque farſis.* Prius omnes recepere, poſterius requiritur, quia *turdi* neceſſario legendum eſt. *Burm.* edidit *farſis* cum aliis. *Hadr.* et *Nod. fartis* habent. Sed veteres dixere *farſus*, vt *ſarſus* a *ſarcio.* Vid. *ad Sueton. Claud.* 6.

§. 7. efficerent] *Heinſ. effingerent*, quod valde mihi arridet, quia *effeciſſet* ſequitur; vtrumque etiam voc. commutatur ſubinde. v. *Sueton. Neron.* 21. et *Domit.* 19. *De echinis fictis*, a veteribus appoſitis. cf. *Barth.* ad *Claud. l.* 2. *in Eutrop.* et *Sen. ep.* 95.

fericulum] Ita *Mſ.* et *Burm.* Sed *Nod.* et *al. ferculum.*

mallemus] pro *C. Trag. Patav.* et *Pariſ. malemus.* Male *Hadr.* et *Nodot.* ediderunt *maluiſſemus;* nam *plusquamperf.* quoque *imperf. coniunctiui* requirit, *vt* interpoſito.

Mirabor, inquam, niſi omnia iſta de eiecto ſunt, aut certe de luto: vidi, Romae Saturnalibus eiusmodi coenarum imaginem fieri.

## CAP. LXX.

*Laudatur coquus, qui omnia de porco poteſt facere. Intrant ſerui, quorum alter, cum alterius amphoram fuſte percuſſiſſet, oſtrea et pectines effunduntur. Coquus in craticula argentea cochleas affert; pueri capillati vnguento pedes recumbentium vngunt, eodem vinarium et lucernam implent. Seruos Trim. iubet accumbere.*

Nec dum finieram ſermonem, cum Trimalchio ait: (Trimalc.) Ita creſcam patrimonio, non corpore, vt iſta cocus meus de porco fecit. Non 2
poteſt eſſe pretioſior homo. Volueris: de bulba faciet piſcem, de lardo palumbum, de perna turturem, de colepio gallinam; et ideo, ingenio meo, impoſitum

§. 9. Mirabor] Ita *Mſ. Nod.* cum *Hadr.* et *al. Burm. mirabar,* quod *Patau.* et *Pariſ.* praeferunt. Sed *fut.* rectius, quia non agitur de re praeterita, vt *Virg. Ecl.* 1, 37. *Mirabar, quid — deos vocares.*

de eiecto] pro *Mſ.* et *Burm. defacta* edidi, quia hic *ſtercus,* quo etiam *Commodum* cibum miſcuiſſe, narrat *Spartian.* indicari, docent *ſeqq. aut certe de luto. Eiectum* vero, vti *eiectamentum*, poſſe *excrementa* ſignificare, inde apparet, quod *eiicere* de *excrementis* dicitur. *Patau. defricta,* quod etiam habent *Hadr.* et *Nod. Scheff.* mavult *de fricta*, ſc. *re*, vel *de fricto;* idem proponit *de karta* (charta) *ſunt. Heinſ. de cera ficta ſunt.* Etiam *Heliogabalus,* auctore *Lampridio*, paraſitis in ſecunda menſa ſaepe *ceream coenam* exhibuit. *Burm.* coniicit *defarta*, vel *deficta:* quo verbo *Cato* vtitur c. 74. *de pane depſticio.* Sed tum non debebat ſequi: *aut certe de luto;* ſed *imo de luto.* In marg. *C. Trag.* legitur *al. defuncta*, quod *Hadr.* putat ſignificare *de cadauere. Reisk.* inde effecit *de ſtrunto* (ſ. *ſtrundo:*) idque recepit. Sed hoc voc. ab *Encolpii* elegantia abhorret.

Saturnalibus] Admonet *Heinſ.* ad *ſigillariorum feſtum,* quo cera lutoue ſigilla aliaque fingebantur, haec eſſe referenda.

C. LXX. §. 2. bulba] pro *bulla Mſ.* edidit *Burm.* Nam *bulla* non locum habet, atque aliquid de porco requiri videtur. *Bulba* autem pro *vulua* eſt ſcriptum, vt *berbex* pro *veruex.* Etiam apud *Lamprid,* in *Heliogabalo* c. 21. *ſumina aprugna cum ſuis bulbis* commemorantur. *Burm.* olim cogitabat de *bubula.*

colepio] pro *Mſ.* et *Burm. colaepio. Salmaſ.* ad *Tert. de pallio* dicit,

tum eſt illi nomen belliſſimum: nam Daedalus voca-
3 tur. Et quia bonam mentem habet, attulit illi Ro-
ma vnus cultros Norico ferro; (ENCOLP.) quos ſta-
tim iuſſit afferri, inſpectosque miratus eſt, etiam no-
bis poteſtatem fecit, vt mucronem ad buccam pro-
4 baremus. Subito intrauerunt duo ſerui, tan-
quam qui rixam ad lacum feciſſent; certe in loco
5 adhuc amphoras habebant. Cum ergo Trimalchio
ius inter litigantes diceret: neuter ſententiam tulit de-
cernentis; ſed alter alterius amphoram fuſte percuſſit.
6 Conſternati nos inſolentia ebriorum, intentauimus
oculos in praeliantes, notauimusque oſtrea, pectines-
que e gaſtris labentia, quae collecta puer lance cir-
7 cumtulit. Has lautitias aequauit ingenioſus cocus;
in

dicit, *pedes bubulos et ſuilla acrocolia, χωλήπια graecis dici. Tileb.* malebat *coliphio*, quod quidam putant eſſe genus panis. *Hadr.* et *Nod. de colo ſuis* ediderunt.

§. 3. attulit illi Roma vnus] Ita ex *Mſ.* cum *Nod.* et *Reisk.* edidi. Attamen, quia *Romā* habet lineolam ſuperſcriptam, *Heinſ.* malebat: *attuli illi Roma munus:* quam lect. recepit *Burm.* atque ea mihi quoque valde placet, etſi alteram lect. quae proxime ad literas *Mſ.* accedit, repudiare non auſim, cum ſenſum ſatis commodum admittat.

§. 4. lacum] i. e. *piſcinam,* ex qua hauſerant aquam, quam lautiores habebànt balneis vicinam. *Burm.* mauult intelligere lacum vinarium, ex quo vinum vile hauriebant ſibi ſerui. Tales etiam *lacus* memorat *Xenoph.* l. 4. Ἀναβάς. p. 322. eosque dicit λάκκους. *Patau.* male ediderunt *locum. Scheff. ob lorum,* (quod edidit *Nod.*) vel *ob lacum* volebat.

in loco] Haec *Mſ.* et *Burm.* lect. non eſt ſpernenda, ſi ſumamus, *in loco* hic dici pro *in loco ſuo,* in loco ipſis geſtandis aptiſſimo, vti, etſi translate, hoc voc. dicitur valde eleganter a *Cic.* in formula: *in loco poſita aedilitas. Verr.* 5, 36. *Heinſ.* vero malebat *in collo*, quod reçepit *Nod. Munkerus: certe ambo adhuc*, vel quod verius putat, *in loro*; idque edidit *Reisk.*

§. 5. alter alterius] *alter* deeſt in *Mſ.* inſertum vero eſt a *Burm.* auctore *Heinſ.* quia neceſſario requiritur, atque propter ſequens *alterius* facile potuit excidere, vt *Iuſtin.* l. 8. c. 11. vbi, *ne alter alterius viribus*, neceſſario eſt legendum. Poſſit quidem *alter* dici latere in *neuter*, niſi hoc alienum ſit ab *Encolpii* elegantia.

§. 6. gaſtris] pro *Mſ. caſtris,* quod alienum eſt, etſi a quibusdam, vt *Hadr.* eſt ſeruatum, edidi cum *Burm.* ſuadentibus *Heinſ.* et *Munkero.* Eſt vero *gaſtra* vas ventricoſum: nec male ſic dicitur ima pars amphorarum fractarum. *Scheff. teſtis,* quod

in craticula enim argentea cochleas attulit, et tremula,
teterrimaque voce cantauit. Pudet referre, quae ſe- 8
quuntur: inaudito enim more, pueri capillati attulerunt
vnguentum in argentea pelui, pedesque recumben-
tium vnxerunt, cum ante crura, pedesque, talosque
corollis vinxiſſent. Hinc ex eodem vnguento in 9
vinarium, atque lucernam liquatum eſt infuſum.
Iam coeperat Fortunata velle ſaltare: iam Scintilla 10
frequentius plaudebat, quam loquebatur, cum Tri-
malchio: (TRIMALC.) Permitto, inquit, Philargyre,
et Carrio, etſi praſianus es famoſus, dic et Mino-
philae, contubernali tuae, diſcumbat. (ENCOLP.) 11
Quid multa? paene de lectis deiecti ſumus, adeo to-
tum triclinium familia occupauerat. Certe ego 12
notaui ſuper me poſitum cocum, qui de porco an-
ſerem fecerat, muria, condimentisque foetentem.
Nec

quod edidit *Nod.* vel *cruſtis*, vel *caſſis*, i. e. fractis.

§. 8. inaudito — more] ſcil. apud *Romanos*. Nam apud *Athenienſes* et *Iudaeos* id fuiſſe vſitatum, docuit *Bynaeus de morte Ieſu Chriſti. l.* 1. *c.* 3. §. 33. At *Romae* eo tempore demum hoc introductum eſt. *Plin. l.* 13. *c.* 3. *Vidimus etiam veſtigia pedum tingi (vnguentis,) quod, Othonem monſtraſſe principi Neroni, ferebant.*

pelui] *Mſ.* et *Burm. pelue.*

corollis] pro *Mſ. corolnis* ediderunt *Burm.* et *Nod. Patau.* vero *coronis.*

vinxiſſent] Ita *Mſ. Burm.* et *Nod. Patau.* et *Pariſ.* vero edidere *iunxiſſent.*

§. 9. vinarium] *Plin. l.* 13. *c.* 3. de *vnguentis: At hercle iam quidem etiam in potus addunt.*

lucernam] *Lamprid.* in *Heliogabalo: Idem in lucernis balſamum exhibuit.*

*Petron.*

liquatum] *Heinſ. aliquantum.* Sed *liquatum* poteſt ferri.

§. 10. Permitto — tuae] *Goeſ.* locum hunc ita conſtituit: *Permitto, inquit, Philargire, diſcumbe, et tu, Carrio, (etſi praſianus es famoſus) dic et Minophilae, contubernali tuae. Pariſ.* ediderunt: *Permitto, inquit, Philargiro et Carrioni, etſi Praſinianus.*

etſi] *Nodot. qui. Scheff. et, ſi.*

praſianus] Ita *Burm.* i. e. *qui fauet factioni praſinae. Mſ. praſimanus:* ex quo *Scheff.* faciebat *praſinianus.* Sed prius rectius. *Nod. Ed.* pr. *praſinus.* al. *praſianus.*

Minophilae] Male *Pariſ. Minophilo.*

tuae] *Pat.* et *Pariſ.* male *tuo.*

diſcumbat] *Tileb. diſcumbant.*

§. 12. foetentem] Haec ad cocum referenda.

13 Nec contentus fuit recumbere, ſed continuo Epheſum
Tragoedum coepit imitari, et ſubinde dominum ſuum
ſponſione prouocare. (COCVS) Si praſinus proximis
Circenſibus primam palmam.

## CAP. LXXI.

*Idem declarat, ſe omnes ſeruos teſtamento manumittere, eiusque formula recitata, deſcribit copioſius monumentum, quod vult ſibi aedificari ab Habinna, atque inſcriptionem eius proponit.*

(ENCOLP.) Diffuſus hac contentione Trimalchio:
(TRIMALC.) Amici, inquit, et ſerui homines ſunt,
et aeque vnum lactem biberunt, etiamſi illos malus
fatus oppreſſerit: tamen, me ſaluo, cito aquam liberam
guſtabunt. Ad ſummam, omnes illos in teſtamento
2 meo manumitto. Philargyro etiam fundum lego,
et contubernalem ſuam. Carrioni quoque inſulam,
3 et viceſimam, et lectum ſtratum. Nam Fortunatam meam heredem facio, et commendo illam omnibus amicis meis: et haec omnia publico ideo, vt familia mea iam nunc ſic me amet, tanquam mortuum.
4 (ENCOLP.) Gratias agere omnes indulgentiae coeperant

§. 13. Epheſum] Fuit fortaſſe eo tempore notus hiſtrio, cuius memoria periit, vt plurimorum. Apud *Gruter.* p. 250. occurrit *Epheſius. Reineſ.* *Theſpim* malebat, ex *Hor. Art. poët.* v. 276. notum: quod recepit *Nod.* temere!

palmam] ſcil. praerepturus vel reportaturus, aut aliud quid. Eſt enim formula elliptica, quales in vſu ſunt in ſponſionibus, vti in formulis iurandi. *Burm.* mauult: *ni Praſinus proximis Circenſibus palmam.* Vid. *Briſſon. de form. lib.* 5. *p.* 369. *Tilebom.* ita legendum putabat: *ſi praſinus ſis, aiebat, nonne proximis Circenſibus primam palmam habebis?*

C. LXXI. §. 1. homines] Iam philoſophatur, vt *Sen. ep.* 47. *Serui ſunt? imo homines.*

lactem] Ita *Plaut. Bach.* 5. 2, 16. *Nec lactem, nec lanam vllam habent. Lactem* et *lacte* dixerunt veteres. cf. c. 38, 1. *lacte gallinaceum.*

fatus] vid. c. 42, 5.

liberam] *Ouid. ſeruam aquam* dixit 1. *Am. el.* 6, 26.

§. 2. etiam.] *Patau. Pariſ.* et *Nod. et*, neſcio, cur?

§. 3. mortuum] *Plin. l.* 14, 22. dicit de *ebriis: alii teſtamenta ſua nuncupant.* Noſter adeo exemplar ſui teſtamenti paullo poſt adferri iubet.

rant domini, cum ille, oblitus nugarum, exemplar
teſtamenti iuſſit afferri, et totum a primo ad vlti-
mum, ingemiſcente familia, recitauit. Reſpiciens 5
deinde Habinnam: (TRIMALC.) Quid dicis, inquit,
amice cariſſime? aedificas monumentum meum,
quemadmodum te iuſſi? Valde te rogo, vt ſe- 6
cundum pedes ſtatuae meae catellam pingas, et co-
ronas, et vnguenta, et Petractis omnes pugnas, vt
mihi contingat, tuo beneficio poſt mortem viuere.
Praeterea, vt ſint in fronte pedes centum: in agrum
pedes ducenti. Omne genus enim pomorum, volo, 7
ſint circa cineres meos, et vinearum largiter. Valde
enim ſalſum eſt, viuo quidem domos cultas eſſe:
non

§. 4. cum ille — nugarum] *Goeſ. cum ille necdum oblitus nugarum.* Sed locus ſanus eſt: *oblitus nugarum* eſt, quaſi rem iam ſerio agere vellet.

§. 6. pingas.] *Heinſ.* cum *Scheff.* malebat *fingas*, quod arripuit *Nod.* Sed etiam lapides, opere tectorio inducti, variis coloribus diſtingui ſolebant.

vnguenta] quibus viuus delectatus erat.

Petractis] *pro Mſ.* et *Burm. Petraitis*, edidi ob cauſſas, ad c. 52, 3. indicatas, conſentiente *Ed. Patau. Scheff.* malebat *peractas*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr.* vel *Paridis. Reisk.* edidit *Petronatis.*

in fronte] Latitudinem monumenti ſecus viam notat. Hinc non ſcribendum *in frontem*, quod etiam *Hor.* docet. 1. *Serm.* 8, 12. *Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum.*

in agrum] Notat in longitudinem, a via in agrum introrſus extenſum ſepulchrum. Ceterum inſignis eſt iactantia in numero pedum, cum pleraque monumenta vix viginti pedes aequent.

§. 7. enim] *Burm.* edidit, ſuadente *Reineſ. etiam.* Sed *enim* vel cum gratia hic redundat, (vt *Plaut. Perſ.* 2. 2, 46. *Quia enim nihil amas, cum ingratam amas,* et *nam* ſaepe apud noſtrum; vid. *Ind.*) vel indicat, hanc eſſe cauſſam, cur tam amplum monumentum cupiat.

pomorum] *Heinſ.* coniicit *pompae. Scheff. pomi. Reineſ. Pomonae;* ſcilicet quia *pomae* editum erat in *Ed. Patau.* Sed coniecturis *Mſ.* lect. non eget. Ceterum vix auſim definire, vtrum *Trim.* voluerit, hortos veros monumento ſuo adiici, vti *Hermes*, quod ex *Inſcript. Gratianenſi* 12. 630. apud *Gruterum* intelligitur; an imaginibus pomorum et vinearum monumentum ornari, qualia ornamenta apud *Boiſſardum* occurrunt frequentia.

ſint] Ita *Mſ.* quod poteſt ferri, quia *omne genus* multitudinem complectitur. *Hadr.* et *Nod.* ediderunt *ſit.*

ſalſum] pro *Mſ. Burm.* et *Nod. falſum*, reſcripſi ex coniectura *Scheff.* a *Cruſio* probata. *Salſum*

 vero,

non curari eas, vbi diutius nobis habitandum eſt, et ideo ante omnia adiici volo:

HOC . MONVMENTVM . HEREDEM . NON . SEQVATVR.

8 Ceterum erit mihi curae, vt teſtamento caueam, ne mortuus iniuriam accipiam: praeponam enim vnum ex libertis ſepulchro meo, cuſtodiae cauſſa, ne in monumentum meum populus cacatum currat.
9 Te rogo, vt naues etiam monumenti mei facias, plenis velis euntes: et me in tribunali ſedentem praetextatum, cum annulis aureis quinque, et nummos in publico de ſacculo effundentem; ſcis enim, quod
10 epulum dedi, binos denarios. Faciatur, ſi tibi videtur, et triclinia: facies et totum populum, ſibi
11 ſuauiter facientem. Ad dexteram meam ponas ſtatuam

vero, vt ait *Quinct.* 6, 3. 18. *in conſuetudine pro ridiculo accipitur;* etſi, illud potius *facetum* ſignificare, demonſtrat. Sed *Trim.* ſuo iure poterat huic verbo tribuere eum ſignificatum, quem habet in vita communi. *Heinſ.* malebat *inſulſum.*

eas] ſcil. *domos*, i. e. ſepulchra.

§. 8. cuſtodiae cauſſa] Nec hoc inuſitatum ditibus. vid. *vet. Comment.* ad *Hor. Epod.* 17, 47. et *Prop. l.* 3. *eleg.* 16, 24.

*Adferet hac vnguenta mihi, ſertisque ſepulchrum*
*Ornabit cuſtos, ad mea buſta ſedens.*

§. 9. naues] quibus hic vſus erat. Vid. c. 76, 3.

annulis aureis] Et hoc glorioſum, quod libertinus, cui eorum vſus eſſet interdictus, pro luxu ſeculi, ſuum cuique digito vult aſſignari annulum.

binos denarios] Omiſſa eſt copula eodem iure, quo c. 45, 10. *nobis epulum daturus eſt Mammea; binos denarios mihi et meis.* *Nodot.* cum *Hadr.* *et* addidit. *Heinſ.* coniicit *in epulum.* Equidem, ſi quid mutandum ſit, putem, pro *quod* poſſe *ad* legi.

§. 10. Faciatur] Haec *C. Trag.* lect. non eſt ſollicitanda. Nam primo *paſſiuum*, *facitur* dicitur, pro *fit Titin.* 5. *Quanta ſtultitia cupidinis petunt conſilium bona gratia, vt parui faciatur. Varro Cynic. Si, me hercule, pergunt et deorum cura non ſatisfacitur reipub. Priſc.* l. 8. deinde *Trim.* iunxit 3. *perſ. ſing.* cum *neutro plur.* per *graecismum*, a *Ter.* adeo in *Eun. prolog.* verſ. 17. vſurpatum: *Habeo alia multa, quae nunc condonabitur. Goeſ.* mauult *faciantur. Patau.* et *Pariſ. facias ei. Nod. facies; Hadr. facias*, qui putat, *Mſ.* habuiſſe *faciatis;* ſed temere.

§. 11. ponas] Ita *Mſ.* nec male, quia

ſtatuam Fortunatae meae, columbam tenentem: et catellam, cingulo alligatam, ducat:. et Cicaronem meum: et amphoras copioſas, gypſatas, ne effluant vinum: et vnam, licet fractam, ſculpas, et ſuper eam puerum plorantem: horologium in medio, vt, quisquis horas inſpiciet, velit, nolit, nomen meum legat. Inſcriptio quoque, vide diligenter, ſi haec ſatis ido- 12 nea tibi videtur:

C. POMPEIVS . TRIMALCHIO . MAECENATIANVS . HIC.
REQVIESCIT.
HVIC . SEVIRATVS . ABSENTI . DECRETVS . EST.
CVM . POSSET . IN . OMNIBVS . DECVRIIS . ROMAE.
ESSE . TAMEN . VOLVIT . PLVS.
FORTIS . FIDELIS.
EX . PARVO . CREVIT.

SESTER-

quia *Trim.* nunc *fut.* nunc *praeſ. coni.* vtitur pro *imp. Patau.* et *Pariſ.* quos temere ſecutus eſt *Nod.* edidere *pones.*

et catellam — Cicarorem meum ] *Goeſ.* dubitat, an verba ſic ſint transponenda: *Et Cicaronem meum et catellam cingulo alligatam ducat*, vt *Cicaroni catella* tribuatur, ſicut *Fortunatae columba.*

effluant ] Haec vera ſcriptura eſt. Nam per *graecismum fluere* et *effluere*, vt ῥεῖν, et alia eiusdem generis, v. c. πίπτειν, λάμπειν, ζεῖν, actiue dicuntur pro *effundere.* Sic *Claudian. epigramm.* in *Iacobum, magiſtrum equitum:*

*Et tua perpetuo dolia vina fluant.*

cf. *Burm.* in *diſſ.* de *Ioue Fulguratore.* c. 4. et *Reisk.* in *Miſc. Lipſ.* Igitur praeter neceſſitatem *Nod.* cum *Hadr.* et *Patau. effluat* edidit.

§. 12. Inſcriptio] *Tilebom.* malebat *inſcriptionem:* ſed hac mutatione non opus eſt.

ABSENTI.] propter merita.

VOLVIT.] Pro hac *Mſ.* lect. *noluit* neceſſario ſubſtituendum, putarunt editores, etiam *Burm.* et *Nod.* Ego tamen malui *voluit* retinere, quia, ſi *plus*, quod etiam habet *Mſ.* ſeruetur, *voluit* requirit ſenſus, qui prodit, *Trimalchionis* vanitati ſatis aptus. Nimirum hic: *tamen voluit plus*, i. e. *maius* quid; ſic enim *plus* interdum dicitur, vt apud *Cic. Phil.* 2. c. 13. *plus, quam ſicarios eſſe.*

PLVS.] ita *Mſ.* Sed cum ex *voluit* editores feciſſent, *noluit;* ex *plus* neceſſario *pius* erat effingendum, quod, auctore *Reineſ.* editum eſt ab *Burm.* et *Nod.*

SESTERTIVM . RELIQVIT . TRECENTIES . NEC . VNQVAM . PHILOSOPHVM . AVDIVIT.

VALE . ET . TV.

## CAP. LXXII.

*Triſtes conuiuas Trim. inuitat ad balneum. Encolpius, qui cum ſuis in turba exire conabatur, in eandem cum Aſcylto piſcinam lapſus, ab Atrienſe extrahitur; non vero per ianuam emittitur.*

(ENCOLP.) Haec vt dixit Trimalchio, flere coepit vbertim; flebat et Fortunata; flebat et Habinnas; tota denique familia, tanquam in funus rogata, la-
2 mentatione triclinium impleuit. Imo iam coeperam et ego plorare, cum Trimalchio: (TRIMALC.) Ergo, inquit, cum ſciamus, nos morituros eſſe,
3 quare non viuamus? Sic vos felices videam, coniiciamus nos in balneum, meo periculo, non poeni-
4 tebit. Sic calet, tanquam furnus. (HABINNAS) Vero,

TRECENTIES.] Stolidi ſummas patrimonii titulis ſepulchralibus inſeri curarunt, vt *Hor.* docet 2. *Serm.* 3, 84.

AVDIVIT.] Iactat, ſe ſapere ſuo ipſius ingenio; praeterea dedecori ſibi ducit, profiteri philoſophiam, quia ei ſtudium vitae auſterae, et ab omnibus voluptatibus remotae, iunctum putabatur.

VALE ET TV.] Haec tempore ſeriore videntur addita *Reineſio.* Sed ſi vel maxime hoc additamentum non fuerit vſitatum in ſeriis inſcriptionibus: *Petron.* tamen ridiculi cauſſa illud potuit adiungere; his enim ſignificare videtur *Trim.* eum valere, qui eiusmodi diuitiis potitus fuerit. Ceterum frequentes ſunt in monumentis eiusmodi formulae: *Aue, vale, ſalue. Grut.* 809. 4.

C. LXXII. §. 2. et ego] Ita *Mſ. Nod.* cum *Hadr. Patau.* et *Pariſ. etiam ego;* temere!

viuamus] Eodem modo argumentatur c. 34, 10.

§. 3. balneum] Quia eo *Romani* non, niſi ante coenam, vtebantur, hac adhortatione *Trim.* indicat, ſe velle iterum coenare; quod faciebant interdum homines luxurioſi, vti ex *Apuleii Apolog.* p. 312. apparet: *Dico, Craſſum iam dudum ebrium ſtertere, aut ſecundo lauacro, ad repotia coenae obeunda, vinolentum ſudorem in balneo deſudare.* Idem praeter morem *Romanorum* fecit *Nero. Suet.* c. 27. *Epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat, refotus ſaepius calidis piſcinis, ac tempore aeſtiuo niuatis.*

tanquam furnus] pro more iſtorum

Vero, vero, inquit Habinnas, de vna die duas facere, nihil malo; (Encolp.) nudisque conſurrexit pedibus, et Trimalchionem gaudentem ſubſequi.
Ego reſpiciens ad Aſcylton: Quid cogitas? inquam; 5
ego enim, ſi videro balneum, ſtatim exſpirabo.
Aſſentemur, ait ille, et, dum illi balneum petunt, 6
nos in turba exeamus. Cum haec placuiſſent, du- 7
cente per porticum Gitone, ad ianuam venimus: vbi canis catenarius tanto nos tumultu excepit, vt Aſcyltos etiam in piſcinam ceciderit. Nec non ego quoque ebrius, qui etiam pictum timueram canem, dum natanti opem fero, in eundem gurgitem tractus ſum.
Seruauit nos tamen Atrienſis, qui, interuentu ſuo, 8
et

iſtorum temporum, quem deſcribit *Sen. Ep.* 86. *Nihil videtur mihi iam intereſſe, ardeat balneum, an caleat.*

§. 4. Vero, vero] Ita *Mſ.* haec autem particula cum eſt affirmantis, ſaepe praemittitur. *Cic. Leg.* 1, 23. *vero facis et merito:* vid. in *Claue Cic. Erneſt.* plura exempla. Temere igitur *Scheff.* ſubſtituit *vere*, et *Reisk.* male edidit: *Vera, vera,* vt ipſe fatetur in *Miſc. Lipſ.* Repetitio vero eiusmodi valde frequens eſt *Petronio*, v. c. *babae, babae* c. 37, 9. *Modo ſic, modo ſic* c. 45, 1.

duas] Ita *Mſ.* atque per archaismum *Trim. dies* etiam in *plur.* pro *fem.* habuit. Fruſtra ergo *Goeſ. duos* ſubſtituit. Ceterum ex hac reſponſione apparet, *Habinnam* etiam verba *Trim.* de coena, quae vno eodemque die non, niſi ſemel, ſolebat ab hominibus frugalibus inſtitui, iteranda interpretatum eſſe.

nihil malo] In hac *Mſ.* lect. eſt perplexi quid, pro *nihil malo, quam de vna die duas facere.* Non vero alienae ſunt ab hominum plebeiorum ſermonibus eiusmodi ellipſes. *Scheff.* ſuſpicabatur: *nihil metuo*, quod edidit *Nod. Goeſ.* malebat: *mihi malo. Burm. nihil mali*, quod *Reisk.* recepit.

gaudentem] *Reineſ.* mauult *gradientem;* fruſtra, cum *gaudens* poſſit dici, qui ipſo inceſſu gaudium prodit: Ita *Virg.* 1. *Aen.* 690. *Greſſu gaudens incedit Iuli.*

ſubſequi] *Burm. coepit* putat omiſſum librarii culpa; *Reisk.* addidit *traxit:* ſed *Caeſ.* adeo in multis locis vtitur *infinitiuo hiſtorico.*

§. 5. exſpirabo] ſcil. ob calorem immodicum.

§. 6. Aſſentemur] Ita *Mſ.* nec ineptus ſenſus prodit: *Oratione approbemus hoc, ſed clam exeamus. Nod.* dedit *abſentemur;* forte, quia *abſentem* in marg. *Mſ.* reperitur. Sed hoc voc. vſurpatur tantum a recentioribus, non ſatis latine ſcribentibus.

in turba] *Tilebom.* coniicit, *e turba*, nec tamen *in turba* improbat; i. e. in media hominum multitudine, in qua aliquis non facile obſeruatur.

et canem placauit, et nos trementes extraxit in ſiccum. 9 Et Giton quidem, iam dudum ſe ratione acutiſſima redemerat a cane; quidquid enim a nobis acceperat de coena, latranti ſparſerat. At ille, auocatus cibo, 10 furorem ſuppreſſerat. Ceterum, cum algentes vtique petiſſemus ab Atrienſe, vt nos extra ianuam emitteret: (ATRIENSIS) Erras, inquit, ſi putas, te exire hac poſſe, qua veniſti. Nemo vnquam conuiuarum per eandem ianuam emiſſus eſt; alia intrant, alia exeunt.

## C A P. LXXIII.

*Igitur iam vltro balneum adeunt, audiuntque Trimalchionis putidam iactationem, cantica Menecratis ab ipſo lacerata, ſpectantque reliquorum ludos. Loti vsque in lucem coenare et potare iubentur.*

(ENCOLP.) Quid faciamus? homines miſerrimi, et noui generis labyrintho incluſi, quibus lauari iam 2 coeperat votum eſſe. Vltro ergo rogauimus, vt nos ad balneum duceret: proiectisque veſtimentis, quae Giton in aditu ſiccare coepit, balneum intrauimus, anguſtum ſcilicet, et ciſternae frigidariae ſimile, in

§. 9. ſe ratione] Hoc recte ediderunt *Burm. Nod.* et alii, praeeunte *Scheff.* pro *Mſ.* et *Pat. ſervatione:* nam *ſe* neceſſario requirit v. *redemerat;* vnde *Pariſ.* edidere *ſe redemerat. Goeſ.* qui hic nullum acumen videt, quod tamen mirari poterat *Encolp.* qui hac arte vti oblitus erat, ſuſpicatur, *Petron.* ſcripſiſſe: *ratione ac via tutiſſima.*

acceperat] ſcil. domum portandum, quod erat officium ſervorum. vid. *Caſaub.* ad *Theophr.* *περὶ ἀναισχυντίας.*

At ille] *Heinſ.* putat rectius: *ita ille.*

auocatus] Ita *Mſ.* ſcil. *a furore*, a quo auocatur canis, cibo obiecto. Male *Nod.* cum *Patau.* edidit *euocatus:* pro quo *Reineſ.* malebat *reuocatus.*

§. 10. Erras] Duo rogauerant; vni reſpondet. Sed ſolent auctores optimi in tali ſermone permutare numeros.

C. LXXIII. §. 1. votum eſſe] Ita edidit *Burm.* et ſic legendum, recte coniecit *Scheff.* Ita enim exhibetur in *Mſ.* pro *notum*, quod *Nod.* cum *Pat.* et *Pariſ.* male edidit, cum vel *Quinct.* 13. de *inſtit. or.* 5. dicat: *ſed hoc votum eſt.*

§. 2. rogauimus] Ita *Mſ.* Male *Nod.* cum *Hadr.* *rogamus; duceret* enim indicat, praemiſſum eſſe *perf.*

in qua Trimalchio rectus ſtabat, ac ne ſic quidem putidiſſimam ei iactationem licuit effugere: nam, nihil melius eſſe, dicebat, quam ſine turba lauari; et eo loco ipſo aliquando piſtrinum fuiſſe. Deinde, vt 3
laſſatus conſedit, inuitatus balnei ſono, diduxit vsque ad camaram os ebrium, et coepit Menecratis cantica lacerare, ſicut illi dicebant, qui linguam eius intellige-
bant. Ceteri conuiuae circa labrum, manibus nexis, 4
currebant, gingilipho et ingenti clamore exſonabant: alii

rectus] *Heinſ.* mauult *nec rectus;* ſed etiam anguſtum balneum poteſt eſſe tam altum, vt aliquis poſſit ſtare *rectus*, i. e. erectus, vt *Ouid.* l. 3. *Met.* 78. hoc voc. dicitur. *Nod.* neſcio, vnde, edidit: *nudus.*

ei iactationem] Ita pro *Mſ.* et *Burm. ei actionem,* cum *Cruſio* in *Prob. Crit.* qui vero temere *hinc* addit, ſubſtitui, quia non de *actione*, ſed de ſermone hic agi, apparet ex ſeqq. *nam — dicebat.* Facile autem ex *ei iactionem*, vti per compendium ſcribi ſolebat, *ei actionem* oriri potuit, vno *i* neglecto a librariis. Senſus vero eſt valde commodus: *atque ne ſic quidem poterat a ſe impetrare, vt effugeret, vel omitteret putidiſſimam iactationem*, i. e. iactationem nimis affectatam, vel paullo altius repetitam: nam anguſtias balnei huius, diuerſi ab eo, quod c. 28, 1. commemoratur, laudat, quia turbam non admittat; ſolent autem iactatores, vel viliſſimis ſuis rebus, hac ratione aliquod pretium tribuere. *Heinſ.* malebat: *putidiſſimam eius iactationem,* quod valde probatur *Burm. Reineſ.* volebat: *ac ſic quidem putidiſſimam ei actionem licuit effingere;* nimirum, quod nudus in turba ſtaret. *Reisk.* edidit: *putidiſſimam ei dictionem:* ſed ſequitur *dicebat*, hinc *iactatio*, vti propius ad literas accedit, ita elegantius dicitur. *Nod.* exhibuit: *putidiſſimam eius actionem nobis licuit effugere.*

ſine turba] Ita *Mſ.* Sed *Nod.* in *Ed. pr.* cum *Reineſ. in turba* edidit, in poſterioribus tamen *ſine turba* reperitur.

ipſo] *Heinſ. ipſi*, vti edidit *Hadr.* Satis putide gloriatur, ſe ipſum piſtrinum in balneum mutaſſe.

§. 3. balnei] *anguſti* ſcilicet. Nam *Suaue locus voci reſonat concluſus. Hor.* l. 1. *Serm.* 4, 76.

vsque ad camaram] Tribuitur cantanti adeo ſupinus vultus, vt *os* quaſi *camaram* attingere videatur.

Menecratis] Hoc ex *Mſ. Menetratis* fecerunt editores, etiam *Burm.* et *Nod.* non male, quia *Menecras*, auctore *Suida*, fuit poëta *comicus. Heinſ.* malebat *Maecenatis*, qui quidem cantica ſcripſit, ſed latina, quae ipſe *Encolp.* potuiſſet intelligere. Ceterum ad mores ruſticos refert *Theophr.* c. 4. *in balneo canere.*

§. 4. gingilipho et] pro *Mſ.* et *Burm. et gingilipho* dedi, quia copula hic non poteſt abeſſe. *Gingiliphus* vero eſt idem, quod *γιγγιλισμὸς* apud *Heſych.* vel *γιγγλισμὸς*, quod *Reiskio* magis placet, i. e. *riſus petulans.*

alii autem, aut, reſtrictis manibus, annulos de pauimento conabantur tollere, aut, poſito genu, ceruices poſt terga flectere, et pedum extremos pollices tan-
5 gere. Nos, dum alii ſibi ludos faciunt, in ſolio, quod Trimalchioni parabatur, deſcendimus. Ergo, ebrietate diſcuſſa, in aliud triclinium deducti ſumus, vbi Fortunata diſpoſuerat lautitias ſuas, ita vt ſupra, lucernas aeneoloſque piſcatores notaverim: et menſas totas argenteas, calicesque circa fictiles inauratos: et
6 vinum in conſpectu ſacco defluens. Tum Trimalchio: (Trimalc.) Amici, inquit, hodie ſeruus meus barba-

Nam terminatio φος ſatis eſt frequens. Temere ergo *Nod.* cum *Hadr.* et *Scheff.* *et gingiliſmo* edidit. *Heinſ.* dubitat, an exciderit ſyllaba, ac reſtituendum ſit: *et ſinguli ſophos,* (vti c. 40, 1. conuiuae *Trimalchioni* acclamant,) *ingenti clamore exſonabant.*

tollere] *Heinſ.* mauult *vellere:* *Burm.* exiſtimat, excidiſſe poſt *pauimento* voc. *dentibus*, vel *ore*, quia tales fere ſunt exercitationes, quibus ſitim quaerebant ebrii, apud *Plin.* 14, 22. et apud *Xenoph.* in *conuiuio* p. 878.

§. 5. ſolio] Hoc recte reſtituerunt editores, etiam *Nod.* et *Burm.* pro *Mſ.* *ſolo;* nam *ſolium* in balneo eſt locus; nec obſtat, quod hic *ablat.* pro *accuſ.* eſt poſitus, vt c. 26, 10. *in balneo ſequi*, et alibi; cf. not. ad c. 15, 3. et ad c. 42, 2.

parabatur] Hanc lect. *Mſ.* marginalem praetuli cum *Hadr.* lectioni textus, a *Burm.* editae, *periiapatur*, quae ſenſum non admittit, atque coniecturae *Reineſii*, a *Reiskio* et *Nod.* receptae, *pyriabatur*, ab πυριᾶν, *calefacere*, quia ab *Encolpii* elegantia abhorret voc. ſemi - graecum. *Scheff.* corrigebat: *in ſolio, quod Trim. per duos aptatur*, ratus quippe, *II* h. l. numerum indicare. *Heinſ.* malebat *praeparabatur*, vel *temperabatur*. *Burm.* volebat *perfricabatur*, quia *ſolium* perfrictioni et vnctioni inſeruiebat.

Ergo] *Scheff.* proponit, *Ex eo.* *Reineſ.* arbitratur, quaedam excidiſſe. *Nod.* neſcio, vnde, edidit *Inde.* Sed locus ſanus videtur. *Cum ergo* (in ſolio) *ebrietas eſſet diſcuſſa.*

piſcatores] i. e. vel *piſcatorum imagines*, vti vult *Goeſ.* vel *diſcos*, quibus inſculpti piſcatores erant, vt vult *Salmaſ.* ad *Hiſt. Aug.* p. 340; prius tamen praetulerim. *Reineſ.* legendum putabat *naſcatores*, i. e. ſuppoſitoria vel peſſos; ſed hoc vocabulum eſt barbarum; vel *priapiſcotos*, i. e. in formam faſcini virilis faſtigiatos; ſed nec hoc placet. *Scheff.* legebat *aeneoloſque epiſtatores*, i. e. tripodes, qui *gr.* ἐπιστάται dicuntur. *Goeſ.* *aeneolos quoque piſcatores.* *Reisk.* olim cogitabat, legendum eſſe *pſycteres* (ψυκτῆρες,) poſtea intellexit, *piſcatores*, quod edidit, recte ſe habere.

et vinum] *Scheff.* malebat: *ſed et vinum.* Verum *et vinum* quoque pendet a *notauerim.*

barbatoriam fecit, homo praeſiſcini, frugi, et micarius. Itaque tengo menas faciamus, et vsque in lucem coenemus.

## CAP. LXXIV.

*Gallus, in cuius cantu malum omen ineſſe, putabat Trim. corollario promiſſo, affertur et coquitur. Familiae pars ad coenam abire iubetur, alia eius claſſis ſubit. In qua erat puer. Quem cum Trim. oſculatus eſſet; ei Fortunata conuiciatur. Cuius in faciem ille calicem immittit, exprobrationibusque minas addit.*

(Encolp.) Haec dicente eo, gallus gallinaceus cantauit, qua voce confuſus Trimalchio vinum ſub menſa iuſſit effundi, lucernamque et mero ſpargi; imo annulum traiecit in dexteram manum, et: (Tri- 2
malc.) Non ſine cauſſa, inquit, hic buccinus ſignum dedit:

§. 6, barbatoriam] pro *Mſ. babatoriam.*

fecit] Ita *Mſ.* et *Burm.* ſed *Nod.* cum *Hadr. Patau.* et *Pariſ.* edidit *facit.*

micarius] Sic *Mſ. Trim.* fortaſſe ita dixit ſeruum diligentiſſimum rei familiaris, quaſi *micarum* adeo colligendarum ſtudiodiſſimum. *Burm.* dubitat, an in hoc voc. quid lateat ſimile illi: *cum quo in tenebris mices*, c. 44, 7. *Scheff.* ſuſpicabatur: *et mi carus*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr. Reineſ.* vero legit *amicarius*, intelligitque *amicarum conciliatorem.*

tengo menas] pro *Mſ. Burm.* et *Nod. tangomenas*, edidi ob cauſſas, ad c. 34, 7. indicatas vbi etiam aliorum coniecturas, commemoraui. *Reisk.* hic quoque *tengomen os* ſubſtituit.

C. LXXIV. §. 1. cantauit] Poſt mediam noctem, vltra quam conuiuium erat protractum, ex galli cantu non, niſi *Trimalchionis* ſuperſtitio, malum omen capere poterat; vid. *Plin.* l. 10, 21. *Burmanno* vero alludi videtur ad morem, per quem buccina conuiuium ſoleret dimitti, de quo vid. *Lipſius* et *al.* ad *Tac.* 15. *Annal.* c. 33. Hoc ergo abominabatur *Trim.* Simile plane de *Piſone Cic. Or.* in *Piſ.* c. 27. *vbi galli cantum audiuit, auum ſuum reuixiſſe putat, menſam tolli iubet.*

ſub menſa] vid. c. 38, 15.

lucernamque et] *Nod.* neſcio, cur, *lucernasque etiam* edidit. In lucernas autem vinum ominis cauſſa infundebant, de quo ex *Ouid.* aliisque poëtis conſtat.

traiecit] Etſi non, niſi ex hoc loco, de hac mali ominis auerruncatione conſtat: ex pluribus tamen locis patet, plebem olim annuli traiectioni magnam vim tribuiſſe, v. c. hanc, vt ea *ſingultus comprimerentur. Plin.* 18, 6.

§. 2. buccinus] Hoc latet in lect. *Mſ. bucinus*, vel *bucinuus*; etiam in *gloſſis Labbaei*, pro *buccinatore*, occurtit *buccinus*; atque ſic eleganter dicitur *gallus*, quia ille aeque, ac *buccinatores*, qui apud

dedit: nam, aut incendium oportet, ſiat, aut aliquis
3 in vicinia animam abiiciet. Longe a nobis! Ita-
que, quisquis hunc indicem attulerit, corollarium
4 accipiet. (Encolp.) Dicto, citius de vicinia gallus
allatus eſt, quem Trimalchio iuſſit, vt aeno coctus
5 fieret. Laceratus igitur ab illo doctiſſimo coco,
qui paullo ante aues, piſcesque fecerat, in cacabum
eſt coniectus; dumque Daedalus potionem feruentiſſi-
mam haurit, Fortunata mola buxea piper triuit.
6 Sumptis igitur matteis, reſpiciens ad familiam Tri-
malchio: (Trimalc.) Quid vos, inquit, adhuc non
7 coenaſtis? abite, vt alii veniant ad officium. (En-
colp.) Subiit igitur alia claſſis, et illi quidem excla-
mauere: (Turba) Vale, Gai! (Encolp.)
8 hi autem, (Turba) Aue, Gai! (Encolp.)
Hinc primum hilaritas noſtra turbata eſt; nam, cum
puer non inſpecioſus inter nouos intraſſet mini-
ſtros, inuaſit eum Trimalchio, et oſculari diutius
9 coepit. Itaque Fortunata, vt ex aequo ius fir-
mum approbaret, maledicere Trimalchionem coepit,
et

apud *Romanos* ter canebant ſingulis noctibus, cantare ſolet. *Scheffero* autem *bucciniô* videtur rectius; *Nod.* cum *Hadr.* *buccino* edidit.

§. 4. quem Trimalchio iuſſit, vt] *Burm.* putat, hic intelligendum eſſe, *quem occidi iuſſit.* Sed *Reisk.* in *Miſc. Lipſ.* notat, hunc eſſe *graecismum.*

aeno] *Nod.* edidit *aheno*, vti ſcribitur frequentius.

§. 5. ante aues] *Patauini*, quos ſecutus eſt *Nod.* cum *Hadr.* inſeruerunt *de porco*, quod deeſt in *Mſ.*

§. 6. matteis] pro *Mſ.* *matheis;* v. c. 65, 1. *Nod.* neſcio, qua auctoritate, edidit: *Sumta igitur epidipni.*

§. 7. et illi] recte, pro *Mſ.* *et ille*, eſt reſtitutum ab editoribus.

§. 8. Hinc] i. e. ab hoc tempore. *Burm.* mauult: *Hic.*

§. 9. ex aequo] Ita *Mſ.* *Burm.* et *Nod.* idque recte. *Ex aequo* enim eſt *eodem modo*, quo maritus ſibi aliquid licere credebat. *Ouid. Heroid.* 20, 123. *Torqueor ex aequo, vel te nubente, vel aegra.* *Ius* autem *firmum approbare* eſt, conuiuis oſtendere, illo mariti facto indecoro, ius certum et firmum, ei conuiciandi, ſibi eſſe datum. *Patauini* ediderant *ex quo*, quod placet *Hadr.*

Trimalchionem coepit] forte: *Trimalchioni incepit.* Nam *Encolpius* alibi hoc voc. conſtruit cum *datiuo*, vt c. 117, 11. et 132, 13.

et purgamentum, dedecusque praedicare, qui non
continueret libidinem ſuam. Vltimo etiam adiecit,
(FORTVNATA) Canis! (ENCOLP.) Trimalchio 10
contra confuſus, offenſus conuicio, calicem in faciem
Fortunatae immiſit. Illa, tanquam oculum perdi- 11
diſſet, exclamauit, manusque trementes ad faciem
ſuam admouit. Conſternata eſt etiam Scintilla, 12
trepidantemque ſinu ſuo texit: imo puer quoque of-
ficioſus vrceolum frigidum ad malam eius admouit,
ſuper quem incumbens Fortunata gemere, ac flere
coepit. Contra Trimalchio: (TRIMALC.) Quid 13
enim? inquit, ambubaia non me miſit? ſed e ma-
china illam ſuſtuli: hominem inter homines feci;
at

13. et 14. *Plebeii* vero homines, ſerui, libertini, et *ſemi-graeci*, *maledicere aliquem* dicentes, a *Petron.* introducuntur.

purgamentum] *Heinſ.* putat *purgamentum domus, dedecusque:* fruſtra!

§. 10. offenſus] In hoc voc. *Scheffero* videtur eſſe *gloſſa* voc. *confuſus*. *Goeſ.* coniicit: *confuſus offenſa conuicii.* Prius magis placet; fortaſſe tamen *confuſus* h. l. in vniuerſum ſignificat i. q. *perturbatus*, vt *Ouid.* l. 3. *Amor. Eleg.* 9, 15. et *offenſus conuicio*, indicat cauſſam animi commoti.

§. 12. vrceolum frigidum] *Scheff.* primo ſuſpicabatur *vrceolo frigidam;* ſed poſtea, nil mutandum eſſe, intellexit, quia nimirum ad tumorem, quem faciebat calix immiſſus, opprimendum admouit *vrceolum frigidum*, vt noſtrates cultrum.

ſuper quem] Ita *Mſ.* adeoque vel *ſuper puerum*, i. e. eius humeris incubuit, vel, quod eſt probabilius, *ſuper vrceolum. Heinſ.* tamen ſuſpicatur, *Petron.* voluiſſe *ſuper quam*, ſc. *malam;* quia laeſae parti incumbere ſolemus. Vid. c. 54, 2. *cum ſupra brachium, tanquam laeſum, incubuiſſet.*

§. 13. non me miſit] Ita *Mſ.* nec male, ſi haec ita interpretemur: non mihi permiſit oſculari puerum, ſed me vituperauit. *Nod.* neſcio, vnde, edidit: *nunc me miſit? Reisk. non meminit*, probante *Burm. Boſch.* malebat: *nonne miſit?*

ſed e machina] Hanc coniecturam *Reisk.* in *Miſc. L.* propoſitam, recepi, cum quia ſatis prope ad literas *Mſ.* et *Ed. Burm.* *ſede machillam* accedit, tum quia ſenſum optimum habet. *Machina* enim dicitur etiam *cataſta*, *in qua incluſi venales proſtabant ſerui.* v. *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 851. Hoc ſenſu occurrit in *Petit. Conſ.* 2. *amicam de machinis emit.* Malim adeo cum *Burm.* *de machilla* legere, quod proxime ad literas accedit, ſi hoc *diminutiuum* vnquam in vſu fuiſſe, conſtet. *Tilebom.* emendabat: *ſede maxillam illi ſuſtuli. Scheff.* totum locum ita conſtituebat: *Quid enim, inquis, Ambubaia, non me miſit, ſi de*
*maſtra*

at inflat ſe, tanquam rana, et in ſinum ſuum con-
14 ſpuit, codex, non mulier. Sed hic, qui in per-
gula natus eſt, aedes non ſomniatur. Ita Genium
meum propitium habeam, curabo, domata ſit Caſſan-
15 dra caligaria. Et ego, homo dupondiarius, ſeſter-
tium centies accipere potui. Scis tu, me non men-
tiri. Agatho vnguentarius here proxime ſeduxit me,
et,

*maſtra illam ſuſtuli. Reineſio* in mentem venit *de matrylleo*, a *graec.* ματρυλλεῖον; praefert tamen *de maſtrilla.* Poſterius comma eodem, quo *Scheff.* modo, ediderunt *Nod.* et *Reisk.* et hic praeterea *ſi*, per *graeciſmum*, exiſtimat ſignificare *quod. Heinſ.* ita legendum putabat: *Quid enim, ambubaia non meminit ſe,* (pro *fui:*) *de maſtrilla illam ſuſtuli. Goeſ. de maſtrilla, en! illam ſuſtuli.* In *Bibl. Nou. Hal. S.* 9. *obſ.* 4. proponitur: *qui non me miſit. Sed emi ancillam illam, ſuſtuli.*

hominem] cf. c. 35. et 39.

rana] Alludit ad *fab. Aeſopicam. Phaedr.* l. 1. f. 24, 12. vbi etiam *inflare ſeſe* occurrit, vti *Hor.* 2. *Serm.* 3, 319.

conſpuit] Ita *Mſ.* recte, v. *Ind.* Proponit tamen *Reisk.* in *Miſc. L. non ſpuit*, quia eandem notionem reperit in *Luciani Navigio;* nihil vero mutandum putat.

§. 14. ſomniatur] Hanc lect. *Mſ.* et *Burm.* retinui, quia plura talia deponentia in ſermone *Trim.* et comoediarum obſeruaui. In *vet. Inſcr.* ap. *Grut.* p. 794. etiam *dolitus eſt* reperitur, pro *doluit.* Temere ergo *Nod.* cum *Hadr.* edidit *ſomniat. Ita. Scheff. ſomniat. Ac ita. Reisk.* dedit: *ſomniat. Vt ita.* Sed *vt* moleſtum eſt.

domata] Ita *Mſ.* pro *domita,* quod praeter neceſſitatem *Nod.* in *pr. Ed.* ſubſtituit; nam hoc anomalon probatur, et *Tertulliani*, qui *edomator* dixit, et aliorum exemplis, quae vide in notis *Brouckhuſii* ad *Tibull.* l. 4. *carm.* 1, 116. non ergo videtur alienum a ſermone *Trim.*

ſit] pro *Mſ. ſi* neceſſario receperunt editores.

Caſſandra caligaria] *Burm.* ſumit, hoc eſſe nomen mulieris imperioſae, in iſta colonia notae, eamque *caligariam* dici, quia *caligas* faceret et venderet cum viro caligario. Sed alii rectius arbitrantur, hic intelligendam eſſe filiam *Priami*, quia *Trim.* vt vidimus c. 48. fabularum *Homeri* intelligens videri vult. Cum vero ibidem magnam earum prodat inſcitiam, non certo poteſt definiri, in quanam re vxorem cum *Caſſandra* compararet. Videtur tamen, ſi *caligaria* eſt vera lectio, hoc dici: iſta, quae adeo ſuperba eſt, quaſi eſſet filia regis, cum fuerit caligaria, ſerua, quae caligas faciebat. Sed ſi quis malit *caligata*, ſenſus hic eſſe poſſit: iſta, quae *Caſſandrae* vaticinantis furorem aequat, et, vti miles, ſaeuit. Prius magis mihi placet. *Reineſ.* olim ſcriptum fuiſſe, putat, *caſauras*, vel *caſaura*, (κασάυρα) *alicaria*, quod probat *Heinſ.*

§. 15. accipere potui] ſcil. *in dotem*, vt *Ter. Phorm.* 2. 3, 63.

here] Ita *Mſ.* pro *heri.* vt *Ouid.* 1. *Amor. El.* 8, 23. *ſcis, here*

et: (AGATHO) Suadeo, inquit, non patiaris genus tuum interire. (TRIMALC.) At ego, dum bene 16
natus ago, et nolo videri leuis, ipſe mihi aſciam in crus impegi. Recte; curabo, me vnguibus quae- 17
ras: et vt de praeſentarium intelligas, quid tibi feceris: Habinna, nolo, ſtatuam eius in monumento meo ponas, ne mortuus quidem lites habeam; imo, vt ſciat, me poſſe malum dare. Nolo, me mortuum baſiet.

*here te, mea lux, iuueni placuiſſe beato. Heri* vero interdum eſt i. q. *nuper*. Vid. *Heinſ. Lect. Theocrit.* c. 6. Hinc noſter addidit *proxime*, i. e. admodum nuper. Fere tamen ſuſpicor cum *Burm.* hoc eſſe a manu gloſſatoris. *Scheff.* malebat *herae*. Alibi legi vult: *proxime ſeduxit*, idque explicat: *abduxit ſeorſum in proximum;* dubitat tamen, an non rectius ſit *proximo*.

§. 16. bene natus] Ita ex coniectura *Heinſ.* reſtitui, quia *bonatus*, quod habet *Mſ.* et *Burm.* nulla auctoritate poteſt defendi, neque quisquam aptiorem, et literis propiorem lectionem propoſuit. *Bene natus* autem, vel eſt *honeſto loco natus*, vt *Hor.* l. 4. *Od.* 4, 36. vel *bona indole praeditus*, vt *bene natus ager Varr.* de *R. R.* 1, 6. Dicit ergo: *dum ita ago, vt decet virum, ingenuo loco natum*, vel *bona indole praeditum*, i. e. dum fidem *Fortunatae* datam ſeruo, eamque repudiare recuſo. *Reineſ.* vult legere: *at ego dum aporiatus ago*, (ab ἀπορία) quo verbo *Vulg.* vſus eſt *Eſ.* 59, 16. *Hadr. dum bona huic ago. Nod.* eodem modo, ſed *fide* intelligit: ille vero etiam proponit: *dum blandus ago. Scheff. dum vmbonatus ago*, i. e. dum me vmbone tantum tego ac defendo, vel *dum bona ratus ago;* quae lect. illi magis placet. *Heinſ.* cogitabat etiam aliquando: *bonis prognatus*, vel *natus. Goeſ. dum, vt bono natus, ago. Munkerus* in *lit.* ad *Heinſ. dum bonus eſſe ſatago. Reisk.* edidit: *dum βουλαίως ago*, i. e. prudenter, circumſpecte, caute.

leuis] Ita *Mſ.* i. e. *inconſtans*. Male *Patauini* ediderant *lenis*. Hinc *Scheff.* corrigendum putabat: *et volo videri leuis*.

aſciam] pro *Mſ. aſſiam* recte eſt editum.

§. 17. curabo, me] *Tilebom. curabo, ne me vnguibus*. Perperam.

quaeras] *Heinſ.* rectius putat *eruas;* quod mihi arridet, non tamen neceſſario eſt recipiendum.

poſſe malum dare.] Hic interpungendum eſſe, docet *imo*, quod nectit haec cum ſuperioribus. *Goeſ. me poſſe mortuum malum dare.* Sed hoc additamentum reſpuit ſequens *mortuum*.

## C A P. LXXV.

*Effuſis omnibus conuiciis, conuiuas ad hilaritatem adhortatur, narratque, ſe, ſeruum, et domino et dominae ſatisfeciſſe.*

(Encolp.) Poſt hoc fulmen Habinnas rogare coepit, vt iam deſineret iraſci: et, (Habinnas) Nemo, inquit, non noſtrum peccat. Homines ſumus, non
2 Dei. (Encolp.) Idem et Scintilla flens dixit; ac per Genium eius, Gaium appellando, rogare coepit,
3 vt ſe frangeret. Non tenuit vltra lacrymas Trimalchio, et: (Trimalc.) Rogo, inquit, Habinna, ſic peculium tuum fruniſcaris, ſi quid perperam feci, in
4 faciem meam inſpue. Puerum baſiaui frugaliſſimum, non propter formam, ſed quia frugi eſt; decem partes dicit: librum ab oculo legit: pretium ſibi de diariis fecit: artiſellium de ſuo parauit, et duas trullas.

C. LXXV. §. 1. Nemo — homines ſumus, non dei] Idem fere infra c. 130, 1. *Fateor, me ſaepe peccaſſe: nam et homo ſum, et adhuc iuuenis.* Plane eadem verba iam reperiuntur in *vett. Edd.* c. 82, 12. vbi tamen verba priora hoc ordine ſunt poſita: *Nemo noſtrum non peccat.*

§. 2. vt ſe frangeret] Ita pro *Mſ.* et *Burm. vt effrangeret,* edidi cum *Reisk.* ex coniectura *Heinſ.* quam margini *Cod.* ſui adſcripſerat. Nam *effrangeret* non habet locum; potuit autem ex *ſe frangeret* facile oriri, *ſ* poſt *e* poſito. Id certum eſt, hoc verbum dici eodem ſenſu apud *Ouid. Her.* 1, 85. *ille - precibus pudicis Frangitur.* Etiam *Cic.* ad *fam.* 4, 6. dixit: *frangere ſe ipſum,* pro *ſupprimere motum animi. Heinſ.* malebat: *vti frangeretur,* et *Nod.* cum *Hadr.* edidit, *vt effrangeretur.*

§. 4. dicit] *Goeſ. didicit.*

librum ab oculo] *Heinſ.* in *marg.* notauit: *libram abaculo legit,* quibus verbis, *Burm.* putat, indicari: puerum decem partes dicere memoriter poſſe, ſed totam libram non poſſe, niſi ex abaco, recitare. Praeterea tamen *ab oculo* recte interpretatur *a primo adſpectu. Trim.* ergo laudat pueri legendi facultatem.

pretium] recte pro *Mſ. thretium,* orto fortaſſe ex *pretium, t* ex *legit* huc translato, *Scheff.* reſtituit, *Burm. Nod.* et alii ediderunt. Eſt vero *pretium libertatis* intelligendum, quod ſibi acquiſiuerat, diariis, quibus non opus fuerat ipſius frugalitati, venditis.

artiſellium] Ita cum *Nod.* edidi, pro *Mſ.* et *Burm. artiſſelium,* quia hoc analogia linguae requirit. Videtur autem, ſi hoc vocabulum a *Petron.* eſt profectum, quod non eſt improbabile, quia ad formam voc. *biſellium* recte eſt effictum, *ſella, arti* alicui exercendae *apta;* vel,

vti

las. Non eſt dignus, quem in oculis feram? ſed 5
Fortunata vetat. Ita tibi videtur, fulcipedia? Sua- 6
deo, bonum tuum concoquas, milua, et me non fa-
cies ringentem, amaſiuncula; aliquando experieris ce-
rebrum meum. Noſti me, quod ſemel deſtinaui, 7
clauo tabulari fixum eſt. Sed viuorum meminerimus.
Vos rogo, amici, vt vobis ſuauiter ſit; nam ego quo- 8
que tam fui, quam vos eſtis; ſed virtute mea ad hoc
perueni.

vti *Anonymo* apud *Hadr.* videtur, *arta*, i. e. *anguſta*, *ſella* intelligenda. *Scheff.* ſuſpicabatur *arciſolium*, intelligebatque *vmbraculum*, ſolis radiis arcendis: nec tamen ipſi placet. *Reineſ. arciſellium*, quo arbitratur indicari *arcuatam ſellam*, quam *Trimalchioni*, quem ea decebat, fabricaſſet; alii putant, ſic appellari *ſellam*, quae ſimul *arcae* inſerviat. *Hadr.* exiſtimat, *artiſelium* pro *artiſylium* (ab ἄρτος et συλᾶν, *praedari*) poſitum, ſignificare *repoſitorium*, quo colligatur *panis*, diariis detractus.

§. 6. fulcipedia] Ita *Mſ. Burm.* et *Nod.* Neque haec lect. plane repudianda videbatur, quia, vocabula eiusmodi plebi in vſu fuiſſe, ex *ſtapeda*, vel *ſtapia*, quod occurrit in *vet. Inſcr.* (vid. *Voſſ.* de *vit. ſerm.* 1, 7.) atque ſignificat ferrum, cui inſiſtit pes, colligere licet. Ridicule ergo ſic dici videtur ea, quae pedum fulcimentum requirit, ebria quippe. Nec tamen nego, *Reineſii* coniecturam *falcipedia*, δρεπανόπους, i. e. *crura falci ſimilia habens*, analogiae linguae melius conuenire. *Scheff.* proponebat: *dulcis paedia* (παιδεία).

bonum tuum] *Heinſ.* proponit *bolum*. Sed *bonum tuum* eleganter eſt dictum, vt *Plin.* l. 14. c. 14. *iam intelligente ſuum bonum Italia*.

facies] *Tileb. non facias*, quod edidit *Nod.* Sed *fut.* aeque bene pro *imp.* ponitur; neque iſta varietas eſt inaudita in ſermone communi.

amaſiuncula] Hic *Heinſ* mauult *amazoniuncula*, vti *Tertull. c. Marc.* l. 1. dixit, *foemina Amazone audacior*. Sed *amaſiuncula* non videtur delendum. Supra enim c. 45, 7. etiam *amaſiunculus* occurrebat; atque hoc voc. vituperat eius libidinem.

aliquando] Ita *Mſ. Nod.* autem ex *Ed. Patau.* edidit *alioquin*.

§. 7. tabulari] *Scheff.* coniicit *trabali*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr.* vt dixit *Hor.* l. 1. *Od.* 35. 17. et *Cic. Verr.* 5, 21. ſenſu plane eodem: *Vt beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret*, h. e. firmiſſimum efficeret. Sed *tabularis* eodem iure poteſt dici, quo *trabalis*, clauus, ad tabulas ligneas coniungendas aptus, i. e. magnus et firmus. Neque hoc adiectiuum ignotum fuit *Plin.* vid. lib. 34, 9.

§. 8. vt] *Heinſ.* mauult: *ita vobis ſuauiter ſit*.

tam fui] Adiectiuum *tenuis* addi volebat *Heinſ.* Sed poteſt intelligi, vt *aduerb. certo* apud *Ter. Eunuch.* 4. 4, 51. *Parmenonis, tam ſcio, eſſe hanc technam, quam me viuere;* et *Plaut. Aulul.* 3. 6, 12. *Tam hoc ſcit, me habere, quam egomet.* Nam in vita communi eiusmodi ellipſes non ſunt infrequentes.

perueni. Corcillum eſt, quod homines facit, cetera
9 quisquilia omnia. Bene emo, bene vendo: alius alia vobis dicet; felicitate diſſilio. Tu autem, ſterteia, etiamnum ploras? iam curabo, fatum tuum plo-
10 res. Sed, vt coeperam dicere, ad hanc me fortunam frugalitas mea perduxit. Tam magnus ex Aſia veni, quam hic candelabrus eſt ad ſumma. Quotidie me ſolebam ad illum metiri, et, vt celerius roſtrum
11 barbatum haberem, labra de lucerna vngebam. Tamen ad delicias femina ipſe mei Domini annos quatuordecim fui; nec turpe eſt, quod Dominus iubet. Ego tamen, et ipſi meae Dominae ſatisfaciebam. Scitis, quid dicam. Taceo, quia non ſum de glorioſis.

CAP.

Corcillum] *Tileb.* malebat *coricillum*, quod eſt in *Mſ.* Sed, cum et *corculum* dicatur, quod mavult *Scheff.* *corcillum* videtur rectius, vti *oſculum*, et *oſcillum*; niſi cum *Hadr.* *coricillum* eſſe a *κώρυκος*, i. e. *ſacculus*, (vnde dim. *κωρύκιον*, *parua bulga*,) atque obſceni quid ineſſe, ſumamus. Sed *corcillum* contextui eſt aptius, quia *cor* lat. ſignificat intelligentiam. Hinc *Cato corculos apud Romanos nominatos refert, qui ſapientia praepollebant.* (*Plin.* 7, 31.)

§. 9. alia] quae §. 11. ipſe indicat paullo obſcurius.

ſterteia] Ita *Mſ.* Videtur a *Trim.* hoc vocabulum effictum ex tempore, vt ſolent irati; neque haec terminatio eſt inaudita *Latinis.* Sic noſter c. 81, 5. *ſecutuleia.* *Gell.* 1, 15. verbum vetus *locutuleius* commemorat. Vxorem vero ſic dicit maritus, non propter ignauiam, a qua ea erat alieniſſima; vid. c. 37, 1. 67, 1. ſed propter ebrietatem, v. c. 67. quae eam ſomnolentam reddiderat. *Patav.* ediderunt *ſtertera*, quos ſecutus eſt *Nod.* cum *Hadr.* *Tilebom.* malebat *ſtercoraria*, vel *quercera.* *Reineſ.* *ſtertora*, vel *ſterteroſa.*

§. 10. eſt] omiſit *Reisk.*

ad ſumma.] Sic *Mſ.* et *Burm.* nec male, ſi *ad ſumma*, *Reiskii* auctoritate, referatur ad *tam magnus; ad ſumma* vero hic eſt idem, quod *ad ſummum* apud *Cic.* et alios. *Tilebom.* malebat *Ad ſummam*, idque transferebat ad ſeqq. quod etiam fecit *Nod.* cum *Hadr.*

metiri] Bene, pro *Mſ.* *me vri*, eſt editum ex *Scheff.* coniectura, quia ſeries orationis hoc voc. requirit.

§. 11. ipſe mei] Ita, auctore *Scheff.* pro *Mſ.* *Burm.* et *Nod.* *ipſi mi*, edidi, quia *domini* poſtulat, vt *mei* legatur, neque *ipſi* admittit, niſi pro *gen.* vel *nom.* antiquo habeamus, quod eſt paullo inſolentius. *Reisk.* edidit: *ipſi mei.*

domini] Sic *Mſ.* et *Reisk.* Sed *Burm.* et *Nod.* *domino.*

iubet] Idem c. 45, 8. dicitur: *Quid ſeruus peccauit, qui coactus eſt facere?*

## CAP. LXXVI.

*Cum patrimonium negotiando augere conaretur, vno, ait, ſe naufragio omnem fere rem familiarem amiſiſſe, ſed a Fortunata adiutum, maiores feciſſe naues; maioribus diuitiis acquiſitis, ſe diſceſſiſſe a negotiatione, monitu etiam mathematici cuiusdam, et fundos ſibi comparauiſſe.*

Ceterum, quemadmodum Di volunt, dominus
in domo factus ſum; et, ecce! cepi ipſi mi cere-
bellum. Quid multa? coheredem me Caeſari fecit, 2
et accepi patrimonium laticlauium. Nemini tamen 3
nihil ſatis eſt: concupiui negotiari. Ne multis vos
morer, quinque naues aedificaui: oneraui vinum, et
tunc erat contra aurum: miſi Romam. Putares, me 4
hoc iuſſiſſe: omnes naues naufragarunt. Factum,
non fabula: vna die Neptunus trecenties ſeſtertium
deuorauit. Putatis, me defeciſſe? non, me Hercu- 5
les! mi haec iactura guſti fuit; tanquam nihil facti:
alteras feci maiores, et meliores, et feliciores: vt
nemo

C. LXXVI. §. 1. Caeſari] Recte; nam tum plurimi in teſtamentis *Caeſares* heredes ſcribebant, vel vltro, vel coacti. *Suet. Aug.* 66. *Tiber.* 49.

accepi] Bene ſic edidere, ſuadente *Scheffero*, pro *Mſ. accepit*, nam hoc v. ad *cerebellum* referre, durum eſt: nec tamen, eiusdem auctoritate, *feci* eſt reſcribendum.

§. 3. Nemini tamen nihil] Duplex negatio, vt c. 42, §. vlt. eſt vero hic *graecismus.*

vinum] *Mſ.* et *Burm. vineam.* Sed *Reisk.* cum *Nod.* et *Hadr.* rectius edidit *vinum.* Nam etiam §. 6. *Oneraui rurſus vinum*, occurrit. Dici debebat *vino.* Sed *onerare* etiam cum *accuſ.* interdum conſtruitur, vt *Virg.* l. 1. *Aen.* 195. *Vina, bonus quae deinde cadis onerarat Aceſtes. cf. Turn.* l. 27. c. 20.

contra aurum] *Scheff.* ſuſpicatur, ſcriptum fuiſſe: *erat auro contra*, vt *Plaut. Epidic.* 3. 3, 30. *Non caru'ſt auro contra.* Et ſic edidit *Nod.* cum *Hadr.* Sed *contra aurum* bene ſe habet. Vid. *Scaligerum* ad *Varr.* l. 1. de *R. R.* 2.

§. 4. Neptunus] pro *Mſ. Neptuno*, critici neceſſario ediderunt. Forte olim ſcriptum erat *Neptunos* antique; hinc facilis lapſus.

§. 5. guſti] pro *guſtui* per *archaismum*, a *Trim.* affectatum, vt *Salluſt.* dixit *Senati; Ter. fructi.*

tanquam nihil facti] Hunc eſſe *graecismum*, monet *Reisk.* ὡς μηδενὸς γεγενημένου, *tanquam nihil accidiſſet; nihil* enim hic eſt indeclinabile. Temere igitur *Scheff.* dubitabat, an ſcribendum eſſet, *tanquam nil factum*, ſc. mihi ſit; neque eſt, quod ſubſtituamus cum eodem, *tanquam nihil facta*, i. e. nihili aeſtimata, ſcil. *clades.*

6 nemo non me virum fortem diceret. Scis, magna nauis magnam fortitudinem habet. Oneraui rurſus
7 vinum, lardum, fabam, ſeplaſium, mancipia. Hoc loco Fortunata rem piam fecit; omne enim aurum ſuum, omnia veſtimenta vendidit, et mi centum aureos in manu poſuit: hoc fuit peculii mei fermentum.
8 Cito fio, quod Dii volunt. Vno curſu centies ſeſtertium corrotundaui. Statim redemi fundos omnes, qui patroni mei fuerant; aedifico domum. Venalitia coëmo iumenta; quidquid tangebam, creſcebat
9 tanquam fauus. Poſtquam coepi plus habere, quam tota patria mea habet, manum de tabula, ſuſtuli me
10 de negotiatione, et coepi libertos foenerare. Et ſane nolente me negotium meum agere, exorauit Mathematicus, qui venerat forte in coloniam noſtram, Grae-

§. 6. habet] Ludit in formula ambigua: non ſolum fortis eſt, ſed etiam fortitudinem eius, qui eam audet aedificare, ſibi quaſi adiunctam habet, i. e. requirit.

ſeplaſium] ſcil. vnguentum vel aroma. Nam *Seplaſia* erat via *Capuae*, vbi aromata vendebantur. Dici debebat *ſeplaſiarium:* hinc *Nod.* edidit cum *Hadr.* *ſeplaſiaria.* Sed vti c. 53. §. vlt. *ſtella* pro *ſtellana;* ita hic *ſeplaſium* pro *ſeplaſiarium* ponitur. Merces, quae hic commemorantur, ſunt praecipuae *Campaniae.* De *vino* nihil notius. *Lardum* quoque inde exportatum, docet *Lex* 3. *Cod. Theod. de ſuariis. Fabas* ibi abundaſſe, apparet ex eiusdem *Cod.* l. 2. *de equis curulibus.*

§. 8. fio] Sic *Mſ.* idque recte: *cito diues fio, quia id dii volunt. Scheff.* correxit *fit*, quod edidit *Nod.*

patroni] In marg. *Mſ. patrimonii;* perperam!

tanquam fauus] cf. c. 43, 1.

§. 9. patria] vel *colonia*, quam tum incolebat, vel *Aſia*, aut ſaltem *Syria*, vnde venerat; immenſa iactatio!

ſuſtuli me] *Heinſ.* coniicit, vel legendum: *ſuſtuli, imo de negotiatione:* vel *ſuſtuli me de negotiatione*, vt *gloſſam*, eſſe delendum. Sed *ſuſtuli me* eſt formula *Petroniana;* nam c. 74, 13. idem *Trim.* dixit: *e machina illam ſuſtuli.*

coepi] *Scheff. coëgi*

libertos foenerare] *Heinſ.* ſcribi vult *per libertos*, ſed praeter neceſſitatem. v. *Ind.*

§. 10. nolente] Ita *Mſ.* neque eſt, quod hanc lect. ſollicitemus, quia apud *Graecos*, interdum *genitiuis* abſolutis, qui ſunt *Latinorum ablatiui*, non reſpondet verbum, praeſertim in formula ἄκοντος ἐμοῦ. v. *Reisk.* in *Miſc. Lipſ.* ad h. l. Nec tamen mihi plane diſplicet coniectura *Scheff.* et *Heinſ.* qui *nolentem* legere malebant, cum *m* facile excidere potuerit, propter ſequ. *me. Burm.*

Graeculio, Serapa nomine, conſiliator Deorum.
Hic mihi dixit etiam ea, quae oblitus eram, ab acia 11
et acu mi omnia expoſuit: inteſtinas meas nouerat;
tantumque non dixerat, quid pridie coenaueram.
Putaſſes, illum ſemper mecum habitaſſe.

CAP.

*Burm.* putabat, vel *volente*, vel *exortauit* pro *exhortatus eſt*, quod reperitur in margine, eſſe legendum, quia iam *nolentem exorare*, non erat operae pretium. Sed ita loquentem conſulto introducit *Trimalchionem Petronius*, vt ridendos det iſtos mathematicos, qui lucri cauſſa homines ab eo, a quo eos abhorrere videant, multis et vanis precibus auocent, et praedicendis damnis abſterreant.

Graeculio] Haec lect. *Mſ.* vera videtur; nimirum, quia nollet *graeculus* dicere, quod fere contemtum indicat, aliud *diminutiuum* formauit, huiusmodi vocabulorum valde amans. *Nod.* edidit cum *Hadr.* et aliis: *Graeculus, Serapio nomine*, quia hoc nomen *Graecis* vſitatum fuiſſe, indicio eſt *Serapio rhetor*. Sed quis neget, *Serapa* fuiſſe et ipſum nomen non inauditum, cum *Serapion*, et *Serapiacus* virorum, *Serapias* feminarum nomina fuiſſe, ex *Inſcr.* (vid. *Gruter.* et *Reineſ.*) appareat. Inſunt vero et alia nomina in hoc *fragm.* quae alibi non ſunt obvia. *Reineſio* videbatur *Serap-Ammon* legendum, cuiusmodi nomina compoſita amabant *Aegyptiaci*, et *Graeci* Ἀιγυπτιάζοντες.

conſiliator] Recte ſic in *Mſ.* dicitur *aſtrologus*, vel *augur*, quem *Cic.* dixit *conſiliarium Ioui datum*. l. 3. de *legg.* c. 19. Voc. hoc, etiam in *Phaedr.* l. 2. fab. 6, 2. atque alibi occurrens, ſignificat aliquem, qui conſilia dat. Male *Patauini* edidere *conciliator*.

§. 11. mihi dixit] Temere inculcatum videtur *Heinſio*. Sed poteſt ferri.

ab acia et acu] Ita *Mſ.* Hoc prouerbium plebeium indicat minutiſſima quaeque. *Acia* enim eſt, vt ex *Celſ.* 5, 26, 23. apparet, *filum* in acu. *Tilebom.* placebat: *abace et acumine*. *Ed. Lipſ.* habet *ab aſcia*, neſcio, vnde? nam in *Nod. Ed.* reperi *ab acia*.

expoſuit] Hoc in *Mſ.* *expoſcit* latere, dudum viderunt editores.

inteſtinas meas] Sic *Mſ.* nec temere ſeruatum a *Burm.* quia non ſolum *inteſtinum*, ſed etiam *inteſtinus* occurrit apud *Non.* vti *commentarius* et *commentarium*. Eſt ergo *adiectiuum*. Hinc *inteſtina* dicimus, cum *viſcera* intelligimus; hic *inteſtinas*, ſc. *cogitationes*, i. e. ſecretiſſima animi cogitata, dixit *Trimalchio*.

tantumque non dixerat] In marg. *Cod. mihi* additur, quod recipiendum videretur, niſi indicaretur, *mihi* pro *non* eſſe legendum, quod non eſt probandum. *Burm.* malebat: *tantum, quod mihi non dixerat*, i. e. hoc ſolum eius ſcientiae deerat, quod mihi non dixerat. Sed lect. *Mſ.* eandem fere ſententiam cum exhibeat, non eſt ſollicitanda. *Nod.* edidit forte ex ſuo ingenio: *et mihi dixiſſet*.

## C A P. LXXVII.

*Narrat alia fata, ſibi praedicta, gloriatur de domo, a ſe exſtructa, et de honore, ſibi habito ob diuitias. Denique iubet, ſibi afferri apparatum funebrem.*

Rogo, Habinna, (puto, interfuiſti:) „tu dominam tuam de rebus illis feciſti: tu parum felix in „amicos es: nemo vnquam tibi parem gratiam refert: „tu latifundia poſſides: tu viperam ſub ala nutricas.„
2 Et quid? vobis non dixerim, et nunc mi reſtare vitae annos triginta, et menſes quatuor, et dies duos? Praeterea cito accipiam hereditatem. Hoc mihi di-
3 cit Fatus meus. Quod ſi contigerit fundos Apu-
4 liae iungere, ſatis viuus peruenero. Interim, dum Mer-

C. LXXVII. §. 1. Habinna, (puto] *Heinſ.* inſerebat *nam puto*. Sed ſi breuem parentheſin ſtatuamus, non alienam a ſermonibus vitae communis; hac particula non opus eſt. *Rogo* vero h. l. eſt, *interrogo* te, ſcil. an non putaueris, illum ſemper mecum habitaſſe?

„tu] Iam repetit, quae mathematicus ille dixerat. Atque profecto pleraque, ab ipſo dicta, tam communia ſunt, vt in multos cadant. Solent vero vti einsmodi aſtrologi talibus formulis.

dominam] *Heinſ.* malebat *domum*, vel potius *dominum*.

de rebus illis] Idem legendum putabat: *de rebus puſillis.* Sed *de rebus illis* eſt aptius tali fatidico, quia eſt ambiguum. *De* autem h. l. videtur *ſumtum* ſignificare, vt apud *Liv.* 4, 59. *Decerneret Senatus, vt ſtipendium miles de publico acciperet, quum ante id tempus de ſuo quisque functus eo munere eſſet.*

in amicos] Sic *Mſ.* pro *in amicis*, vti *Nod.* edidit. Sed *Gell.* l. 1. c. 7. hanc rationem loquendi, etiam *Cic. Plaut.* et aliorum ſcriptorum auctoritate, confirmat. cf. etiam *not.* ad c. 15, 3.

nutricas] Alluditur ad *fab. Aeſopi.* vid. *Phaedr.* l. 4, 18.

§. 2. quid?] pro *Mſ.* et *Burm. quod* edidi, ſuadente *Scheff.* quia *quod* non locum habet, et facile ex *quid* oriri potuit. *Heinſ.* malebat *quo* pro *cur*, hoc vero edidit *Nod. Hadr.* et *Patav.* praeeuntibus.

et nunc] *Nod.* edidit *etiam.*

Hoc] *Nod.* cum *Patav. haec.*

dicit] *Nod.* neſcio, quo auctore, *dixit.* Sed *praeſ.* poteſt ferri, ſi ſumamus, *Trimalchionem* ipſum iam ſibi videri fati arcana noſſe.

fatus] pro *fatum*, vt c. 42, 5. *Burm.* quia de mathematico agi putat, mauult *fatuus*, quod vocabulum et *coniectorem* et *ſtultum* ſignificare poteſt. Sed, hac lect. admiſſa, mihi videtur etiam *dixit* legendum.

§. 3. viuus peruenero] ſcil. ad fortunam ſatis magnam. Reſpondet enim hoc verbum, vt obſeruauit *Reisk.* in *Miſc. Lipſ. graeco* ἐξικνεῖσθαι, quod dicebant philo-

Mercurius vigilat, aedificaui hanc domum: vt ſcitis, caſula erat, nunc Templum eſt; habet quatuor coenationes, cubicula viginti, porticus marmoratas duas, ſuſum cellationem, cubiculum, in quo ipſe dormio, viperae huius ſeſſorium, oſtiarii cellam perbonam, hoſpitium hoſpites capit. Ad ſumma, Scaurus, cum huc

philoſophi, pro *ad ſummam felicitatem peruenire.* Sed forte rectius, auctore *Munkero*, legeretur *prouenero*, quia hoc verbum dicitur de iis, quibus res proſpere ſuccedit, vt *Plaut. Truc.* 2, 4. 33. *Cum bene prouenisti ſalua, gaudeo,* et 2, 6. 35. Nihil tamen mutare audeo, quia *Trim. graecismos* amat: *viuus* vero ſignificat *in hac vita. Reineſ.* malebat *ſatis diues*, quod edidit *Nod.* aut *diuus* pro *beato. Heinſ.* totum locum ſic conſtituit: *Quid? ſi contigerit fundos Apuliae iungere, ſi ad HS viuus peruenero?* cf. c. 38, 8.

§. 4. caſula] Hoc in *Mſ. caſuc* latere, iam vidit *Heinſ.* neque dubitaui ſic edere, cum etiam c. 44. *caſula* occurrat, atque *diminutiuum* hoc oppoſitionem luculentiorem reddat. *Burm.* et *Nod.* ex *Ed. Patav.* receperunt *caſa.*

ſuſum] antique pro *ſurſum* v. *Varr. de R. R.* l. 1, 6. et *Cato* 157, 15. Iam, cum *archaismos* affectet *Trim.* perperam *Nod.* in *Ed. pr.* edidit *ſurſum. Heinſ. ſuſtum*, pro *xuſtum* vel *xyſtum*, ſcriptum fuiſſe a *Petron.* arbitratur.

cellationem] *Reineſ. cellariolum* volebat ſubſtituere. *Scheff. coenationem.* Sed vti *coenatio* pro *coenaculo*, ſic etiam *celatio* vel *cellatio*, vti ſcribendum erat, cum *cella* ſcribatur, pro loco, vbi aliquid *celatur* vel *conditur*, poterat dici.

ſeſſorium] *Scheff.* et *Reineſ.* mallent *ceſſorium*, ſi vlla niteretur auctoritate: putant enim, ſic forte dici locum, in quem ſaturi ſecedant. Sed *ſeſſorium*, vel eſt *reclinatorium*, vel, quod magis mihi placet, *conclaue matrisfamiliae.* Vti enim ap. *Plin.* 30, 6. *dormitorium* locum, vbi *dormitur*, ita *ſeſſorium* locum, vbi aliquis *ſedet*, ſignificat. *Sedere* autem proprie dicuntur matresfamilias, quae domum ſeruant. Vid. *Ouid. Heroid.* 17, 16. et *Prop.* 13. *El.* 12, 37. et *Vitr. l.* 6. *Archit.* 10. *in oecis magnis matresfamiliarum cum lanificiis ſeſſionem habere* dicuntur *Plautus* dicit *ſeſſibulum, Vitruv. ſeſſimonium.*

hoſpitium hoſpites capit] i. e. ſatis amplum hoſpitibus omnibus, ſi vno eodemque tempore veniant, capiendis. Ita *Mſ.* et *Burm.* lect. videtur intelligenda. Putant tamen viri docti, excidiſſe numerum. Hinc *Scheff.* legi volebat: *hoſpitium M hoſpites*, quod edidit *Nod. Heinſ. hoſpites C capit*; quod *Reisk.* edidit. Sed vterque numerus videtur nimius; at poſterior poſſit *Trim.* vanitati condonari.

§. 5. Ad ſumma] Haec *Mſ.* lect. poteſt defendi, quia *ſummus* etiam eſt *vltimus*, adeoque *ad ſumma* videtur idem eſſe, quod *denique.* Poſſit tamen *ad ſummam* ſcribi, vt edidit *Nod.* cum *Hadr.* quia *Petronio* haec formula fere in deliciis fuiſſe videtur. Vid. *Ind.*

huc venit, nuſquam mauoluit hoſpitari, et habet ad mare paternum hoſpitium: et multa alia ſunt, quae 6 ſtatim vobis oſtendam. Credite mihi: aſſem habeas, aſſem valeas: habes, habeberis. Sic amicus 7 veſter, qui fuit rana, nunc eſt Rex. Interim, Stiche, profer vitalia, in quibus, volo, me efferri. Profer et unguentum, et ex illa amphora guſtum, ex qua iubeo lauari oſſa mea.

## C A P. LXXVIII.

*Eo monſtrato, ſupra torum extenditur, cornicinibus conſonantibus, et libitinarii ſeruo tam valde intonante, vt vigiles, rati, domum ardere, effringerent ianuam. Encolpius cum ſuis per hanc occaſionem fugit.*

(Encolp.) Non eſt moratus Stichus, ſed et ſtragulam albam, et praetextam in triclinium attulit, iuſſitque nos tentare, an bonis lanis eſſent confectae? 2 Tum ſubridens: (Trimalc.) Vide tu, inquit, Stiche, ne iſta mures tangant, aut tineae; alioquin te viuum comburam. Ego gloriosus volo efferri, vt 3 totus mihi populus bene imprecetur. (Encolp.) Statim ampullam nardi aperuit, omnesque nos vnxit; et: (Trimalc.) Spero, inquit, futurum, vt aeque me

mauoluit] antique pro *maluit.* Etiam *Plaut.* dixit *mauolo*, *mauellem*, *mauelim*. *Amph.* 1. 3, 14. *Aſin.* 5. 1, 8. *Aul.* 4. 5, 1. Temere ergo *Heinſ.* emendabat *mauolt.*

§. 6. habes, habeberis] *Scheff.* verius putat: *aues, aueberis.* Sed ſolent plebeii duo prouerbia eiusdem ſententiae coniungere. *Habes* ſimpliciter poſitum pro *diues es*, vt apud *graec.* ἔχειν *Eurip. Alceſt.* v. 58. cf. *Graev.* ad *Cic.* l. 7. *ad fam. ep.* 29. Reſpexit forte ad id, quod habuit *Lucil.* teſte *Schol. Vet.* ad *Iuuenal.* 3. *Quantum habeas, — tanti habearis.*

C. LXXVIII. §. 2. Vide tu] *Heinſ.* in mentem venit; *Videto*, ſed nihil neceſſe eſſe, ipſe fatetur.

comburam] Minae, vano et inſolente domino dignae.

§. 3. omnesque nos] *Reineſ.* *vnguesque ſuos vnxit.* *Scheff.* *omnesque venas.* Sed proba eſt lect. nam omnium capitibus non nihil vnguenti infudit.

et ſpero] *et* in *Ed. Patav.* male eſt omiſſum.

me mortuum iuuet, tanquam viuum. (Encolp.) 4
Nam vinum quidem in vinarium iuſſit infundi: et, (Trimalc.) Putate, vos, ait, ad parentalia mea invitatos eſſe. (Encolp.) Ibat res ad ſummam nau- 5
ſeam, cum Trimalchio, ebrietate turpiſſima grauis, nouum acroama, Cornicines, in triclinium iuſſit adduci, fultusque ceruicalibus multis, extendit ſe ſupra torum extremum: et, (Trimalc.) Fingite, me, inquit, mortuum eſſe; dicite aliquid belli. (Encolp.) Con- 6
ſonuere Cornicines funebri ſtrepitu. Vnus praecipue ſeruus libitinarii illius, qui inter hos honeſtiſſimus erat, tam valde intonuit, vt totam concitaret viciniam. Itaque Vigiles, qui cuſtodiebant vicinam 7
regionem, rati, ardere Trimalchionis domum, effregerunt ianuam ſubito, et cum aqua, ſecuribusque tumultuari ſuo iure coeperunt. Nos, occaſionem 8
opportuniſſimam nacti, Agamemnoni verba dedimus, raptimque tam plane, quam ex incendio, fugimus.

CAP.

§. 4. Nam vinum] *Goeſ.* malebat: *Nam vt vinum quidem.*

§. 5. cornicines] Hoc in *Mſ.* *cornicipes* latere, viderunt editores, idque ex voc. *acroama* colligi poteſt.

dicite] Vt fit, cum, aliquem mortuum eſſe, fama differtur, vt c. 42, 3. *de Chryſantho: homo bellus, tam bonus.*

§. 6. libitinarii] pro *Mſ. libertinarii,* bene editum eſt a *Burm.* et aliis; *libitinarios* enim liberos fuiſſe, et habuiſſe ſeruos, quibus vterentur ad varia miniſteria funeris ornandi, ex l. 6. §. 8. *ff. de inſtitoria act.* et aliunde apparet. Temere ergo in *Ed. Lipſ. tibicinarii* erat editum.

tam valde] *Burm.* dubitat, an non *Petron.* ſcripſerit *tam valide?* Sed *valde* eſt idem.

§. 8. fugimus] Hic finitur fragmentum, quod in ſolo *Cod. Trag.* extat. Cum his arcte cohaerent, quae ſequuntur in *Edd. vett.* et *Codd.* quibusdam, vt *Memm. Leid. al.* Neque in eo quod c. 73, 5. ebrietas diſcuſſa dicitur, atque c. 79, 2. eadem fugientibus iter difficile reddidiſſe traditur, pugna quaedam ineſt, vt *Reineſio* videbatur. Nam c. 73, 6. *Trimalchio* conuiuas vſque ad lucem potare atque coenare iubet, quia coenam peractam non tantum comiſſationem, vel compotationem pro more Romanorum, ſed alteram coenam, pro luxuria ſua, excipere voluerat. conf. not. ad c. 72, 3.

## CAP. LXXIX.

*Errantibus via monſtratur Gitonis acumine, in ſtabulum aegre admittuntur. Encolpius de noctis huius moleſtiis queritur. Aſcyltos puerum in lectum ſuum transfert, et, lite hinc orta, ſocietatisque diſſoluendae cauſſa manubiis diſtributis, vult, et puerum diuidi.*

Neque fax vlla in praeſidio erat, quae iter aperiret errantibus, nec ſilentium noctis iam mediae promit-
2 tebat occurrentium lumen. Accedebat huc ebrietas, et imprudentia locorum, etiam interdiu obſcura.
3 Itaque cum hora pene tota, per omnes ſcrupos, gaſtrorumque eminentium fragmenta, traxiſſemus cruentos pedes, tandem expliciti acumine Gitonis ſumus.
4 Prudens enim pridie, cum luce etiam clara timeret erro-

C. LXXIX. §. 1. Neque fax vlla] *Nod.* edidit: *Fax nulla;* temere, cum *Neque* reſpondeat ſequenti *nec.*

occurrentium] redeuntium nimirum ab alia coena.

§. 2. obſcura] pro *obſcurorum* poſitum exiſtimat *Burm.* Sed vtitur interdum *Petron.* hypallage, vt c. 32, 4. *lacertum — eboreo circulo — connexum;* h. l. vero ea vſus eſt, vt indicaret, inſcitiam locorum tantam fuiſſe, vt vel interdiu *obſcura* futura eſſet. *Obſcura* vero poteſt etiam dici *actiue*, pro redditura iis loca iſta obſcura. Sic dicitur idem voc. apud *Cic. Fam.* 2, 12. *Omnis peregrinatio — obſcura et ſordida eſt iis, quorum induſtria Romae poteſt illuſtris eſſe.*

§. 3. ſcrupos] Ita pro *ſcirpos*, quod in *Mſſ.* et *Edd.* prioribus legebatur, recte eſt editum a *Burm. Nod.* et aliis, praeſertim cum *Douſa P.* in ſuo exemplari membranaceo, *ſcruptos* repererit. *Scirpis* enim, vel *iuncis*, hic non eſt locus, ſed *ſcrupis*, vel *lapillis.*

gaſtrorumque] Ita non temere legitur in *Ed. Burm.* quia hanc lect. ſeruauit *gloſſarium vetus Petron.* atque commode intelligi poſſunt fragmenta vaſorum teſtaceorum, quae in vias proiiciebantur, vt *Ouid. Faſtor.* 2, 540. docet: *Haec habeat media teſta relicta via. Mſſ.* vt teſtatur *Bourdelot. grurumque* habent; pro quo ſubſtituit idem cum *Scaligero* et *al. grumorumque*, i. e. *tumulorum. Gronov.* malebat: *teſtorumque eminentium fragmenta*, l. 3. de *Pec. vet.* c. 15. *Tornaeſ.* legebat *caricam. P. Daniel, caſtrorumque*, vt c. 70. olim *e caſtris*, pro *e gaſtris*, male legebatur. Alii, *gaſtrarumque*, vnde *glarearumque* fecit *Douſa P.* quod recepit *Nod.* nec plane ſpernendum eſt.

eminentium] *Munkerus* volebat: *gaſtrarumque eminentia fragmenta.* Sed quidni ipſa *gaſtra*, humi proſtrata, poſſint dici *eminentia*, cum emineant ex lapidibus, quibus via eſt ſtrata? certe haec hypallage non eſt dura.

§. 4. pridie] Ita pro *Cod.* vet. *prude* legendum eſſe, iam vidit *Puteau.*

errorem, omnes pilas columnasque notauerat creta,
quae lineamenta euicerunt ſpiſſiſſimam noctem, et no-
tabili candore oſtenderunt errantibus viam. Quam- 5
vis non minus ſudoris habuimus, etiam, poſtquam ad
ſtabulum peruenimus. Anus enim ipſa, inter deuer- 6
ſitores diutius ingurgitata, ne ignem quidem admo-
tum ſenſiſſet: et forſitan pernoctaſſemus in limine,
ni tabellarius Trimalchionis interueniſſet, decem ve-
hiculis diues. Non diu ergo tumultuatus, ſtabuli 7
ianuam effregit, et nos per eandem feneſtram admiſit.

[*Cubi-*

*Putean.* Alii, vt idem indicat, *partis* habent. *C. Leid.* vero: *prudens enim prudens*, quod ex *prude*, pro *pridie* vitio librarii ſcripto, ab alio eſt effictum.

creta, quae] Hoc, pro *Cod. vet. certaque*, ſubſtituendum putauit vel *Putean.* Haecque lect. vulgata iam per priores *Edd.* etiam *Nod.* temere autem mutata a *Burm.* recte reuocata eſt a *Reisk.* Nam *Gitonem* luce etiam clara timuiſſe errorem, atque propterea pilas et columnas notauiſſe lineamentis quibusdam, diſerte dicitur; haec vero lineamenta fuiſſe ducta ex materia quadam alba, inde intelligitur, quia ea *notabili candore* oſtendiſſe dicuntur *errantibus viam.* Accedit adeo auctoritas *Cod. Memm.* in quo *cretâ, quae* reperiri, ait *Boſch.*

quae] *Munkerus* legebat *eaque.*

lineamenta] *Heinſ. linimenta.*

§. 6. Anus] *C. Memm. Aras*, pro quo iam *Memmius* ſubſtituit *anus.*

ignem] *Memm.* coniiciebat: *ne ſignum quidem*, pulſantium ſcilicet: ſed tum *ſenſit* legendum eſſet. Nihil mutandum eſt; ſomnus grauiſſimus deſcribitur per hyperbolen, ſatis audacem. *Solin.* c. 29. alia non minus audaci vtitur: *Ita concidunt, vt ne vulneribus excitari queant.*

interueniſſet] Hoc reſtituit *Douſa P.* ſuadente etiam *Puteano*, pro *inueniſſet Codd.* quorundam, v. c. *Pith.* quia ſententia tale verbum poſtulat; atque ipſe vidit librum, qui fidem faceret, haud aliter verba haec ab auctore concepta eſſe. Accedit auctoritas *Patiſſonii*, qui dicit, al. *interueniſſet*, al. *vi veniſſet* legere. Poſterius etiam *Scaliger* notauit ad oram libri ſui. In *C. Memm.* ſimplex *veniſſet* legitur. *Cuperus* coniiciebat: *vi iuuiſſet.*

§. 7. feneſtram] Ita habent meliores libri, vt *Boſch.* teſtatur. Atque haec lect. eſt proba. Nam ex voc. *eandem* apparet, ianuam eſſe intelligendam. Ea vero commode ſic dici poteſt, quia *feneſtra* in vniuerſum indicat *aperturam*, vt *Virg. Aen.* 2,482. et *Plaut. Rud.* 1. 1, 6. Ergo per *eandem aperturam* eos dicitur admiſiſſe, quam fecerat, effringenda ianua. Sed alii libri habent *terram*, vnde *Richardus* fecit *feſtram*, *diminutiuum a feneſtra,* quod oſtium minuſculum in ſacrario indicare dicitur. *Pflugius* malebat *ſerram. Bourdelot, per eandem intro admiſit. Anonym. per eandem cetram,* i. e.

[*Cubiculum ingreſſus, cum fratre lectum petii; et opipare epulatus, ardensque teniigine, me totum voluptatibus ingurgitaui.*]

8 Qualis nox fuit illa, Dî, Deaeque!
Quam mollis torus! haeſimus calentes,
Et transfudimus hinc et hinc labellis
Errantes animas. Valete curae
Mortales! ego ſic perire coepi.

9 Sine cauſſa gratulor mihi. Nam cum, ſolutus mero, amiſiſſem ebrias manus, Aſcyltos, omnis iniuriae inventor, ſubduxit mihi nocte puerum, et in lectum tranſtulit ſuum; volutatusque liberius cum fratre, non ſuo, ſiue non ſentiente iniuriam, ſiue diſſimulante, indormiuit alienis amplexibus, oblitus iuris humani. Ita-

i. e. ſcutum. Vir doctus in *Almelouenii Cod.* adſcripſit: *per eandem etiam*, alius *per eandem cauernam*, alius *per eandem intrantes*.

Cubiculum] Hic quaedam excidiſſe, opinatus eſt *Nod.* ob aſteriſcos, qui reperiuntur in *Codd.* Sed id, quod addidit, profecto non requirebatur. Illud enim intelligi poteſt ex ſeqq. atque adeo equidem dubitem, hic lacunam eſſe. Certe ab hoc loco verſus §. 8. non ſunt alieni, vt *Anonymus* quidam putauit, qui eos ad c. II. transferendos arbitrabatur.

§. 8. v. 3. 4. transfudimus — animas.] Ita amantes, amore mutuo abrepti, dicuntur adfecti; cf. c. 132, 1. *Iam alligata mutuo ambitu corpora animarum quoque mixturam fecerant.* Similia occurrunt in *Gell.* l. 19. c. 11. et *Prop.* l. 1. *eleg.* 13, 17. *Et cupere optatis* (vel *aptatis*) *animam deponere labris.*

v. 5. Mortales!] Ita edidi, pro *Codd.* quorundam *Burm.* et *Nod.* *Mortalis ego*, ſuadente *Burm.* et optimis *Codd.* vt teſtatur *Boſch.* addicentibus, iubente praeterea metro. *Curae* autem ita, vel, vt *Mart.* 11, 7. *pallentes*, dicuntur, quia homines conficiunt et interficiunt; vel, quod fere malim, curae *humanae* in vniverſum ſic nominantur. Senſus hic eſt: *equidem iam valedico omnibus curis huius vitae; nam prae voluptate videor mihi iam eripi rebus humanis. Mart.* l. 12. *ep.* 18. *ſic iuuat perire. C. Leid. Mortalis ego ſum, ſic perire coepi.*

§. 9. manus] ſcil. *Gitonis*, quae meis erant implicitae.

non ſuo] *non* deeſt in *C. Leid.*

ſiue non ſentiente — diſſimulante] Eadem plane ratione loquitur *Plin.* l. 3. *ep.* 14. *Ille ſiue quia non ſentiebat, ſiue quia, ſe ſentire, diſſimulabat.*

iniuriam] *C. Leid.* addit *ſuam*, quod ſapit gloſſam.

indormiuit] Sic *Mſ. Torn. Ed. Burm.* et *Nod.* Alii edidere *indormitauit.*

Itaque ego experrectus, pertrectaui gaudio deſpoliatum 10
torum; ſi qua eſt amantibus fides, ego dubitaui, an vtrumque traiicerem gladio, ſomnumque morti iungerem. Tutius demum ſecutus conſilium, Gitona 11
quidem verberibus excitaui; Aſcylton autem truci intuens vultu: quoniam, inquam, fidem ſcelere violaſti, et communem amicitiam; res tuas ocius tolle, et alium locum, quem polluas, quaere. Non re- 12
pugnauit ille, ſed poſtquam optima fide partiti manubias ſumus: (ASCYLTOS) Age, inquit, nunc et puerum diuidamus.

## CAP. LXXX.

*Gladium ſtringenti ſe opponit Encolpius. Puer vero precibus pugnantes dirimit. Gitoni datur fratrem ſibi eligendi poteſtas. Hic, cum Aſcylto diſcedens, Encolpion fere deſperantem relinquit. Inconſtantia amicitiae, quae vtilitate nititur, verſibus deſcribitur.*

(ENCOLP.) Iocari putabam diſcedentem; at ille gladium parricidali manu ſtrinxit, et, (ASCYLT.) Non frueris, inquit, hac praeda, ſuper quam ſolus incumbis. Partem meam, neceſſe eſt, vel hoc gladio, contentus, abſcindam. (ENCOLP.) 2
Idem

§. 10. pertrectaui] Al. *pertractaui*, quod etiam in *Mſſ.* ſaepe reperitur; nec minus aptum eſt.

deſpoliatum] Ita, vt c. 30, 7. recte edidit *Burm.* pro *diſpoliatum*, quod *Nod.* et *al.* habent.

ſi qua eſt amantibus fides] Haec redundare, credebat *Boſch.* Sed ſatis faceta ſunt in ore amantis.

ego] *Bourdelot.* hoc eiecit; ſed temere.

morti iungerem] Formula dicendi elegans, quae confirmatur c. 80. 2, 63. *et continuat in mortem vltimam Somnos. Mortem* vero *ſomno* comparare ſolent omnes gentes. Alii, *Tornaeſ.* auctore, *mortis ingererem*; quod non plane eſt contemnendum.

§. 11. demum] *C. Leid. dein.*

ſcelere] *Nod. ſceleſte* edidit, ex ſuo procul dubio ingenio.

tolle] Formula ſimilis diſtrahendae ſocietatis c. 10, 4. extat: *Itaque communes ſarcinulas partiamur.*

C. LXXX. §. 1. contentus] Non videtur ſollicitandum. Senſus enim hic, vt *Reisk.* vidit, ineſſe poteſt: *Si non integro puero potiri poſſum, ſaltem hoc gladio partem meam abſcindam, contentus*, ſcil. parte dimidia. Alii, *Tornaeſio* teſtante, legunt con-

Idem ego ex altera parte feci, et, intorto circa bra-
chium pallio, compoſui ad praeliandum gradum.
3 Inter hanc miſerorum dementiam infeliciſſimus puer
tangebat vtriusque genua cum fletu, petebatque ſup-
pliciter, ne Thebanum par humilis taberna ſpectaret,
neue ſanguine mutuo pollueremus familiaritatis clariſſi-
4 mae ſacra. (GITON) Quod ſi vtique, proclamabat,
facinore opus eſt, nudo, ecce! iugulum, conuertite
huc manus; imprimite mucrones! Ego mori debeo,
5 qui amicitiae ſacramentum deleui! (ENCOLP.) In-
hibuimus ferrum poſt has preces: et prior Aſcyltos,
(ASCYLTOS) Ego, inquit, finem diſcordiae impo-
nam. Puer ipſe, quem vult, ſequatur, vt ſit illi ſal-
6 tem in eligendo fratre ſalua libertas. (ENCOLP.)
Ego vetuſtiſſimam conſuetudinem putabam, in ſangui-
nis pignus tranſiiſſe, nihil timui, imo conditionem
praecipiti feſtinatione rapui, commiſique iudici litem:
qui ne deliberauit quidem, vt videretur cunctatus, ve-
rum ſtatim, ab extrema parte verbi conſurrexit, fra-
7 trem Aſcylton elegit. Fulminatus hac pronuncia-
tione

*continuo*, forte quia putabant, *contentus* eſſe quaſi *in continenti*; quod temere quidam etiam recentiores ſumunt. *Burm.* proponit *contemtus*, quod reſcribendum exiſtimat *Cruſius* in *Prob. Crit.* ratus: *Aſcylton*, a *Gytone* contemtum, dicere, in rabiem ſe agi. Atque profecto c. 81, 2. legitur de *Encolpio*, qui praeter opinionem ſpernebatur a *Gitone*: *redeunte in animum ſolitudine, et contemtu.* Hinc non nego, mihi arridere hanc coniecturam.

§. 2. Idem — feci] ſcil. *gladium ſtrinxi.*

intorto] Sic praeliantes defendebant alterum brachium. *Liv.* l. 25, 16. *Paludamento circum laeuum brachium intorto, in hoſtes impetum fecit.* cf. *Caeſ. Bell. Civ.* 1, 75.

§. 3. miſerorum] Ita dicuntur, quibus timendum eſt, ne puer, quem deperibant, eripiatur. Temere *Nod.* *furioſorum* ſubſtituit.

clariſſimae] Sic *Mſſ.* et *Edd. vett.* *Gonſalius* vero, et eum ſecuti, *cariſſimae*. Sed mutatione non opus eſt; adeo nota et celebris dicitur eſſe familiaritas horum fratrum, vt, ſi ea ſolueretur, metuendum eſſet, ne per totam vrbem rumoribus differrentur, vt dixit *Encolp.* c. 10, 5.

§. 4. nudo] *Nod.* *nudum* edidit, neſcio, qua auctoritate?

§. 6. Ego] *Nod.* addidit *qui.*

fratrem] *Nod.* annectit *que.* Sed, copula a *Petron.* conſulto neglecta, feſtinatio eligentis exprimitur.

tione, ſicut eram ſine gladio, in lectulum decidi, et attuliſſem mihi damnatas manus, ſi non inimici victoriae inuidiſſem. Egreditur ſuperbus cum prae- 8 mio Aſcyltos, et paullo ante cariſſimum ſibi commilitonem, fortunaeque etiam ſimilitudine parem, in loco peregrino deſtituit abiectum.

Nomen amicitiae, ſi, quatenus expedit, haeret, 9
Calculus in tabula mobile ducit opus.
Cum Fortuna manet, vultum ſeruatis, amici:
Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.

Grex

§. 7. ſine gladio] nam inhibuerant ferrum, §. 5. *Anonym.* putat, *cum gladio* legendum. Sed demum c. 82. 1. gladio cingitur.

damnatas manus] *Cod. Leid. damnatus.* Haec lect. eſt valde elegans, quia *Encolpius* pronunciatione *Gitonis*, quem ipſi iudicem declarauerant in hac re, damnatus erat; *Aſcylton* enim hic elegerat. Sed poſſunt etiam hanc ipſam ob cauſſam eius manus damnatae dici, quippe quae iam ſententia iudicis iſtius erant damnatae, ad plane abſtinendum a pertrectatione fratris, olim cariſſimi.

§. 8. Egreditur] Forte in animo habuit hunc locum, *Iuuenal. Satyr.* 12, 126. *Ille ſuperbus Incedet victis riualibus.*

§. 9. v. 1. Nomen] Haec, et quae ſequuntur, reperiuntur etiam in *Cod. Samb. Trag.* et *Ed. prima. Burm.* coniiciebat: *Nodus amicitiae.* Per eum tamen licet, *Nomen* retinere, ſi audacior videatur, vt vere eſt, haec coniectura.

ſi] *Munk. ſic. Heinſ.* mauult *niſi — haerent;* verbaque ſic intelligit: *Amicitiae, nomen,* i. e. quae nil, niſi *nomen* ſunt, *haerent* etc. putat tamen, etiam *Nomen amicitiae haeret* poſſe ferri. Atque profecto lect. *Codd.* videtur ſalua, quia admittit ſenſum commodum: *ſi nomen amicitiae modo haeret, vel manet, quatenus eſt vtile.*

v. 2. in] Ita *Codd. Mſſ.* et *Edd. vett.* Sed *Munkerus* malebat *vt,* quod dedit *Nod.* in *Ed.* prima, temere!

mobile] *C. Samb. Trag. al.* etiam *Ed.* prima, *nobile*, vti *Turneb.* legit. Sed quidam liber vetus, vt dicit *Putean.* et *Pith.* et *Edd. vett. Sariſber. Policrat.* l. 3. c. 7. habent *mobile;* ſicque elegantius dicuntur rationes, quas incertas reddit calculus, ſiue computatio et mercatura amicitiae, quae quotidie pretium diverſum ſtatuit amicis; vti in computationibus idem calculus nunc pro aſſe, nunc pro denario, deinde pro talento ponitur, et rurſus tollitur.

ducit] *Munkerus* malebat *ludit.* Sed *ducere* eſſe proprium arithmeticis verbum, oſtendit *Gronov.* l. 2. *Obſ.* c. 10. Etiam *Cic.* 1. *Verr.* c. 41. dixit *rationem ducere.*

v. 4. cecidit] Ita *Codd. Mſſ. Edd. vett.* et *Sariſber.* l. 3. c. 7.

et

Grex agit in ſcena mimum, Pater ille vocatur,
Filius hic, nomen Diuitis ille tenet:
Mox vbi ridendas incluſit pagina partes;
Vera redit facies, aſſimulata perit.

et l. 8. c. 3. *Richardo* et *Douſae* legendum videbatur *cedit*, quod in *Ed. Burm.* in textum eſt receptum; neque equidem nego, ſatis elegantem eſſe hanc lect. quia verborum *manere* et *cedere* luculenta eſt oppoſitio. Sed cum *manere* interdum ſit idem, quod *ſtare*, vel *firmum eſſe*, etiam *cecidit* huic verbo opponi poteſt, vti *Plaut. Stich.* 4. 1, 16. opponitur: *firmi amici ſunt:* et *amici collabaſcunt.*

v. 5. agit] pro *ait Mſ.* et *Edd. vett.* legendum eſſe, iam vidit *Samb.* qui ita edidit. Eandem lect. etiam habet *Sariſb.* l. 3. c. 7.

ſcena] *Palmerius* vult *ſchema.* Sed *Sariſber.* et *Codd. Petron.* habent *ſcena*, quod etiam latet in *Cod. Trag.* lect. *cena;* idque eſt rectius.

mimum] Hanc *C. Samb.* et *Trag.* lectionem eſſe veram, contextus docet. Atque etiam *Sariſb.* ſic legiſſe videtur, etſi *nimium* reperitur in eius *Edd.* quod etiam *Tornaeſ.* et *al. Codd. Petroniani* habent. Nam c. 8. hunc et ſequentem verſum ſic explicat: *Et quidem eleganti vtitur ſimilitudine; quia fere, quicquid in turba profanae multitudinis agitur, comoediae, quam rei geſtae ſimilius eſt. Ibid.* dicit: *Fere totus mundus ex Arbitri ſententia mimum videtur implere;* et: *Fere totus mundus iuxta Petronium exercet hiſtrionem* (vel, vt *al.* habent, *hiſtrioniam,*) quibus ad hunc *Petron.* locum reſpicitur.

v. 6. diuitis] Ita legendum coniiciebat *Aurat.* qui repererat *dimittis.* Atque adeo idem voc. inuenitur in *Cod. Samb. Trag. Ed. pr.* et apud *Sariſb.* l. c. Commemorat quoque *Seneca ep.* 114. *mimum Diuitis.*

ille] *Reisk.* edidit *iſte.*

v. 7. Mox] Apud *Lindenbrog.* legitur: *Poſt.*

v. 8. Vera — facies] *Sen. ep.* 76. idem dicit: *ſimul exierunt* (ſcil. hiſtriones,) *excalceantur, et ad ſtaturam ſuam redeunt.*

aſſimulata] Ita, pro *Codd. Mſſ.* et *Edd. vett. diſſimulata,* legendum eſſe, confirmat *Douſa P.* Neque ego dubitaui hoc recipere in textum cum *Nod.* quia *diſſimulata*, i. e. abdita ſub perſona alia, *facies hiſtrionis*, finito ludo, non peribat, ſed redibat. *Peribat* vero *facies aſſimulata,* i. e. ficta, quae ſimilitudinem alius referebat perſonae. Hoc verbum vſurpatur a *Virg.* l. 10. *Aen.* 639. *Diuini aſſimulata capitis.* Ergo lect. vulg. non poteſt defendi, niſi ſumas, *diſſimulare* pro *ſimulare* poni, quod nullo exemplo luculento hucusque demonſtratum vidi. *Barth. in racem.* probat *aſſimilata*, quod ait, quosdam reſcribere. *Pontan.* in *Macrob.* l. 1. c. 7. dubitat, an legendum ſit: *deſimulata.* Hoc tamen verbum nuſpiam occurrit. Temere ergo *Burm.* illud ſeruauit.

## CAP. LXXXI.

*Encolpius locum ſecretum petit. Ibi per triduum queſtus, iniuriae ſibi illatae ſanguine parentare decernit.*

Nec diu tum lachrymis indulſi, ſed veritus, ne
Menelaus etiam Anteſcholanus, inter cetera mala,
ſolum me in deuerſorio inueniret, collegi ſarcinulas,
locumque ſecretum, et proximum littori, moeſtus con-
duxi. Ibi triduo incluſus, redeunte in animum 2
ſolitudine, atque contemtu, verberabam aegrum
planctibus pectus, et inter tot altiſſimos gemitus
frequenter etiam proclamabam: Ergo me non 3
ruina terra potuit haurire? non iratum etiam inno-
centibus mare? Effugi iudicium, arenae impoſui,
hoſpi-

C. LXXXI. §. 1. tum] Sic edidit *Burm.* ex *Codd. Samb. Trag. Ed. prima* et *al.* In quibusdam vero *tamen* erat, quod edidit *Nod.*

anteſcholanus] Ita cum *Nod.* edidi, et quia in *vet. gloſſ. Petron.* hoc voc. explicatur *proſcholus*, et quia in *C. Autiſiod.* et *Samb.* in *Mſ. Tornaeſ.* vero *anteſcolanus* reperitur. Sed *C. Trag.* et *Ed.* prima habent *aut ſcolanius;* vnde *Burm.* edidit: *aut ſcholanius.* *Alii Codd.* exhibent *aut ſcolanus; C. Memm.* et *Colb. ſcholarius; Scaliger* autem *Auſculanus* vel *Aſculanus.*

ſolum me] i. e. *Gitone* orbatum.

moeſtus] *C. Colb. metus.*

§. 2. incluſus] Ita *Burm. Nod.* et alii non male ediderunt, pro *C. Samb. Trag. Colb. al.* et *Edd. vett. incluſa*, *Sambuco* iam coniiciente. Poſſit tamen alicui in mentem venire, olim ſcriptum fuiſſe: *Ibi triduo incluſo* (ſcil. mihi,) *redeunte in animum ſolitudine atque contemtu, verberabam. Incluſus* tamen eſt melius.

ſolitudine] Vnus ex *vett.* teſtante *Puteano*, habet *ſollicitudine;* non ita bene.

pectus.] Inde ab hoc voc. vsque ad c. 83, 10. *Qui pelago* etc. lacuna eſt in *Codd. Samb. Trag. Colb.* et *Ed. pr.*

§. 3. non] *al. num*, teſtante *Tornaeſ.* et *Patiſſ.*

Effugi] *Codd.* et *Edd.* plures (etiam *Burm.* et *Nod.*) habent *aufugi*, quod defendit *Richard.* loco *Prop.* l. 1. *El.* 9, 30. vbi quidam exhibent: *aufuge blanditias*, et verſu, qui reperitur in *Cic.* l. 2. de *Natura deorum* c. 43. *aufugiens adſpectum.* Sed *Broukhuſ.* ad *Prop.* l. c. negat, vnquam *aufugere* cum *accuſ.* coniunctum eſſe, atque vitium in iſtis locis latere. Hoc quia valde eſt probabile, non dubitaui reſcribere *effugi*, quod habet *C. Leid.* et ab *al.* iam lectum eſſe, indicat *Patiſſon.*

iudicium] fortaſſe *habitum de adulterio*, quo vxorem *Lycae* corruperat, vid. c. 75, 11. collato c. 106, 2. *Tornaeſ.* edidit *indicium.*

arenae impoſui] eam quaſi decepi, eam euaſi. cf. not. ad c. 9, 8.

hoſpitem occidi, vt inter audaciae nomina mendicus, exul, in deuerſorio Graecae vrbis iacerem deſertus?
4 Et quis hanc mihi ſolitudinem impoſuit? Adoleſcens omni libidine impurus, et ſua quoque confeſſione dignus exilio: ſtupro liber, ſtupro ingenuus, cuius anni ad teſſeram venerunt, quem tanquam puellam
5 conduxit etiam, qui virum putauit. Quid ille alter? o Dii! qui, tanquam togam virilem, ſtolam ſumſit; qui,

hoſpitem occidi] Hinc c. 9, 9. *nocturnus percuſſor* dictus eſt. Ceterum haec *Nod.* poſuit ante *Effugi.*

graecae vrbis] Neapolis, primaria *magnae Graeciae* vrbs, *Parthenope* olim dicta, videtur intelligenda; quae etiam a *Tac.* 15. *Annal.* c. 53. ſic dicitur: *Romae incipere ſcenas non auſus* (*Nero*) *Neapolin, quaſi Graecam vrbem, delegit.* Idem indicat vetus *gloſſar. Petron.* Et, quae hic geſta dicuntur, melius conueniunt *Neapoli*, quam *Capuae*, quam vrbem alii hic innui putant. Etenim §. 1. *locus proximus littori* commemoratur; atque c. 99, 6. *nauem conſcendere* dicuntur.

§. 4. ſolitudinem] *al. ſollicitudinem.*

exilio] *Douſa P.* malebat *exitio*, quod recepit *Nod.* quia puer infeliciſſimus 80, 4. dixerat: *Ego mori debeo.* Sed ſupra loquebatur *Giton*, hic ſermo eſt de *Aſcylto*, quem potius exilio ait dignum, cum ipſe exul iaceret, priuatus *Gitonis* conſuetudine.

ad teſſeram venerunt] i. e. ad eam aetatem, cui teſſeris ludere licet, ad aetatem virilem. Nam pueri et adoleſcentuli ludebant nucibus; vnde *Perſius* eos dixit *nuces relinquere*, qui adſpirant ad maturae vitae libertatem. *C. Pith.* et *Memm.* habent *venierunt*, quod multi probant, qui putant, hoc dici: huius pueri aetatem, vel potius ipſum puerum commiſſum ad teſſerarum ſortem ab amatoribus riualibus. *Putean.* in *epiſt.* ad *Goldaſtum* proponit: *cuius anni* (vel etiam *arma*) *ante cellam venierunt*, idque putat explicari poſſe ex c. 8, 3. 4. *Senftlebius*, *Nucum Saturnalitiarum* c. 8. legendum proponit: *cuius anus ad teſſeram*: ſenſu obſceno.

puellam] *Barthio* videtur legendum *puellum.*

§. 5. Quid ille alter?] ſcil. *Giton.*

o dii!] Ita cum *Nod.* ſuadente *Lipſio*, edidi pro *Mſſ. quis illo altero die? Burm.* ediderat *die*, vti etiam habet *C. Leid.* Sed *Reisk. alter dii!* Verum *o dii* propius ad literas textus accedit, atque *die* facile potuit oriri ex *dii*, quia antique ſcribebatur *diei*. Vid. *Guilielm. Plantin. quaeſt.* c. 4. Quidam, teſtante *Bourdelotio*, malebat: *Quid ille alter? proh dii!*

togam virilem] Hoc requiritur, quia, vti voc. *ſtolam*, a *ſumſit* pendet. *Mſſ.* et *Burm.* habent: *tanquam togae virilis*, quod non poteſt ferri, niſi *tanquam* pro *loco* poſitum, aut *loco* intelligendum eſſe dicamus. Sed *neutrum* poteſt probari. Id apparet, idem dici, quod *Cic. Philipp.* 2, 18. *ſumſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam*

qui, ne vir eſſet, a matre perſuaſus eſt; qui opus
muliebre in ergaſtulo fecit; qui, poſtquam conturbauit,
et libidinis ſuae ſolum vertit, reliquit veteris amicitiae
nomen, et, proh pudor! tanquam mulier ſecutuleia,
vnius noctis tactu omnia vendidit? Iacent nunc 6
amatores obligati noctibus totis, et forſitan mutuis li-
bidinibus attriti, derident ſolitudinem meam; ſed non
impune. Nam aut vir ego, liberque non ſum, aut
noxio ſanguine parentabo iniuriae meae.

## CAP. LXXXII.

*Miles eum iubet arma ponere. Inſeruntur verſus de diuite auaro, cum Tantalo comparato, et ſingulae ſententiae ex aliis locis decerpta.*

Haec locutus, gladio latus cingor, et, ne infir-
mitas militiam perderet, largioribus cibis excito vires,
mox in publicum proſilio, furentisque more omnes
circumeo porticus. Sed, dum attonito vultu effe- 2
ratoque

*ſtolam reddidiſti. Heinſ.* malebat: *Quid ille alter, (o dii!) quid? inquam, qui die togae virilis ſtolam ſumſit. Octau. Ferrar.* l. 3. *de re veſt.* c. 17. caſtigabat: *quid ille alter, qui die togae virilis ſtolam, tanquam togam, ſumſit. Gatakerus* ad *Antonini* l. 1. §. 7. legit: *quid ille alter, qui togae virilis die ſtolam ſumſit?* quam lect. propoſuit quoque *Puteanus*. Eadem in ora *Cod. Scriueriani* reperitur; item: *ille altero die:* nec non: *di deaeque. Abrahamus* ad *Cic.* l. c. legit: *quid ille alter, qui tanquam die virilis togae, ſtolam ſumſit. Douſa P.* in *Praecidan.* proponit: *Quid ille alter? qui ipſo, inquam, togae virilis die ſtolam ſumſit. Gonſal.* idem fere: *qui die, inquam, togae virilis. Nod.* edidit: *qui eo die, quo togam virilem, ſtolam ſumſit.*

a matre] i. e. vel *ſtatim a natiuitate*, vt eſt in *gloſſar. vet.* vel *a matre perſuaſus.*

conturbauit] In *Mſſ.* quibusdam eſt, vt teſtatur *Bourdelot. conturbauit omnia.*

libidinis ſuae] Sic quidam libri habent, teſtante *Tornaeſ.* alii *libidini.*

tactu] Ita *Mſſ.* teſtante *Bourdelot.* nec male, quia *tactus* et *tangere* dicitur et apud *Mart.* de *re venerea.* Vnius noctis *tactus* eſt *tactus, una nocte factus. Pontan.* in *not.* ad *Macr.* l. 2. c. 2. *pacto* malebat. *Erh. pactu. Scaliger* coniicit *fructu*, alius *iactu. Nod.* edidit *tractu*, neſcio, qua auctoritate.

§. 6. ſolitudinem] *Tornaeſ. ſollicitudinem.*

C. LXXXII. §. 1. largioribus] Hoc voc. deeſt in *Edd. vett.* recte

ratoque nil aliud, quam caedem et ſanguinem cogito, frequentiusque manum ad capulum, quem deuoueram, refero: notauit me miles, ſiue ille planus fuit,
3 ſiue nocturnus graſſator: et, (MILES) Quid tu, inquit, Commilito, ex qua legione es, aut cuius centuriae? (ENCOLP.) Cum conſtantiſſime et Centurionem, et legionem eſſem ementitus: (MILES) Age ergo, inquit ille, in exercitu veſtro phaecaſiati milites
4 ambulant? (ENCOLP.) Cum deinde vultu, atque ipſa trepidatione mendacium prodidiſſem, ponere iuſſit arma, et malo cauere. Deſpoliatus ergo, imo praeciſa vitione, retro ad deuerſorium tendo, paullatimque, temeritate laxata, coepi graſſatoris audaciae gratias agere.

5 Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.
Diuitis haec magni facies erit, omnia late
Qui tenet, et ſicco concoquit ore famem.

Nequa-

vero additum ex *Mſ. Tornaeſ.* a recentioribus.

§. 3. phaecaſiati] Ita legendum eſſe pro *phocaſiati*, quod in *Edd.* quibusdam erat, vel *focaſiatus*, quod quidam libri habent, *gloſſ. Petron.* docet, vbi *phaecaſium* explicatur. Etiam *graecum* vocabulum ſcribitur Φαικάσιον, quod ſignificat genus calceamenti *graeci*, quo ſacerdotes *Athenienſes* et *Alexandrini* vtebantur. *Putean.* proponit *phocaliati*, i. e. ex eius opinione *criſpatis capillis. Salmaſ. Epiſt.* 74. ad *Voſſ.* legebat *focalatus*, a *focali*, faſcia lata, qua aegroti ſibi fauces circumligabant.

§. 4. ponere iuſſit arma] quia nemini licebat gladio cingi, et pro milite ſe gerere. l. 27. §. 1. ff. *ad L. Cornel. de falſ.* Hinc pro graſſatoribus habebantur, qui ferro cincti incedebant, quum milites non eſſent. v *Suet.* in *Aug.* c. 32.

imo] *Scriu.* coniicit *omni.*

laxata] Sic *Burm.* et *Nod.* *Munkero* ſuadente, ediderunt pro *Mſſ.* lect. *laſſata.* Nec temere, quia haec duo vocabula ſaepe confunduntur, vt patet, collatis lectionibus variis ad *Ouid. Heroid.* 2, 123. et paſſim; et vti *irae, Stat.* l. 6. *Theb.* 828. ita et *temeritas* poteſt dici *laxari*, i. e. remitti; *laſſari* tamen, ſi qua auctoritate confirmaretur, poſſet eodem modo intelligi.

§. 5. v. 1. Nec bibit] Hi verſus, quia a *Nodotio* fragmento ſpurio ſupra c. 11. pag. 31. ſunt inſerti, ibi etiam ſunt explicati. Sed in *Ed. Burm.* atque aliis, vti et in *Codd. Mſſ.* hic leguntur; hinc repetendi videbantur.

* * *

Nequaquam recte faciet, qui cito credit. * 6

Nemo coelum putat; nemo iuſiurandum ſeruat; nemo 7
Iouem pluris facit: ſed omnes, opertis oculis, bona ſua computant. **

Quod hodie non eſt, cras erit: ſic vita truditur. * 8

Quod non expectas, ex transuerſo fit, et ſuper nos 9
Fortuna negotium curat. *

Apes ideo pungunt, quia, vbicunque dulce eſt, ibi et 10
acidum inuenies. *

Semper hac in re, qui vincitur, vincit. * 11

Nemo noſtrum non peccat: homines ſumus, non 12
Dii. *

Non multum oportet conſilio credere, quia ſuam ha- 13
bet Fortuna rationem. *

*[Interim mihi arduum erat, amorem vindictae ſuderare, et mediam noctem anxius conſumpſi, ſed triſtitiae ſubleuandae, iniuriaeque propellendae cauſa, egreſſus diluculo, omnes circuiui porticus, et]*

§. 6. — 13.] Hae ſunt ſingulae ſententiae, decerptae ex toto opere. Quod quidem demonſtrari poteſt luculenter ex *Fragmento Trag.* in quo omnes, excepta vltima, locis aptis reperiuntur.

§. 6. Nequaquam] Haec ſententia reperitur. c. 43, 6.

§. 7. Nemo coelum] c. 44, 17.

§. 8. Quod hodie] c. 45, 2.

§. 9. Quod non expectas] 55, 3.

§. 10. Apes] c. 56, 6.

§. 11. Semper] c. 59, 2.

§. 12. Nemo noſtrum] c. 75, 1.

§. 13. Non multum] Haec ſententia, quia non extat in contextu orationis, nec in olim edito, nec ex *Fragm. Trag.* addito, eſt indicio, eum locum ex quo ea eſt excerpta, plane periiſſe.

## C A P. LXXXIII.

*In pinacotheca deorum amantium imagines obſeruans, cum ſuam conditionem gemit; videt, ſibi adſtare ſenem poëtam male veſtitum; ſed ille carmine docet, aliis facilius contingere diuitias, quam poëtis.*

In pinacothecam perueni, vario genere tabularum mirabilem; nam et Zeuxidos manus vidi, nondum vetuſtatis iniuria victas: et Protogenis rudimenta, cum ipſius naturae veritate certantia, non ſine quodam
2 horrore tractaui. Iam vero Apellis, quam Graeci Monocnemon appellant, etiam adoraui. Tanta enim ſubtili-

C. LXXXIII. §. 1. In] Ante hoc cap. quaedam excidiſſe, poſſit aliquis ex eo colligere, quod *Encolp.* dicit, *ſe retro ad deuerſorium tetendiſſe* c. 82, 4. Hinc *Nod.* more ſuo quaedam inſeruit. Sed ex his verbis tantum ſequitur, redeuntem domum in pinacothecam incidiſſe. Hanc eſſe tantum fictam a *Petronio*, coniicit *Leſſingius*, V. C. *in Laocoonte. Ignarra* vero in *Commentario*, de *Palaeſtra Neapolitana* p. 192. demonſtrat, eam fuiſſe eandem, quam *Philoſtratus* vidit et enarrauit. Certe ex eo, quod hic *Zeuxidos*, *Protogenis* et *Apellis* opera commemorantur, non licet colligere, hic omnia eſſe ficta. Nam *Zeuxidos* certe tabulas tempore *Cic.* adhuc extitiſſe, in *Crotoniatarum* templo *Iunonis*, *Cic.* l. 2. *de inventione* c. 1. diſerte dicit: *Is et ceteras tabulas complures pinxit, quarum non nulla pars, vsque ad noſtram memoriam, propter fani religionem remanſit.* Quidni ergo aetate *Petronii*, qui non multo poſt vixit, picturae eiusdem antiquitatis extare potuerint?

tabularum] al. *fabularum.* Sed prius eſt rectius.

rudimenta] *Oeueringius* malebat *liniamenta.* Sed *Protogenis* non tantum *liniamenta*, ſed perfectas picturas admirationi fuiſſe, *Cic.* docet in *Brut.* 18. *Eorum, qui non ſunt vſi plus, quam quatuor coloribus, formas et liniamenta laudamus. At in Aetione, Nicomacho, Protogene, Apelle, iam perfecta ſunt omnia.* Ergo rudimenta, prima ſpecimina huius artificis, adeo perfecta fuiſſe dicuntur, vt cum ipſa natura certarent.

cum ipſius naturae veritate] Sic *Mſ. Tornaeſ. al. cum ipſius naturae certantia*, voc. *veritate* a librariis neglecto: hinc effecere quidam: *cum ipſa natura. Douſa* malebat *varietate.* Sed *veritate* eſt rectius. Ita *Cic.* l. 2. de *inuent.* c. 1. *vt mutum in ſimulacrum ex animali exemplo veritas transferatur. Quinct.* 12, 10. *Ad veritatem Lyſippum et Praxitelem acceſſiſſe, optime affirmant.*

§. 2. Monocnemon] Haec Scaligeri feliciſſima correctio recte ſubſtituta eſt a *Burm.* lectioni *Codd. Monocremon;* intelligitur quaedam pictura, in qua ἄνθρωπος μονόκνημος (vnius cruris) erat expreſſus. Alii *manochemeron*, alii *monochromon*, *Tornaeſio* teſtante

ſubtilitate extremitates imaginum erant ad ſimilitudi-
nem praeciſae, vt crederes, etiam animorum eſſe
picturam. Hinc aquila ferebat, coelo ſublimis, 3
deum. Illinc candidus Hylas repellebat improbam
Naïda. Damnabat Apollo noxias manus, lyram-
que reſolutam modo nato flore honorabat. Inter 4
quos etiam pictorum amantium vultus, tanquam
in ſolitudine exclamaui: ergo amor etiam Deos
tangit? Iupiter in coelo ſuo non inuenit, quod
eligeret, et peccaturus in terris, nemini tamen
iniuriam fecit. Hylam Nympha praedata, im- 5
peraſſet amori ſuo, ſi venturum ad interdictum
Hercu-

ſtante, pro quo *Gonſal.* mauult: *monochromaton*, quod edidit *Nod.* *P. Daniel* coniiciebat *monogrammon*, vt ſit *Apellis* pictura linearis. *Scheff. de Arte pingendi* §. 22. p. 73. *Monochreon* volebat.

extremitates] in quibus erat ſummum artificium, vt docet *Plin.* l. 35, 10. *Extrema corporis facere, et deſinentis picturae modum includere, rarum in ſucceſſu artis inuenitur. Ambire debet ſe extremitas ipſa, et ſic deſinere, vt promittat, alia poſſe, oſtendatque etiam, quae occultat.*

§. 3. Hinc aquila] Hic eſt *ſenarius iambicus*, caſu ortus; deſcribuntur iam argumenta tabularum.

ferebat, coelo] *al.* teſtante *Mam. Patiſſ. in coelis, al. in terris.*

deum] ſcil. *Ganymedem*, factum poſtea *deum*, epota ambroſia, vt docet *Lucian. Dial. Deorum.*

improbam] i. e. audacem, nec temperantem libidini ſuae, quae inuitum *Hylam* rapiebat.

Naïda] Ita *C. Leid.* et *Ed. Burm.* Aliae *Editt.* etiam *Nod.* *Naiada*, quod perinde eſt.

noxias] quibus diſcum iaculatus erat, quo periit *Hyacinthus.*

flore] qui inde nomen *hyacinthi* accepit.

honorabat] *Paſchalius l.* 2. de *Coronis* c. 14. *coronabat* videtur legere, quod edidit *Nod.*

§. 4. pictorum] *Barth.* malebat *diuorum; Cuperus deorum. Burm.* coniicit *fictorum;* nec tamen *pictorum* reſpuit, putatque, hoc dici: neque hos pictos amantes, etſi viuere viderentur, prohibuiſſe, quominus *Encolpius*, tanquam in ſolitudine, exclamaret. *C. Memm.* habet *pictor.*

vultus] *Heinſ. luſus.*

ſolitudine] *C. Memm. ſollicitudine.*

in terris] *C. Leid. in coelis.*

tamen] *Barth.* malebat *talem. C. Leid. tam.* Senſus hic eſt: nullius tamen amores inuolauit, vt *Aſcyltos* meos.

§. 5. Hylam] Recte ſic edidit *Burm.* et *Nod.* pro *hylari*, et *hilari*, quod babebant libri *vett.* atque ſic iam *Putean.* legendum putabat.

imperaſſet] *Anonym. impetraſſet*, male.

ad interdictum] alii, teſtante *Tornaeſ.* ad *interceptum.* Sed *interdictum* eſt melius, vid. *Indicem.*

Herculem credidiſſet. Apollo pueri vmbram reuocauit in florem, et omnes fabulae quoque habuerunt
6 ſine aemulo complexus. At ego in ſocietatem re-
7 cepi hoſpitem, Lycurgo crudeliorem. Ecce autem, ego dum cum ventis litigo, intrauit pinacothecam ſenex canus, exercitati vultus, et qui videretur, neſcio, quid magnum promittere; ſed cultu non proinde ſpecioſus, vt facile appareret, eum ex hac nota literato-
8 rum eſſe, quos odiſſe diuites ſolent. Is ergo, vt ad latus conſtitit meum: (Senex) Ego, inquit, Poëta ſum, et, vt ſpero, non humillimi ſpiritus, ſi modo coronis

Herculem] *Edit. Tornaeſ. Herculeum.*

omnes fabulae] Hoc ex *Mſ. Tornaeſ.* lect. *et os fabulae*, recte elicuerunt editores: *os* enim, quod eſt alienum ab hoc loco, poteſt eſſe compendium ſcribendi voc. *omnes*. Alii habent: *et hos tabulae.* Hinc *Burm.* mauult: *et omnes tabulae*, ſcil. quas in pinacotheca videbat. Sed vereor, ne tum dicendum fuiſſet *habent.* Malim ergo *et omnes fabulae* retinere, easque intelligere, quae expreſſae erant iſtis tabulis. Alius *Cod. vet.* exhibet: *et hos fabulae.* Hinc *et ſuos fabulae*, *Douſa* efficiebat.

§. 6. hoſpitem] Hoc recte additum ex *Mſ. Tornaeſ.* auctiore, cum deeſſet in aliis. Male *Schopp.* et *Gonſal.* legi volunt *hoſpite;* nam *Aſcylton* vocat *hoſpitem.*

Lycurgo] ſcil. *Thraciae* tyranno, cuius crudelitas in proverbium abierat. Non vero reſpicitur ab *Lycurgum*, cuius mentio fit c. 117, 3.

§. 7. ſenex] In *C. Leid.* erat *Eumolpus ſenex.* Sed ex *gloſſa* hoc videtur irrepſiſſe. Dicitur enim hic poëta *Eumolpus* c. 90, 1. etc.

ſpecioſus] *Heinſ.* ad oram libri conicit *ſpecioſo.* At *bene ornati* et *pulchri* ſaepe *ſpecioſi* dicuntur. Sic *Ouid.* l. 3. *Met.* 20. *ſpecioſam cornibus frontem* commemorat. Noſter c. 74, 8. dixit *puerum non inſpecioſum.*

ex hac nota] Antiquae *Edd.* non habent *ex:* ſed recte additum eſt a *Schoppio.* Nam etiam infra c. 126, 7. occurrit: *Ex hac nota eſt domina mea.* Atque haec formula, repetita a *notis amphorarum*, quibus aetas vini indicabatur, eleganter dicitur pro *ex hoc genere.* Eadem vſus eſt *Sen.* l. 3. de *benef.* c. 9. *Quaedam non ſunt ex hac vulgari nota.*

literatorum] *C. Leid.* et *al. literatum.* Sed hunc eſſe *gen. plur.* ex ſeq. *quos* apparet, vti legendum eſſe, conſtat; etſi alii, *teſtante Torn. quod* habent, plane alienum ab hoc loco. Intelliguntur vero poëtae.

§. 8. vt] Hoc inſerui ex coniectura *Burm.* quia *et* ante *Ego*, quod ediderunt *Burm. Nod.* et alii, non maiore auctoritate inſertum, (ignorant enim illud *Edd. vett.*) ab elegantia abhorret, non multo poſt ſequente *et;* videtur autem *vt* abſorptum eſſe a ſequente *ad.*

ad latus — meum] *Anonym.* putat, hanc eſſe *gloſſam*, et olim ſcriptum

ronis aliquid credendum eſt, quas etiam ad imperitos deferre gratia ſolet. Quare ergo, inquis, tam 9
male veſtitus es? Propter hoc ipſum: amor ingenii neminem vnquam diuitem fecit.

Qui pelago credit, magno ſe foenore tollit; 10
Qui pugnas et caſtra petit, praecingitur auro;
Vilis adulator picto iacet ebrius oſtro;
Et qui ſollicitat nuptas, ad praemia peccat:
Sola pruinoſis horret Facundia pannis,
Atque inopi lingua deſertas inuocat artes.

CAP.

ſcriptum fuiſſe, *ſecundum me*, vel *propter me.* Sed nulla cauſſa apparet.

§. 9. inquis] Ita *Burm.* recte edidit, ex auctoritate *Edd. vett.* Nimirum *Senex* occupat obiectionem *Encolpii;* alii *inquit. Pflug. inquio. Bourd. primum inquio. Nod.* vero edidit: *inquam.*

ipſum.] *Nod.* addit *ait.* Sed nihil neceſſe, ſi *inquis* legatur.

vnquam] *C. Leid.* et *Memm. inquam.* Sed iam *Puteanus* malebat *vnquam.* Si *inquam* eſſet vera lect. poſt *ipſum* ſaltem ponendum eſſet.

§. 10. v. 2. auro] Sic editum eſt ex *Cod Samb. Trag.* et *Ed. prima. Tornaeſii* vero *Mſ.* habet *oſtro*, quod irrepſit ex verſu ſequ. Nam *auro* eſt melius, quia *praecingitur* videtur indicare *zonam, auro plenam. Suet. Vitell.* 16. dicit non multo aliter: *Zona ſe, aureorum plena, circumdedit. Burm.* ad *praecincturam*, quae erat delicatorum, refert.

v. 3. oſtro] *Mſ. Torn. auro*, quod ex verſu ſup. huc tranſlatum eſt, male: nam huic loco aptior eſt veſtis ſtragula, acu picta, cui incumbit adulator, ad regum menſas ſe inebrians.

v. 4. nuptas] *C. Colb. innuptas;* ſed metrum obſtat.

ad praemia] *C. Samb.* et *Trag.* habent *ad praemium*, metro refragante. *Ed. prima* rectius *praemia.*

peccat] *Scal.* ad oram *C. Leid.* *ſpectat. Peccat* praeſtat.

v. 5. pruinoſis] Nihil aliud in lect. *Mſſ. peruinoſis* latere, iam vidit *Aurat.* atque ita etiam legitur in *C. Trag.* et *Samb.* Per *pannum* vero *pruinoſum* idem videtur intelligi, quod per *algentem togam Mart.* l. 12. *ep.* 36. i. e. laceratam, quae pruinam admittat.

horret] Auctoritate *Cod. Samb.* atque alius, cuius lect. variam commemorat *Braſſican.* ſic legendum puto cum *Burm.* et *Nod.* etſi *C. Trag.* et *al.* nec non *Ed. prima*, habent *haeret.* Nam *horret*, quod de frigore dicitur, *pannis pruinoſis* melius conuenit, et cum frequens ſit librariis vtriusque voc. permutatio, *haeret* facile potuit irrepere.

Facundia] Haec *C. Samb. Trag.* et *Ed. primae* lectio eſt aptior, quam *prudentia*, quod al. habent, teſtante *Braſſicano.* Hic enim de poëſi loquitur, non de philoſophia.

v. 6. deſertas] *C. Samb. Trag. Tornaeſ. Voſſ. al.* habent *diſertas*, atque ſic dici poſſet *facundia:*



ſed

## C A P. LXXXIV.

*Odii, quo diuites homines probos proſequuntur, ratio redditur: Encolpius de Aſcylti aſtutia queritur.*

Non dubie ita eſt; ſed qui, vitiorum omnium inimicus, rectum iter vitae coepit inſiſtere, primum propter morum differentiam odium habet: (quis enim
2 poteſt probare diuerſa?) Deinde, qui ſolas exſtruere diuitias curant, nihil volunt inter homines
3 melius credi, quam quod ipſi tenent. Iactantur itaque

ſed carminis ratio hoc voc. non admittit. Hinc *deſertas*, quod, teſtante *Puteano*, habet *Cod. vetus* vnus, eſt praeferendum, quoniam indicare vult, has artes deſertas non poſſe adiuuare poëtam, ipſas inuocantem.

C. LXXXIV. §. 1. Non dubie] Ita *C. Samb. Colb. Trag.* et *Ed. prima*. Hinc recte hanc lect. reuocauit *Burm.* pro *Non dubio*, quod erat ſubſtitutum. Etiam *Liu.* multis in locis dixit *haud dubie*, *Plin.* quoque l. 17, 12. 21, 18.

ſed qui] Ita *Ed. prima* habet; *C. Colb. Trag. al. ſed quis.* *Quis* vero non poteſt ferri, niſi malimus cum *Nod.* et *Hadr. ſi quis*, ſubſtituere.

inſiſtere] *C. Samb. Trag. Tornaeſ. al.* et *Ed. prima* habent *inſpicere;* quod retinuit *Burm.* Sed cum hic non ſit ſermo de eo, qui examinet mores aliorum, ſed de eo, cuius mores differant a moribus prauorum hominum, i. e. qui ipſe virtute imbutus ſit: vix videtur dubium, hic legendum eſſe, *inſiſtere*, vti iam *Braſſicani* tempore quidam legebant; atque haec lect. merito omnium, etiam *Nod.* ſuffragio eſt recepta. Nam *inſiſtere viam* etiam *Ter. Eun.* 2. 3, 3. et alibi dixit.

diuerſa] *C. Memm. vniuerſa;* quod *Boſchio* temere arridet; *C. Samb.* et *Trag. diuiſa.* Sed *Ed. prima* habet *diuerſa*, i. e. contraria; quod hic contextus requirit, facileque potuit in *diuiſa* mutari. Reſpicit noſter *Hor.* l. 1. *Serm.* 1, 3. *laudet diuerſa ſequentes?*

§. 2 ſolas] Ita legendum, iam viderat *Aurat.* cum reperiret *ſola.* Verum *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *al. ſolas* iam exhibent. Idem habet *Io. Salisber.* qui pro more ſuo etiam hunc locum in vſum ſuum contulit: *Qui ſolas diuitias congerere curant, nihil in vita potius credi volunt, via, quam caeteris praetulerunt.*

exſtruere] *C. Biturig. inſtruere.* Sed *exſtruere* eſt verius; nam in *C. Samb. Trag. al.* et *Edd. vett.* reperitur. Idem a *Salisb.* lectum eſſe, verb. *congerere*, quo illud explicauit, indicat; eſt etiam melius: *exſtruere* enim *diuitias* non minus eleganter dicitur, quam *exaggerare opes*, vti dixit *Phaedrus* in *prol.* l. 3. v. 25. Videturque noſter *Hor.* imitatus eſſe l. 2. *Od.* 3, 19. *Et exſtructis in altum Diuitiis potietur heres.*

quam quod] *quod* abeſt in *C. Samb. Trag. Ed. pr.* neceſſario tamen inſerendum eſſe, viderunt editores.

itaque, quacumque ratione poſſunt, literarum ama-
tores, vt videantur illi quoque infra pecuniam poſiti.
(ENCOLP.) Neſcio, *[inquam,]* quo modo bonae men- 4
tis ſoror eſt paupertas; *[et ſuſpirabam.* (SENEX) *Me-
rito, inquit Senex, ſortem doles Literatorum.*
(ENCOLP.) *Non illud, inquam, ſuſpiriorum materia,
dolendi mihi altera cauſa eſt; et longe grauior: ſimul-
que, vt propenſio humana alienis auribus proprios do-
lores deponit, fortunam meam illi expoſui, imprimis-
que Aſcylti perfidiam exaggeraui: proclamans inter
tot gemitus.]* Vellem, tam innocens eſſet frugali- 5
tatis meae hoſtis, vt deliniri poſſet. Nunc veteranus
eſt latro, et ipſis lenonibus doctior. *[Viſus ego Seni
ingenuus, me ſolari coepit, vtque triſtitiam leniret
meam, quid ſibi in amoribus olim contigerat, nar-
rauit.]*

§. 3. quacumque ratione] Olim in vulgatis, forte ex *Ed. prima* hauſtis, in qua non reperitur, *ratione*, vt teſtatur *Samb.* aberat. At rectius legitur in *C. Samb. vet.* et *Trag.*

poſſunt] *Barth.* legi iubet: *rationes poſſunt.*

poſiti] Quae ſequuntur, deſunt in *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* vsque ad c. 88, 2. *Priſcis* etc.

§. 4. quo modo] *Cod. vet.* teſtante *P. Daniele*, *quo non.* Sed *Vincent.* in *Speculo* rectius legit *quomodo.*

eſt] *Nod.* habet *ſit.* Sed etiam ex *Q. Cic. Barth.* in *racem.* affert verſum, in quo eſt eadem conſtructio:

*Neſcio, quo pacto res mala facta bona eſt.*

§. 5. Vellem] Ante hoc voc. quaedam videntur excidiſſe, quae reſtituere ex ingenio ſuo conatus eſt *Nod.* Poſſit tamen ſumi, haec ſic cohaerere, cum ſuperiore ſententia: *Neſcio, quomodo — paupertas.* Recte tu quereris de virorum doctorum ſorte miſera. Sed equidem longe ſum infelicior, cui non cum paupertate, ſed cum hoſte longe ſaeuiore ſit pugnandum.

deliniri] *Burm.* vult ſcribi *deleniri*, quia ducitur ab *lenire.* Vſitatius vero ſcribitur *deliniri.*

lenonibus] *C. Leid. leonibus.* At leones aſtutia non excellunt. Alii, teſtante *Tornaeſ. latronibus.* Sed ipſe iam *latro* eſt dictus. Hinc rectius *lenonibus*, qui ſunt verſuti.

CAP.

## CAP. LXXXV.

*Senex exponit rationem, qua effecerat, vt ipſi cura pueri mandaretur, quem amaret, atque vt ille eius voluntati obſequeretur paullatim.*

(Senex) In Aſiam cum a Quaeſtore eſſem ſtipendio eductus, hoſpitium Pergami accepi: vbi cum libenter habitarem, non ſolum propter cultum aedicularum, ſed etiam propter hoſpitis formoſiſſimum filium, excogitaui rationem, qua non eſſem patri-
2 familiae ſuſpectus amator. Quotieſcumque enim in conuiuio de vſu formoſorum mentio facta eſt, tam vehementer excandui, tam ſeuera triſtitia violari aures meas obſcoeno ſermone nolui, vt me, mater praecipue, tanquam vnum ex Philoſophis, intueretur.
3 Iam ego coeperam ephebum in gymnaſium deducere, ego ſtudia eius ordinare, ego docere, ac praecipere, ne quis praedator corporis admitteretur in domum.
4 Forte cum in triclinio iaceremus, quia dies ſolemnis ludum arctauerat, pigritiamque recedendi impoſuerat hilari-

C. LXXXV. §. 1. In Aſiam] *Senex*, vt a ſollicitudine auocaret *Encolpium*, enarrat furtum aliquod amatorium; adeoque haec ſatis arcte cohaerent cum iis, quae dixerat *Encolp.* Nec plura videntur excidiſſe, quam formula: *At ille:* aut alia.

eductus] Ita *Mſ. Tornaeſ. al. conductus.* Sed *eductus* eſt in *cohorte Quaeſtoris*; ſolebant enim *Romani* magiſtratus interdum viros doctos et poëtas ſecum in prouinciam abducere, vt *Ennium* ſecum habuit *Fuluius Nobilior. Cic. Acad.* 4, 27.

§. 2. nolui] Hanc *Codd. vett.* lectionem non temere retinuit *Burm. nolui* enim ſignificat *recuſaui*, et quaſi *vetui*, vti in *Varr. Agath. Maiores noſtri, virginis acerbae aures Veneris vocabulis imbui, noluerunt. Gruter. Suſpic.* l. 5. c. 12. malebat *dolui*, quod recepit *Nod.* cum *Hadr. Boſch.* coniicit *docui. Anonym.* proponit *videri volui. Reisk.* edidit *notaui.*

§. 3. Iam ego] Sic *C. Memm.* quem recte ſecutus eſt *Burm.* Alii *ergo*, quod edidit quoque *Nod.*

coeperam] deeſſe mauult *Anonymus.*

deducere] Ita recte *Burm.* et *Nod.* Quidam *ducere.*

§. 4. pigritiam recedendi] *Iungermannus* legit *recitandi*; male: ſenſus enim ſatis commodus eſt in lect. *vulg. Codd. longior hilaritas nos adeo pigros reddiderat, vt ex triclinio recedere nollemus in cubiculum*, quod eſſe ſolebat in domus parte interiore.

hilaritas longior: fere circa mediam noctem intellexi,
puerum vigilare. Itaque timidiſſimo murmure vo- 5
tum feci; et, Domina, inquam, Venus, ſi ego hunc
puerum baſiauero, ita, vt ille non ſentiat, cras illi
par columbarum donabo. Audito voluptatis pretio, 6
puer ſtertere coepit. Itaque aggreſſus ſimulantem ali-
quot baſiolis inuaſi. Contentus hoc principio, bene
mane ſurrexi, electumque par columbarum attuli ex-
ſpectanti, ac me voto exſolui.

## CAP. LXXXVI.

*Summo tandem voto potitus, voluptatis pretium promiſſum non ſoluere poterat.*

Proxima nocte, cum idem liceret, mutaui optio-
nem: et, Si hunc, inquam, tractauero improba manu,
et ille non ſenſerit, gallos gallinaceos pugnaciſſimos
duos donabo patienti. Ad hoc votum Ephebus 2
vltro ſe admouit, et, puto, vereri coepit, ne ego ob-
dormiſſem. Indulſi ergo ſollicito, totoque cor- 3
pore citra ſummam voluptatem me ingurgitaui. De-
inde, vt dies venit, attuli gaudenti, quidquid pro-
miſeram. Vt tertia nox licentiam dedit, conſur- 4
rexi ad aurem male dormientis: Dii, inquam, im-
mortales! ſi ego huic dormienti abſtulero coïtum ple-
num et optabilem, pro hac felicitate cras puero aſtur-
conem Macedonicum optimum donabo, cum hac ta-
men

C. LXXXVI. §. 1. et ille] *Cuperus* malebat, *vt ille.*

§. 2. obdormiſſem] *Munkerus* coniicit *obdormiſcerem;* non improbabiliter.

§. 3. citra] *Cuperus* ſuſpicabatur: *non citra.* Sed ſignificat, ſummam tantum voluptatem ſibi defuiſſe, qua potitus eſt demum nocte tertia.

§. 4. aſturconem] *Vlitius* ad *Gratii* verſ. 514. mauult: *aſturconem Tieldonicum* vel *Caledonicum. Barth.* ad *Stat.* l. 4. *Syln.* 6, 75. *Naſamonicum. Gonſal.* coniicit *ſtruthionem*, et quaerit, quomodo *aſturco* poſſit eſſe *Macedonicus?* Sed notum eſt, in magna dignitate fuiſſe equos *Theſſalos; Theſſalia* au-
tem

5 men exceptione, ſi ille non ſenſerit. Nunquam altiore ſomno Ephebus obdormiuit. Itaque primum impleui, lactentibus papillis, manus, mox baſio inhaeſi,
6 deinde in vnum omnia vota coniunxi. Mane ſedere in cubiculo coepit, atque exſpectare conſuetudinem meam. Scis, quanto facilius ſit, columbas, galloſque gallinaceos emere, quam aſturconem; et praeter hoc etiam timebam, ne tam grande munus
7 ſuſpectam faceret humanitatem meam. Ergo aliquot horis ſpatiatus, in hoſpitium reuerti, nihilque aliud, quam puerum baſiaui. At ille circumſpiciens, vt ceruicem meam iunxit amplexui: (PVER) Rogo, inquit, Domine, vbi eſt aſturco? (SENEX) *[Difficultas, inquam, elegantem nanciſcendi, munus differre coëgit, ſed intra paucos dies promiſſis ſtabo. Quid hoc ſibi vellet, ſcite intellexit Ephebus, et motus internos prodidit vultus.]*

tem erat primaria *Macedoniae* regio. Equus ergo, ex altero *Aſturico*, altero *Macedonico* procreatus, vel *Aſturicis* in *Macedonia* genitus, recte *Aſturco Macedonicus* dicitur. Atque adeo vocabulum *Aſturco* communicatum eſt cum omnibus, eodem, quo equi in *Aſturia* nati, habitu greſſuque praeditis, vt recte *Gronou.* l. 2. *Obſ.* c. 10. ex *Plin.* l. 8. c. 42. demonſtrat. Praeterea inter dona, quibus demerebantur amaſios, fuiſſe equos, docet *Achill. Tat.* 1. p. 24. de *Clinia*. *Equum* et *gallum gallinaceum* iungit *Plutarch. ſympoſ.* 1. 9. p. 622.

§. 5. lactentibus] alii *lactantibus*, vt *Catull.* c. 64, 65. *lactantes vincta pupillas.* Sed lactans eſt, qui lac praebet. Hic autem papillae turgidae quaſi lacte indicantur.

§. 6. coepit] *Anonymus* delendum putat.

praeter hoc] *C. Leid. haec.*

faceret] *C. Memm. haberet.*

§. 7. Ergo] *C. Leid. Ego.*

iunxit] *Anon.* volebat *vincit.*

amplexui] *Burm.* legendum credit *amplexu*; ſic quaedam *Edd.* et *Anonym.* Etiam in *Mſſ. Statii* l. 1. *Achilleid.* 576. *Et ligat amplexu*, legitur.

aſturco] *Rader.* ad *Mart.* l. 14. *ep.* 176. dubitat, an legendum ſit *aſtur?* Hic quaedam deeſſe, collegit *Nod.* cum aliis ex eo, quod nulla *Senis* reſponſio commemoratur. Hinc eam *Nod.* ex ingenio ſuo addidit, non vero valde probabilem, quia in ea nulla eſt offenſa. Malim fere ſumere, nihil exciciſſe, atque eo maiorem eſſe hanc offenſam, quod nihil reſponderat.

CAP.

## CAP. LXXXVII.

*Hac re offenſus puer noluerat ſibi ſatisfieri; ſed cum ei male repugnanti gaudium extorſiſſet ſenex, eundem nimis ſaepe ad ſimilem voluptatem inuitauit.*

Cum ob hanc offenſam praecluſiſſem mihi adi-
tum, quem feceram, iterum ad licentiam redii.
Interpoſitis enim paucis diebus, cum ſimilis nos caſus
in eandem fortunam retuliſſet, vt intellexi, ſtertere
patrem: rogare coepi Ephebum, vt reuerteretur in
gratiam mecum, id eſt, vt pateretur ſatisfieri ſibi, et
cetera, quae libido diſtenta dictat. At ille, plane 2
iratus, nihil aliud dicebat, niſi hoc: (PVER) Aut
dormi, aut ego iam dicam patri. (SENEX) Nihil 3
eſt tam arduum, quod non improbitas extorqueat.
Dum dicit, Patrem excitabo, irrepſi tamen, et male
repugnanti gaudium extorſi. At ille, non inde- 4
lectatus nequitia mea, poſtquam diu queſtus eſt, de-
ceptum ſe, et deriſum, traductumque inter condiſci-
pulos, quibus iactaſſet cenſum meum: (PVER) Vi- 5
deris tamen, inquit, non ero tui ſimilis. Si quid vis,
fac iterum. (SENEX) Ego vero, depoſita omni 6
offenſa, cum puero in gratiam redii, vſusque bene-
ficio eius, in ſomnum delapſus ſum. Sed non fuit 7
contentus iteratione Ephebus plenae maturitatis, et
annis ad patiendum geſtientibus. Itaque excitauit me
ſopi-

C. LXXXVII. §. 3. improbitas] Alii *importunitas;* ſed *improbitas* etiam ab aliis dicitur pro *libidine vehementiore,* vt *improba manus* c. 86, 1. pro *impudica.* *Ouid.* A. A. l. 1, 675.

*Quaecunque eſt Veneris ſubita violata rapina;*
*Gaudet; et improbitas muneris inſtar habet.*

§. 4. cenſum] Ita ex coniectura *Richardi* recte editum eſt a *Burm.* *Nod.* et *al.* pro *ſenſum:* iactauerat enim munera magiſtri ſui ephebus.

§. 5. Videris tamen] Ita *Mſ. Tornaeſ.* Sed *Palmer. Spicileg.* 661. vult *vide ſis;* male: nam *videris* eſt elegantiſſimum, quod *Heinſ.* ad *Ouid. Pont.* l. 1. *ep.* 2, 9. multis exemplis probat. Etiam *Petron.* dicit c. 126, 10. *Viderint Matronae*, pro *Videant.*

§. 6. vſusque] *C. Tornaeſ. Memm.* et *Leid. vsque.* At *vſusque* legendum eſſe neceſſario, iam vidit *Puteau.*

§. 7. et annis] pro *annorum,* quod poſſe ferri, oſtendit *Jac. Gronou.*

8 ſopitum; et, (PVER) Numquid vis? inquit. (SENEX) Et non plane iam moleſtum erat munus. Vtcumque igitur, inter anhelitus ſudoresque tritus, quod voluerat, accepit, rurſusque in ſomnum decidi,
9 gaudio laſſus. Interpoſita minus hora, pungere me manu coepit, et dicere: (PVER) Quare non faci-
10 mus? (SENEX) Tum ego, toties excitatus, plane vehementer excandui, et reddidi illi voces ſuas: Aut dormi, aut ego iam patri dicam.

## CAP. LXXXVIII.

*Encolpius ſenem conſulit de tabularum pictarum argumentis, et de cauſſa, ob quam artes liberales iam iaceant, quam, hic putat, ineſſe in nimio pecuniae ſtudio.*

(ENCOLP.) Erectus his ſermonibus, conſulere prudentiorem coepi, aetates tabularum, et quaedam argumenta, mihi obſcura, ſimulque cauſſam deſidiae praeſentis excutere, quum pulcherrimae artes periiſſent,

*Gronou.* ad *Arrian.* l. 7. c. 6. p. 280. et *Vauaſſor. de vi et vſu quorundam verborum*, p. 83. Quibus qui nolit ac quieſcere, is poſſit, *et* deleto, huic loco ſuccurrere.

§. 8. igitur] Ita alii, *Tornaeſ.* teſtante. Sed deeſt in *C. Leid.*

tritus] Sic *Mſ. Tornaeſ.* melius, quam *tutus*, quod quidam habent.

C. LXXXVIII. §. 1. Erectus] *Putſchius* legit *experrectus:* ſed *Erectus* eſt aptius. Solatium enim reperiebat *Encolpius* in narratione *Eumolpi*, qua auocabatur a ſollicitudine.

prudentiorem] ſcil. *Eumolpum*, qui has tabulas melius intelligere videbatur. *Scriuer. prudentiores.*

aetates] Ita *Mſſ.* et *Edd. vett.* omnes. Verum in *Ed. Nod.* eſt *aetatis*, quaſi a *prudentiorem* pendeat. Sed *Reisk* putat, etiam *aetates* ad *prudentiorem* referendum, et *prudens aliquam rem* eſſe idem, quod *doctus rem.* At haec conſtructio paulo durior ea, qua vſus ſum, interpunctione, poteſt euitari.

excutere] *Cuperus* l. 1. *Obſeru.* c. 3. mauult *exigere*, quia non *Encolpius*, ſed *Eumolpus* excutit cauſſas deſidiae. Verum *excutere* eſt hic *examinare*, quod et, qui interrogat, et qui dubitat, facit. Sic dicit *Plin.* l. 7. *ep.* 31, 1. *rationem excutere.*

quum] Ita *Codd. Mſſ.* et *Burm.* *Schopp.* in *Veriſim.* l. 2. c. 18. correxit *cur*, quod recepit *Nod.* cum *Hadr.* et *al.* Solent etiam *cum* et *cur* permutari; certe *ur* pro *cum* poſitum eſt c. 89, 2. 56. in *Cod. Trag.* Sed cum *deſidiae prae-*

ſent, inter quas Pictura ne minimum quidem ſui veſtigium reliquiſſet. Tum ille: (SENEX) Pecuniae, 2
inquit, cupiditas haec tropica inſtituit. Priſcis enim temporibus, cum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuae, ſummumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum ſeculis diu lateret. Itaque, Hercules! herbarum omnium ſuccos Demo- 3
critus expreſſit: et, ne lapidum virgultorumque vis late-

*praeſentis* ſit inſertum, *cur* vix poteſt locum habere. Si quid ſit mutandum: equidem putem, vel *qua*, vel *per quam* eſſe pro *quum* reſtituendum.

§. 2. inſtituit] Ita *Mſ. Tornaeſ.* al. *fecit*, quae eſt gloſſa.

artes ingenuae, ſummumque] Haec eſt lect. *C. Samb.* et *al.* etiam *Ed. pr.* Sed *C. Trag.* habet *artes, ingenuiſſimumque*, vnde *Heinſ.* coniiciebat: *ingenuae ſpiſſiſſimumque. C. Colb.* habet *artes ingenii.*

§. 3. Itaque, Hercules! herbarum omnium] Haec reſcribenda mihi ſunt viſa, quia in *C. Samb.* lect. *itaque harcula herbarum omnium ſuccos*, pro quo alii, vt *C. Autiſiod.* habent *hercula*, alii *hercule*, alii *arcula*, nihil aliud latet; neque haec loquendi ratio *Petronio* eſt inuſitata. Ille enim c. 114, 4. ſcribit: *Itaque, Hercules!* etc. Eſt vero et alia huius loci lect. quam ſeruauit *C. Trag. Itaque genera herbarum omnium ſuccos*, quae et ipſa non eſſet improbanda, ſi, ſuadente *Burm. ſuccosque*, aut, quod facilius etiam mihi videtur, *Itaque e genere herb. omn. ſuccos*, legeretur ex coniectura *Heinſ.* Vtraque lect. coaluit in *Ed. pr. Itaque hercula alis genera herbarum omnium ſuccos.* Scil. *hercula* ab initio in *Cod.* eo, ex quo *Cod. Mſ.* huius *Ed.* eſt deſcriptus, ſcriptum erat; ad marginem aliquis notauerat: *alius, genera:* quod poſtea in textum irrepſit. Hinc temere nos iubet *Aurat.* legere: *hercule alii*, et *Bongarſ. Alpina*, et *Samb. Hercules alius*, ſeu *alis*. Neque legendum eſt *alimma*, vti eſt ſcriptum apud *Martian. Capellam* l. 2. *ſatyrici* de eodem *Abdarita Sene;* neque *hortulo*, quod proponit *Pith.* neque *arcula*, quam lect. a *Schickeratho* in *ep. crit.* de *machina ad humorem exprimendum* explicatam, probat *Barth.* neque *in arcula*, quod proponit *Dumay ep.* ad *Scalig.* 119. neque *e percula*, vti *Boſch.* vel *e pergula*, vti *Lipſ. Antiqu. lect.* l. 1. c. 8. offert, vel *in pergula*, quod *Heinſ.* etiam mauult, et valde arridet *Boſch.* neque *argilla*, i. e. in vaſe argillaceo, quod, a *Schopp.* ex *arcula* efſictum, *Nod.* edidit; neque *torculo*, vel *torculari*, vti etiam *Heinſ.* in *ep.* 173. et 175. ad *Graeu.* coniicit.

expreſſit] *Cuperus* malebat *excuſſit.* vid. *Obſ.* l. 1, 2. *Burm.* ediderat: *hercula omnium herbarum. Reisk.* vero ex ſua coniectura recepit: *ſurculorum omnium herbarumque ſuccos;* quia *ſurculi* et *herbae* iunguntur etiam a *Mart. Capella* l. c. et aliis, quos in *Miſc. Lipſ.* commemorat.

lapidum] *C. Colb. lapidis.* Sed *Cod. Samb. Trag. Leid.* rectius *lapidum.*

4 lateret, aetatem inter experimenta conſumſit. Eu-
doxus quidem in cacumine excelſiſſimi montis con-
ſenuit, vt aſtrorum coelique motus deprehenderet: et
Chryſippus, vt ad inuentionem ſufficeret, ter helle-
5 boro animum deterſit. Verum, vt ad plaſtas con-
vertar, Lyſippum, ſtatuae vnius lineamentis inhae-
rentem, inopia extinxit: et Myron, qui paene ho-
minum animas, ferarumque, aere comprehendit, non
inuenit

lateret] Vir quidam doctus, in marg. *Cod. Almeloueenii*, malebat *haereret*, quia moleſta illi videbatur huius verbi, intra paucos verſus, repetitio. Sed ſermoni vitae communis talis negligentia eſt condonanda.

§. 4. Eudoxus] Ita a *Strabone Geograph.* l. 17. dicitur, vti et ſcribitur in *C. Trag. Samb. Memm.* et *Ed. pr. C. Leid.* habet *Eudoxius.*

quidem] deeſt in *C. Leid.* et *Memm.* Sed recte legitur in *Samb.* et *Trag.* eleganter enim additur, vbi exemplum alicuius commemoratur; v. c. *Cic. de Amic.* c. 7. *Agrigentinum quidem, doctum quendam virum, carminibus Graecis vaticinatum ferunt.* Alii exhibent *quidam*, peſſime!

in cacumine] Ita *C. vet. Sambuco* teſtante, et *C. Trag.* Sed *Ed. pr.* et *Plantin.* habent *in cacumen.*

excelſiſſimi] Ita *C. vet. Puteano* teſtante; etiam *Autiſiod. Samb. Memm. Trag.* et *Ed. pr.* Alii, vt *Leid. excellentiſſimi*, quod etiam in *Lexico vet. Petronio* tribuitur.

conſenuit] Hoc habet *C. vet.* teſtante *Samb. C. Trag. Memm. Leid.* et *Tornaeſ.* atque haec lect. eſt praeferenda alteri *conſcendit*, quam habet *Ed. Plantin.* et *al.* Sic *Caſſius*, apud *Tac. annal.* 4, 21. *ſaxo Seriphio conſenuit*, et *Democritus* paullo ante *aetatem conſumſiſſe* dicebatur *inter experimenta.*

ſufficeret] *C. Leid.* et *Colb.* addunt *rerum;* hinc *Munkerus* efficiebat *acerui*, quia *Chryſippus* in *dialecticis* inuenit *aceruum, ſoritem.* Sed reliqui nihil addunt; videtur *rerum* ex gloſſa irrepſiſſe.

§. 5. plaſtas] *Samb.* ſuſpicabatur, hic deeſſe nomen *plaſtae.* Verum *plaſtae* hic dicuntur ſenſu latiſſimo, non, qui ex *argilla* aut *gypſo* aliquid *fingunt*, ſed, qui quocunque modo imagines exprimunt; nam *Statuarii* hic commemorantur. Nec temere hi dicuntur *plaſtae*, quia verbum *fingere*, vel *effingere*, cui reſpondet πλάσσειν, de iis proprie dicitur. *Prop.* enim l. 3. 9, 9. dicit: *Gloria Lyſippo eſt, animoſa fingere* (vel *effingere*) *ſigna.*

conuertar] Ita edidi cum *Nod.* auctoritate *C. Autiſiod. Colb.* et *al. Burm.* vero recepit *reuertar* ex *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* quo recepto, ſumendum eſt, aliquid excidiſſe.

Lyſippum] male deſideratur in *C. Trag.*

comprehendit] Sic *C. Autiſiod. Trag.* atque alii, teſtante *Patiſſon.* nec non *Ed. pr.* Sed *C. Samb.* et *Mſ. Tornaeſ.* habent *comprehenderat*, quod recepit *Nod.* idque eſt fere elegantius.

inuenit heredem. At nos, vino ſcortisque demerſi, 6
ne paratas quidem artes audemus cognoſcere; ſed,
accuſatores antiquitatis, vitia tantum docemus, et di-
ſcimus. Vbi eſt Dialectica? Vbi Aſtronomia? Vbi 7
Sapientiae conſultiſſima via? Quis, inquam, venit
in templum, et votum fecit, ſi ad Eloquentiam per-
veniſſet? Quis, ſi Philoſophiae fontem attigiſſet?
Ac ne bonam quidem valetudinem petunt: ſed 8
ſtatim,

§. 6. paratas] *Anonym.* volebat *partas*, quod edidit *Nod.* Sed *paratae* ſunt, quae facile poſſunt addiſci; et c. 15, 9. commemoratur *victoria parata*.

audemus] Ita omnes *Codd. Mſſ.* etiam *Ed. pr.* At *Samb.* ex coniectura recepit *auemus.* Elegantius vero eſt *audemus*; ſic enim animus mollis et leuis, qui ne paratas quidem artes addiſcere ſuſtineat, exprimitur.

antiquitatis] *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr.* habent *iniquitatis*; vnde *Cruſ.* efficiebat *iniqui fati*, et *Heinſ.* *accuſatores iniqui antiquitatis.* Id certum eſt, *antiquitatis*, quod *P. Dan.* etiam reperit in *Cod. vet.* hic neceſſario requiri.

tantum] *C. Leid. tamen.*

§. 7. ſapientiae conſultiſſima via] Ita edidit *Burm.* cum *Nod.* praeeuntibus pluribus. Nam iam *Tornaeſ.* alios ſic legere, teſtatur. Sed *C. Samb.* et *Trag.* habent *ſapientia, conſultiſſima via,* quae lect. poſſit retineri; nam *via conſultiſſima* poteſt dici *ſapientia* propterea, quod via, ab ea praeſcripta, omnium eſt vtiliſſima, et ab erroribus tutiſſima, vt adeo, eam inire, maxime ſit conſultum. Neque, ſi *ſapientiae* ſeruetur, *conſultiſſima via* aliter poteſt intelligi; etenim *viam ſapientiae peritiſſimam* non licet dicere. Quare *Burm.* malebat *conſuetiſſima.* *Tornaeſ.* *ſapientiſſimae* exhibet, quod eſt vitioſum.

inquam] Sic *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* pro quo *Samb.* malebat, *vnquam*, quod valde eſt probabile, nec male receptum a *Nod.* et *Hadr.* neque ego ſic edere dubitaſſem, niſi *inquam* putem condonari poſſe vitae communi. Alii, vt *Pith.* refert, habent *Quis dudum.*

attigiſſet] Hoc reduxit *Burm.* auctoritate *C. Samb. Trag.* pro *inueniſſet*, quod ex *Mſ. Torn.* in quod ex gloſſa irrepſit, in multas *Edd.* etiam in *Nod.* peruenerat. *Attingere* vero eleganter dicitur pro *peruenire*, quod paullo ante eſt poſitum. cf. *Iul. Caeſ.* l. 4. *B. G.* c. 23. *Suet.* in *Veſpaſ.* c. 4. et noſter eodem modo vſurpat *tangere* §. *ſequ.*

§. 8. Ac ne bonam quidem valetudinem] Hanc lect. *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* recte reſtituit *Burm.* quia efficaciſſima eſt ad inſaniam hominum, qui ſolas diuitias, ne valetudinem quidem bonam, ſine qua iis non poſſint frui, ſibi expetant. Aliae *Edd.* etiam *Nod.* exhibent: *Ac ne bonam quidem mentem aut bonam valetudinem.* Priora verba intruſa ſunt ex locis iis, in quibus vtrumque coniungitur, vt in hoc loco *Senecae ep.* 10. *roga*

ſtatim, antequam limen Capitolii tangant, alius donum promittit, ſi propinquum diuitem extulerit: alius, ſi theſaurum effoderit: alius, ſi ad trecenties HS ſaluus
9 peruenerit. Ipſe Senatus, recti bonique praeceptor, mille pondo auri Capitolio promittere ſolet: et, ne quis dubitet pecuniam concupiſcere, Iouem quoque pe-
10 culio exorat. Noli ergo mirari, ſi Pictura deficit, cum omnibus Diis hominibusque, formoſior videatur maſſa auri, quam quidquid Apelles, Phidiasue, Graeculi delirantes, fecerunt.

## C A P. LXXXIX.

*Haerenti in tabula, quae Troiae haloſin oſtendit, rationem, qua iſta vrbs capta ſit, verſibus deſcribit poëta.*

Sed video, te totum in illa haerere tabula, quae Troiae haloſin oſtendit: itaque conabor opus verſibus pandere.

Iam

*bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis.*

ſtatim, — tangant] Ita *C. Samb.* et *Ed. pr. C. Trag.* vero: *ſtatim ante limen Capitolii:* quod mihi non diſpliceret, ſi pluribus auctoritatibus confirmaretur. *C. Colb.* habet *tangant, aliter. Edit. Bourdel.* et *Leid. tangam.*

donum] Ita *C. Samb.* et *al.* etiam *Ed. pr. C. Trag.* autem *domum;* vitioſe.

ſaluus] Haec lect. quae exhibetur in *C. Samb.* et *Trag.* ac latet in *Ed. pr. ſalmis*, eſt proba. Temere *Aurat.* ſubſtitui vult *ſummam.*

§. 9. bonique] Sic *C. Samb. C. Dionyſii, P. Daniel.* et *Colb.* Sed *Ed. pr.* habet *honeſtique*, vnde in *C. Trag. hominisque* eſt ortum.

pondo] *C. Colb. pondera.*

Capitolio] *Samb.* coniiciebat *Capitolino*, ſc. *Ioui.* Sed etiam *Suet.* in *Nerone* c. 12. dicit: *Barbam Capitolio conſecrauit;* atque adeo *Paſſeratius* ad *Propert.* l. 4. *el.* 4. *Capitolium* ſumi pro ipſo *Ioue Capitolino*, demonſtrat.

Iouem quoque] *C. Colb. Iouemque.*

exorat] *Samb.* coniiciebat *exornat.*

§. 10. Noli ergo] Hanc *C. Samb. Colb. Trag.* et *Ed. pr.* lectionem reuocaui pro *Nolito*, quod edidit *Burm.* ex aliis quibusdam *Edd. Mſ. Torn.* habet *Nolite. Nod.* in *Ed. pr. Noli;* in rel. *Nolito.*

deficit] Ita repoſuit *Burm.* auctoritate *C. Memm. Tornaeſ. Tr.* et *Ed. pr.* pro *defecit* aliorum, quod etiam *Nod.* edidit.

Graeculi delirantes] ſcil. ex opinione iſtorum auarorum hominum.

C. LXXXIX. §. 1. haloſin] Sic

Iam decima moeſtos, inter ancipites metus, 2
Phrygas obſidebat meſſis, et vatis fides,
Calchantis, atro dubia pendebat metu:
Cum, Delio profante, caeſi vertices

Idae

Sic recte legitur in *C. Samb.* etiam *Ed. pr.* Nam *haloſin Ilii* dixit etiam *Sueton.* in *Nerone* c. 38. In *C. Trag. anoloſin*, in marg. *analoſim* exhibetur, i. e. *deſtructio;* nec ita male.

pandere] *Lipſius* mauult *pangere.* Recte ſic *Eumolpi* mores exprimit *Petron.* qui eum non ſolum introducit arripientem quamlibet verſus recitandi occaſionem; ſed ei etiam hic tribuit verſus tales, quales ſolent eſſe ex tempore fuſi, i. e. verſus, compoſiti ex membris aliorum verſuum, qui memoriae obuerſantur, atque ornamentis vel alienis, vel nimiis onerati. Nimirum in hoc carmine componendo, *Eumolpus* propoſitum ſibi habuit locum ſimilem *Virg. Aeneid.* l. 2. Quantum vero imitatio, non ſaniſſimi ſemper coloris, diſtet a *Virgilii* elegantia, id docuit *Leſſingius* V. C. in libro germanico, qui *Laocoon* inſcriptus eſt, *P.* 1. p. 54. *Tollius* vero in *fortuitis* c. 3. et in *animaduerſionum crit. ad Longin. Guſtus acceſſione*, immerito *Petronium* vituperauit.

§. 2. v. 1. decima] Sic *C. Samb. Trag. Ed. pr.* Alii *decuma.*

v. 2. vatis] *Mſ. Douſae* et *C. Trag. votis*, quod vix locum habet.

v. 3. atro dubia] *C. Trag. a tuo dubia. Iungermannus* corrigebat: *atrox dubio;* temere! Nam etiam *Virg.* l. 9. *Aen.* 719. *atrum timorem*, et *Valer. Flacc. l.* 2. *Argon.* 45. *motum nigrum* dixit. *Fides* autem *vatis* eleganter dicitur *dubia pendere* propter metum, ne ſucceſſu felici *Graeci*, quibus eum promiſerat, deſtituerentur. Nam et *Cic.* ita fere loquitur, *Agrar.* 2. c. 29. *Nolo, ſuſpenſam et incertam plebem, obſcura ſpe et caeca expectatione pendere;* et *pendere* dici de omni re incerta, multis exemplis demonſtrat *Burm.*

v. 4. Delio] Quia *Apollo Troianis* fauebat, *Burm.* niſi timeret audacior eſſe, mallet *Lemnio* (*Vulcano*) *probante.* Sed poëta, ex tempore verſus faciens, *Apollinem* cum *Minerua* confundens conſulto proponitur.

profante] pro *Codd. Mſſ. praefante*, recte ſubſtitutum eſt, quia *profari* oraculis eſt proprium. vid. *Gronov.* ad *Liv. l.* 22, 1.

caeſi] *C. Samb. Colb. Trag.* aliique *Codd. vett.* teſtante *Patiſſon.* exhibent *ferro caeſi.* Vel *ferro*, vel *caeſi* delendum eſſe, metrum docet; recte vero deleverunt editores *ferro*, admonente iam *Samb.* quia illud ex gloſſa irrepſiſſe videtur; *caeſi* vero vix abeſſe poteſt.

vertices] Pro arboribus in verticibus montis, vertices ipſi *caeſi* dicuntur *trahi*, paullo audacius, vt ſolent, qui eum, quem imitantur, ſuperare conantur. *Virg.* l. 2. *Aen.* v. 14. eandem rem, etiam equi magnitudinem, breuius, ſimplicius et elegantius ſic exprimit:

*Ductores Danaum tot iam labentibus annis,*
*Inſtar montis, equum diuina Pallatis arte*
*Aedificant, ſectaque intexunt abiete coſtas.*

 Eu-

Idae trahuntur, ſciſſaque in molem cadunt
Robora, minacem quae figurarent equum.
Operitur ingens clauſtrum, et obducti ſpecus,
Qui caſtra caperent. Huc decenni praelio

Irata

*Eumolpi* vero verſus faciliores et rotundiores fore, ſi ita ſcripti eſſent:

*Caeſa vertice*
*Idae trahuntur, ſciſſaque in molem cadunt*
*Robora* —

id quidem *Burmanno* quilibet concedet; ſed vel tum apparebit, *Eumolpum* nimis copioſum fuiſſe in arboribus caeſis deſcribendis.

v. 5. Idae] *C. Colb.* habet *Inde*.

ſciſſaque] Alii, vt in *Erh. ſymbolis* indicatur, et *Douſa* in *Mſ.* reperit, *ſpiſſaque*, quod quidem eſſet melius, quia tum non plane idem diceretur. At conſenſus *Codd.* facit pro *ſciſſaque*.

in molem] i. e. vt inde moles illa, *equus*, exſtrueretur. Eadem conſtructione vtitur *Lucan.* 1, 307. *In claſſem cadit omne nemus.* *Molem* vero dixit *Eumolpus* hunc equum, memor loci *Virg.* l. 2. *Aen.* 150. *Quo molem hanc immanis equi ſtatuere?*

v. 6. figurarent] *Codd. vett. figurabant;* etiam *Trag. figurabat.* Sed quia *quae* hoc loco pro *vt ea* ponitur, *coniunctiuus* neceſſario erat ſubſtituendus; nam etiam paullo poſt, *qui — caperent*, legitur.

equum] De hoc *equo Troiano* vid. Cel. *Heynii* Excurſum 3. ad lib. 2. *Aen.*

v. 7. Operitur] Hanc lect. quam habet *Vet. Cod.* teſte *Daniele*, probante *Burm.* etiamſi ille ex rel. *Codd. operitur* cum *Nod.* aliisque ediderat, recepi: nam opus quomodo ſit perfectum, poëta debebat dicere, praeeunte illi *Virg.* in verſu, paullo ante allato; eumque hoc dicere voluiſſe, docent *obducti ſpecus.* His ergo indicat, ventrem equi cauum, qui clauſtri nomine poterat inſigniri, quia in eo includendi erant milites, ſectis roboribus eſſe obductum.

clauſtrum] Ita legendum eſſe, pro *caſtrum*, quod reperitur in *C. Samb. Trag. Ed. pr.* iam vidit *Samb.* cuius coniectura merito recepta eſt a *Burm.* et *al.* etiam a *Nod.* cui tamen cum *Hadr.* viſum eſt ſcribere *cloſtrum.* Solent vero *caſtrum* et *clauſtrum* a librariis confundi. Nam etiam *Virg. Aen.* 2, 259. pro *clauſtra Heinſ.* in *Mſſ.* reperit *caſtra.* Plura exempla attulit *Burm.* ad h. l. *C. Leid.* et *Colb.* habent *atrum*, vnde *antrum* faciebat *Scaliger*, quod iam *Puteano* pro *caſtrum* ſubſtituendum videbatur, et mihi arrideret, niſi ſequeretur *ſpecus.*

obducti ſpecus] Ita *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* alii *veteres*, monente *Puteano*, *obductum ſpecus*, quod etiam ferri poſſit, quia *Aen.* 7, 568. *ſpecus horrendum* in *neutr.* occurrit. Sed lect. *vulg.* etiam latet in *C. Colb.* lect. *obductis pecis*, i. e. *obducti ſpecis*, quod ex *ſpecus* eſt natum. Eleganter ſic dicuntur latera caua equi, quas *cauernas* dicit *Virg.* in verſ. 18—20. qui reſpondent proxime ſequentibus verſibus.

v. 8. caſtra] pro multitudine militum audacius. *Virg.* ſimplicius dicit: *armato milite complent.*

Huc] Ita *C. Trag.* Sed *Reisk. Hic*, temere.

Irata virtus abditur: ſtipant graues
Equi receſſus Danaï, et in voto latent.
O Patria! pulſas mille credidimus rates,
Solumque bello liberum: hoc titulus fero
Inciſus, hoc ad fata compoſitus Sinon

Fir-

v. 9. Irata virtus] *Douſa, Iurata. Burm.* mauult *durata.* Sed *iraſcebatur* de belli diuturnitate *virtus Graecorum*, i. e. *Graeci ipſi*, vel *Graeci fortes.* Sic *virtus Catonis Hor.* 3. *Od.* 21, 12. dicitur pro *Catone* ipſo, vel pro *Catone*, virtute praedito. *Virg.* dixit: *delecta virum corpora. Hom. Odyſſ.* Θ. 512. omnium ſimpliciſſime: πάντες ἄριστοι Ἀργείων.

abditur] *C. Colb. additur.*

graues] i. e. *grauidos*, vti *grauis* etiam a *Virg.* l. 1. *Aen.* 279. dicitur: *Marte grauis Ilia.* Habuit in animo *Virg.* 2. *Aen.* 237. *fatalis machina, foeta armis.*

v. 10. Equi] deeſt in *C. Trag. Samb. Colb.* et *Ed. pr.* At hoc voc. iam exhibet *Mam. Patiſſon.* neque aliud eſt aptius; idem vero tradit, alios habere: *Danaï receſſus, in ſuo voto latent:* neque haec lect. quam confirmat *C. Leid.* ſpernenda eſt, cum, ea admiſſa, metrum non laboret.

et in voto] Ita *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* nec male *Tornaeſ.* intelligit *equum,* quem vouerant. *Virg.* enim verſ. 17. dicit: *Votum pro reditu ſimulant.*

v. 11. O patria!] Eadem appellatione vtitur *Aeneas* verſu 241. *O patria, o diuum domus, Ilium!* ergo et hic *Eumolpus* ita loquitur, quaſi *Troianum* loquentem introducat. *C. Colb. E patria.*

mille] ſcil. *Graecorum* tot naves fuiſſe dicuntur a ſcriptoribus priſcis, atque adeo in *Homeri* catalogo *Iliad.* l. 2. plures numerantur.

credidimus] *C. Colb.* et *Memm. credimus.*

v. 12. titulus] Haec *Cod. Samb. Trag. al.* et *Ed. pr.* lectio eſt proba; nam procul dubio titulus inſcriptus, diſceſſiſſe *Graecos*, indicabat: qui, vt *Aëtius* in *Deiphobo* arbitratur, erat fere huiusmodi:

MINERVAE. DONVM. ARMIPOTENTI. DANAI.
ABEVNTES. DICANT.

Temere ergo *Auratus* coniicit *penitus*, quod alios quoque habere, teſtatur *Tornaeſ.*

fero] Etiam *Virg.* 51. ſic dicit equum: *Inque feri curuam compagibus aluum.*

v. 13. Inciſus] Hoc edidi cum *Nod.* et *al.* pro *Intus*, quod habent *C. Samb. Trag. al. Ed. pr.* etiam *Burm.* quia contextui eſt ſatis aptum, et reperitur in *C. Leid.* et *Duſae. Reisk.* dedit, ex coniectura *Burm. Inſcriptus*, quod non minus aptum eſt: ſed nulla auctoritate nititur. *Canterus* exhibet: *Impoſitus. Samb.* coniiciebat *Iuratus. Daniel* totum locum ita conſtituebat:

*Solumque bello liberum hoſtili fore,*
*Iuratus.*

hoc] Ita pro *haec*, quod habent *C. Samb. Trag. Leid. al.* et *Ed. pr.* etiam *Burm.* rectius alii, etiam *Reisk.* et *Nod.* edidere, quia, niſi ſic legeretur, *et* neceſſario requireretur; haec vero anaphora longe eſt efficacior.

Firmabat, et mendacium in damnum potens.
Iam turba portis libera, ac bello carens
In vota properant: fletibus manant genae,
Mentisque pauidae gaudium lachrymas habet,
Quas metus abegit: namque Neptuno ſacer,
Crinem ſolutus, omne Laucoon replet
Cla-

v. 14. et mendacium] Quidam *ad* intelligunt, vt *Sinon* dicatur etiam *ad mendacium potens.* Sed ſenſus potius hic eſſe videtur: *et mendacium*, titulo equi expreſſum, et a *Sinone* poſtea *firmatum*, erat *potens in damnum.* *Alii*, teſtante *Tornaeſ.* habent *mendacis*; alii, vt *Patiſſonius* refert, *mendacio*, quod probat *Braſſican.* *Heinſ.* legit: *et mendacii.* *Stewechius ad Apuleium* mauult: *en! mendacium; Palmer.* in *Spicileg.* p. 662. *Hei, mendacio in damnum potens.* *Douſa* vero *hei mendacium.* *Boſch.* adſcripſit: *o! mendacium!* In *C. Autiſ.* ſcribitur: *et m̄* (i. e. *mens*, vt putat *Pith.*) *ſemper in damnum.*

v. 15. Iam turba] *C. Trag.* et *Colb.* *iam turbata portis.*

portis libera] Ita, iam apertis portis, dicitur ea turba, quae per belli tempora portis incluſa fuerat. Eadem *Virg.* ita deſcribit 26.

*Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu:*
*Panduntur portae: iuuat ire, et Dorica caſtra,*
*Deſertosque videre locos.*

v. 16. In vota] Haec *C. Tr.* et *al.* lect. videtur proba, quia laetitia obſidione liberatorum deſcribitur. *Properare* quidem *in vota* eſt *properare ad vota ſoluenda*, ſacrificiis offerendis. cf. *Virg.* verſ. 202. Contra vero, *Virg.* l. 6. *Aen.* 53. *ceſſare in vota*, eſt *ceſſare vota facere.* *C. Samb.* et *alii* habent: *Iam vota properant; Ed. pr. Iam fata properant.* Hinc *Iungermann.* *In fata properant.*

properant] ſcil. *turba.* Ita plures *Codd.* recte, vt *Virg.* *Turba ruunt.* *C. Colb. properat.*

fletibus] i. e. *lacrymis*, prae nimio gaudio manantibus, vt ex *verſ. ſequ.* patet; de quibus vid. *Caſaub.* ad *Suet. Aug.* c. 58.

v. 17. pauidae] i. e. pauori per decennium adſuetae, et hanc ipſam ob cauſſam, in ſubita rerum mutatione, vehementer commotae.

v. 18. abegit] Fruſtra *Burm.* coniicit, *abigere* h. l. dici pro *effundere*; cum ſequens *namque* requirat, vt hoc dicatur: *Eas vero* (ſc. *lacrymas laetas*) *abegit metus*, excitatus nimirum a clamore *Laocoontis*, dolos *Graecorum* timentis. Vid. *Virg.* 42. ſqq.

namque] *Iungermannus*, eumque ſecutus *Nod.* temere legunt *iamque*, contra *Codd.* omnium, etiam *Ed. pr.* auctoritatem.

Neptuno ſacer] *Virg.* *Laocoon, ductus Neptuno ſorte ſacerdos.*

v. 19. Crinem] pro *crimen*, quod habet *Ed. pr.* Iam *Putean.* malebat *crinem*, idque etiam reperitur in *C. Trag.* Hic erat et lugentium et antiſtitum habitus.

omne] *C. Trag. omen.*

Laucoon] Sic edidit *Burm.* recte, quia ita habent *libri vett.* teſtante *Bongarſio*, idemque nomen in *Virg.* *C. Medic.* ſemper *Laucoon*, in aliis quoque *Lauchoon* et *Laucon* (v. *Heyn.* ad *Virg.*

Clamore vulgus; mox reducta cuſpide
Vterum notauit: fata ſed tardant manus,
Ictusque reſilit, et dolis addit fidem.
Iterum tamen confirmat inualidam manum,
Altaque bipenni latera pertentat. Fremit
Captiua pubes intus, et, dum murmurat,
Roborea moles ſpirat alieno metu.

Ibat

*Virg. Aen.* 2, 4.) legitur, ſicuti *Lautumiae* apud *Senec. Laudicea* apud *Plin.* ſcriptum reperitur, atque etiam infra verſ. 43. *Lauconte* metrum requirit, *Laocoonte* vero plane reſpuit, quod hoc loco habet *C. Leid.* metro non refragante. At *Colb. Samb. Trag.* et *Ed. pr. Lacoon* exhibent. *Nod.* edidit *Lacoon.* De *Laocoonte* vero, et tota hac narratione, conſule *Cel. Heynii* excurſum 5. ad l. 2. *Aen.*

v. 21. Vterum notauit] Alii, teſtante *Patiſſon. vteri notauit fata.* Ita etiam *C. Leid. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* Sed *vterum* requirit contextus; quis enim dicat, *notare fata vteri?* Haec ex *Virg.* 230. expreſſa ſunt.

*Laocoonta ferunt, ſacrum qui cuſpide robur*
*Laeſerit, et tergo ſceleratam intorſerit haſtam.*

tardant] Hoc iam *Samb.* pro *Codd. tradunt*, ſubſtituendum eſſe, vidit. Totus hic locus in *Virg.* ita legitur: verſ. 50. ſeqq.

*Sic fatus, validis ingentem viribus haſtam*
*In latus, inque feri curuam compagibus aluum*
*Contorſit. Stetit illa tremens, vteroque recuſſo,*
*Inſonuere cauae gemitumque dedere cauernae.*
*Et, ſi fata deum, ſi mens non laeua fuiſſet,*
*Impulerat ferro Argolicas foedare latebras.*

v. 22. Ictusque] Ita, pro *Codd. Samb. Trag. al.* et *Ed. pr. Laetusque,* neceſſario legendum eſſe, cum *C. Pith.* et *Autiſiod.* contextus docet; facile vero ex ICTVS potuit oriri LETVS, vti ſcribitur in *Mſſ.* in quibus pro *ae* vſurpatur *e. Aurat.* mauult *Lentusque,* quod non eſt contemnendum, ſi ad *vterum* referatur. *Samb.* coniicit *laeſusque;* alii habent *tellusque*, vt teſtatur *Patiſſ.* qui edidit *totusque;* alii *telumque,* teſtante *Tornaeſ.* quod arridet *N. Fabro* et *Delben.* Sed telum quidem haeſit, vt ex loco *Virg.* patet, eius vero vis eſt repulſa roboris duritie, quod per verba, *Ictus reſilit,* non minus bene exprimitur, quam *Ouid. Metam.* l. 3, 64. his verbis:

*Duritia pellis, validos cute reppulit ictus.*

v. 23. Iterum etc.] Haec de ſuo addidit poëta.

v. 24. Altaque] Ita *C. Samb. Trag. Ed. pr. al. Tornaeſ.* vero habet *Alta et.*

pertentat] i. e. *pertentare conatur,* vt *Prop.* l. 4. *el.* 1, 93. *protegit*, pro *protegere conatur.*

v. 25. murmurat] Ita *C. Trag.* Nec tamen lect. *C. Samb. Leid. al.* et *Ed. pr. murmurant* eſt contemnenda, quia *pubes* eſt *nomen collectiuum.*

v. 26. Roborea moles] *C. Samb. Trag. al.* et *Ed. pr.* exhibent *Robora;* ſed quia metrum laborat, neceſſario legendum eſt

 *Robo-*

Ibat iuuentus capta, dum Troiam capit,
Bellumque totum fraude ducebat noua.
Ecce alia monſtra! Celſa qua Tenedos mare
Dorſo repellit, tumida conſurgunt freta,
Vndaque reſultat ſciſſa tranquillo minor,
Qualis ſilenti nocte remorum ſonus
Longe refertur, cum premunt claſſes mare,
Pulſumque marmor, abiete impoſita, gemit.
Reſpicimus, angues orbibus geminis ferunt
Ad ſaxa fluctus: tumida quorum pectora,

Rates

*Roborea*, quod iam vidit *Aurat.* atque *Patiſſon.* indicat, alios *Roborea* legere. Hanc quoque lect. confirmat haec *Virg.* deſcriptio: 185.

*Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem*
*Roboribus textis, coeloque educere iuſſit.*

*Erh.* coniicit *robuſta*, pro *robuſtea*, ſed hinc vix potuiſſet oriri *Robora*.

v. 27. capta — capit] Hic eſt luſus, poëta arguto dignus, atque hauſtus ex *Hor.* 2. *Ep.* 1. 156. *Graecia capta ferum victorem cepit. Virg.* ſimplicius ſic 196. *captique dolis, quos non anni domuere decem.* Per *captam iuventutem* equidem intelligo *milites, equo incluſos.*

v. 28. totum] *Scriuer. tutum;* ſed *totum* h. l. dixit *bellum*, quod iam plane finitum videbatur.

v. 29. monſtra] *Putean.* qui repererat *monſtrat*, iam malebat *monſtra*, idque habet *C. Trag.* cum *al.* atque hanc lect. confirmat *Virg.* verſ. 199.

*Hic aliud maius miſeris, multoque tremendum*
*Obiicitur magis, atque improvida pectora turbat.*

v. 30. repellit] *C. Samb. Leid. Trag.* et *Ed. pr.* habent *repleuit*, quod reuocauerat *Burm.* etſi ipſi aliquid tumidi habere videbatur. Sed *Reisk.* qui nullum ſenſum ineſſe putat, edidit *repellit* cum *Nod. Tornaeſ.* et *al.* quod equidem ſeruaui, quia in verſu ſequente *vnda ſciſſa* commemoratur.

conſurgunt] Ita *Codd. Samb.* vero ex coniectura ſcripſit: *cum ſurgunt;* ſed *conſurgunt* eſt probum, *Petronio* quippe valde vſitatum.

v. 31. minor] Vnda etiam minor, ſciſſa ſaxis inſulae, reſultat tranquillo, i. e. in mare tranquillum. Maiorem motum maris ſerpentes aduenientes prodidiſſe, fingit poëta, apud quem omnia tument, cum *Virg* deſcripto demum aduentu anguium, dicat 209. *Fit ſonitus ſpumante ſalo. Reisk.* edidit:

*Vndâque reſultat ſciſſâ tranquillo rumor:*

ex coniectura, quam metri ratio refutat, et ipſe improbat in *Miſc. Lipſ.*

v. 32. ſilenti] recte; nam *Virg.* 255. habet: *Tacitae per amica ſilentia lunae:* et *Silius* l. 8, 640. *ſub nocte ſilenti. C. Trag. reſilienti.*

v. 35. orbibus geminis] metro aptius, quam *C. Colb.* tranſpoſitio, *geminis orbibus. Virg.* 204. *Immenſis orbibus.* Dixit vero

*angues*

Rates vt altae, lateribus ſpumas agunt:
Dat cauda ſonitum: liberae pontum iubae
Conſentiunt luminibus, fulmineum iubar
Incendit aequor, ſibiliſque vndae tremunt:

Stu-

*angues orbibus geminis* per *hypallagen*, pro *angues orbibus gemini*.

v. 37. vt altae] *C. Trag. vt aliae:* ſed *alii* rectius, *vt altae.* Ceterum *Eumolpum*, et in imaginibus addendis, et in comparationibus paullo audacioribus, eſſe nimium, comparando loco *Virg.* apparet, in quo omnia modeſtius ſic ſunt expreſſa: 203. *ſeqq.*

*Ecce autem gemini, a Tenedo tranquilla per alta,*
*(Horreſco referens) immenſis orbibus angues*
*Incumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt:*
*Pectora quorum inter fluctus adrecta, iubaeque*
*Sanguineae exſuperant vndas: pars cetera pontum*
*Pone legit, ſinuantque immenſa volumina terga.*
*Fit ſonitus, ſpumante ſalo: iamque arua tenebant,*
*Ardenteſque oculos ſuffecti ſanguine et igni,*
*Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.*

v. 38. Dat cauda] Sic apte ad metrum legitur in *C. Samb. Tr. al.* ſed *Nod.* cum *Hadr. Frellon. Lottich. Dant caudae*, quod metrum reſpuit.

liberae pontum] Ita cum *Codd.* pleriſque, etiam *Trag.* edidi, probante *Gronov.* in *Obſerv.* 3, 2. i. e. *liberae qua pontum*, vt verſ. 19. *Crinem ſolutus.* Sunt vero *liberae qua pontum iubae*, fluentes, et extra aequor extantes. Senſu fere eodem *libertas comarum* dicitur *Claud. rapt. Proſerp.* 2, 149. *Burm.* et *Nod.* pluribus praeeuntibus, etiam *Scaligero* in *catalectis*, et *Gonſalio* probante, ediderunt *ponto* ad *graeciſmum* euitandum, quem tamen amare poëtas, conſtat. *Heinſ.* mauult *ponti. C. Leid.* et *Colb.* habent *pontem.* Alii, teſtante *Patiſſon. merito. Scaliger, mento. Bourdel.* totum locum vel ita conſtituendum:

*Liberae portum iubae*
*Conſcendunt;*

vel *pontem* retinendum putat.

v. 39. Conſentiunt] Hanc *Codd.* lect. metrum et ſenſus requirit: *conſentiunt luminibus*, i. e. eiusdem cum oculis ſunt coloris, ſcil. *ignei. Virg.* ſimplicius: *Iubae ſanguineae.* Temere ergo *Nod.* neſcio, vnde, edidit *Coruſcant*, quod verſus rationi non minus repugnat, quam *Conſcendunt.*

fulmineum] Vel *s* in *luminibus* more poëtarum antiquorum elidendum, vel, auctore *Douſa F. igneum* legendum eſſe, metrum docet. Equidem prius praetulerim, quia eiusmodi licentia poëtam, verſus ex tempore recitantem, non dedecet.

v. 40. Incendit] i. e. ſplendidum facit. *Stat.* 7. *Theb.* 694.

*Ille etiam clypeum galeamque incendit honoro*
*Sidere.*

Sed iubis et oculorum rubori hanc vim tribuere, poëta modeſtus non auſurus fuiſſet. *Virg.* minus audacter:

*Ardentes oculi ſuffecti ſanguine et igni.*

tremunt] *C. Colb. tremuit* quod ferret metrum, ſi *vnda* legeretur. Sed quia *praeſ.* antea vſus eſt, *vndae tremunt*, quod habent

Stupuere mentes. Infulis ſtabant Sacri
Phrygioque cultu, gemina nati pignora
Lauconte, quos repente tergoribus ligant
Angues coruſci: paruulas illi manus
Ad ora referunt: neuter auxilio ſibi,
Vterque fratri; tranſtulit pietas vices.

Mors-

habent rel. *Codd.* rectius videtur. Ceterum etiam *ſibilis* paullo maiorem vim tribuit poëta, quam *Virg.*

v. 41. ſacri] *Anonymus* malebat *ſacris*; temere, quia *ſacri* dicuntur ſacerdotes, vt verſ. 18. *Laocoon* dicebatur *Neptuno ſacer.*

v. 42. cultu] *C. Colb. culta.*

gemina] *C. Samb.* et *Trag. gemini.* Sed metri ratio requirit *gemina*, atque *pignora* vix potuit ſine epitheto inſeri.

v. 43. Lauconte] Ita legendum eſſe, *Scaliger* ad oram *C. Leid.* notauit, quod pro *Laucoonte* per contractionem, *Graecis* ſatis frequentem, hic ſcribendum, metrum indicat. cf. not. ad v. 19. *Burm.* et *Nod.* edidere *Laocoonte*, quod verſus ratio non admittit. *Aurat.* coniicit *Laconte. Tornaeſ.* habet *Laconti.* Alii, *Patiſſon.* teſtante, *Lacoonte*; alii *Lacoonti* cum *Codd. Colb. Leid. Trag.* ſed obſtat metrum; neque *datiuo* opus eſt, ſi verba ſic conſtruantur: *gemina pignora, nati Lauconte.* Ceterum et in hoc loco luxuriare ingenium poëtae ita, vt, quod *Virg.* tantum, velut parergon, ad totius narrationis veriſimilitudinem adiuvandam, propoſuiſſet, quaſi argumentum narrationis primarium exornet, atque adeo fingat, quod plane eſt improbabile in tanto periculo, vtrumque fratrem, ſui oblitum, alteri ſuccurrere voluiſſe, ex contentione loci *Virg.* verſ. 212. *ſeqq.* apparet:

*Illi, agmine facto,*
*Laocoonta petunt: et primum parua duorum*
*Corpora natorum ſerpens amplexus vterque*
*Implicat, et miſeros morſu depaſcitur artus.*

v. 44. paruulas] Ex his atque ex eo, quod *Virg.* commemorat: *parua duorum corpora natorum*: aliquis colligere poſſit, hos pueros valde teneros fuiſſe, quod etiam confirmat *Laocoontis* ſignum, quod *Romae* in *Viridario Pontificis Maximi* oſtenditur. Sed ſi *infulis ſacri*, patri ſacrificanti miniſterium praeſtiterunt, vti poëta noſter refert; non adeo impuberes fuiſſe videntur.

v. 45. Ad ora] vt faciunt metuentes oculis, aut capiti periculo imminente. *Reisk.* edidit: *Ad monſtra vertunt.*

v. 46. Vterque fratri;] ſcil. auxilio fuit. Sic cum *Samb.* interpunxi; ne voc. *pietas* eſſet eliminandum. *Lindenbrog.* in *Var. lect. in Catal.* malebat: *Vtrique fratri transtulit pietas vices.* Verum iam hac mutatione non opus eſt.

pietas] Ita *C. Samb. Leid. Trag.* Hinc *pictas* in *C. Colb.* ortum. Sed iam *Samb.* ait, vulgo *pias* legi; atque ita quoque edidit *Burm.* cum *Nod.* quamquam praeter neceſſitatem *Codd.* auctoritas videtur neglecta. Eleganter enim *pietas* dicitur *transferre vices,*

Morſque ipſa miſeros mutuo perdit metu.
Accumulat, ecce! liberûm funus parens,
Infirmus auxiliator; inuadunt virum,
In morte paſci, membraque ad terram trahunt.
Iacet ſacerdos, inter aras victima,
Terramque plangit. Sic profanatis ſacris,
Peritura Troia perdidit primum Deos.
Iam plena Phoebe candidum extulerat iubar,
Minora ducens aſtra radianti face,
Cum inter ſepultos Priamidas nocte et mero,

Danai

*vices*, cum frater vices fratris ſuſtinet, in ſerpente ab fratre arcendo. *Reddere vicem* noſter c. 95, 7. in malam partem dixit.

v. 47. mutuo] *C. Colb. mutatio perdit.*

v. 49. Infirmus] Ita *C. Trag.* et *al. Putean.* et *Colb. infirmis*, quod perinde eſt; nam vtrumque dici, docet *Giſ.* in *Caſſiod. librum de inſtitutione diuin. literar.*

v. 50. In morte paſci] Lect. *Codd.* reuocaui, quia eam admittit vſus loquendi. Nam *paſci in morte* idem eſſe, quod *paſci morte*, inde apparet, quod *Cic. Phil.* 11, c. 3. dixit, *paſcere oculos in corpore lacerando*; deinde *graeciſmum*, per quem *inuadunt paſci* ponitur pro *inuadunt*, *vt paſcantur*, poëta dignum eſſe, docet *Hor.* qui l. 1. *Od.* 2, 7. canit: *pecus egit altos Viſere montes.* Senſus vero eſt: *Inuadunt virum, vt morte eius ſatientur, nondum ſatiati morte liberorum.* Pro *in Burm.* et *Nod.* praeeuntibus aliis, ediderunt, *iam;* pro *paſci* vero *paſti*, vti legendum *Samb.* iam putabat. *Putean.* dicit, impreſſos habere *paſſi.* Alii, *in morte parci. Erh.* proponit: *iam non reparci. Virg.* quae euenerint *Laocoonti* ipſi, magis exornat, quam noſter, quia haec ad caput narrationis pertinent, nec tamen indicat, vtrum *Laocoon* cum filiis mortuus ſit, nec ne? Operae pretium videtur et hunc locum apponere. 216. et *ſeqq.*

*Poſt ipſum, auxilio ſubeuntem ac tela ferentem,*
*Corripiunt, ſpiriſque ligant ingentibus: et iam*
*Bis medium amplexi, bis collo ſquamea circum*
*Terga dati, ſuperant capite et ceruicibus altis.*
*Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos:*
*Perfuſus ſanie vittas, atroque veneno,*
*Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit;*
*Qualis mugitus, fugit quum ſaucius aram*
*Taurus, et incertam excuſſit ceruice ſecurim.*

v. 53. deos] Credebant, deos vrbes expugnandas ſponte deſerere, vt hic noſter et *Sen.* in *Troade* 53. ſignificat.

v. 55. face] i. e. *nox erat.* cf. *Virg. Aen.* l. 2, 250.

v. 56. mero] *Virg.* v. 265.

*Inuadunt vrbem, ſomno vinoque ſepultam.*

Danai relaxant clauſtra, et effundunt viros.
Tentant in armis ſe duces, ceu, vbi ſolet
Nodo remiſſus Theſſali quadrupes iugi
Ceruicem, et altas quatere ad excurſum iubas.
Gladios retractant, commouent orbes manus,
Bellumque ſumunt. Hic graues alius mero
Obtruncat, et continuat in mortem vltimam
Somnos:

v. 57. clauſtra] *Virg.* v. 259. *pinea furtim Laxat clauſtra Sinon.* *C. Colb.* h. l. habet *caſtra.*

viros] Ita pro *vires*, quod habent quidam *Codd.* etiam *Trag.* legendum eſſe, iam vidit *Aurat.* idque docet metrum. *Virg.* v. 259.

— *illos patefactus ad auras*
*Reddit equus, laetique cauo ſe robore promunt.*

v. 58. duces] Haec *Virg.* non habet, neque comparationem ſequentem, quia celeritati exprimendae ornatus hic ſuperuacuus officit.

vbi] Hoc v. quod habent omnes *Codd.* pro *vti*, quod irrepſit in *Edd.* multas, etiam *Burm.* et *Nod.* reuocaui, quia etiam *Virg. Aen.* 2, 471. in comparatione coniungit *Qualis vbi.* Scilicet *tentant ſe, ceu equus, vbi ſolet quatere ceruicem.* *C. Memm.* verba ſic tranſpoſita habet, *ceu ſolet vbi*, non refragante metro. Sed cum reliqui habeant *ceu vbi*, atque iſta tranſpoſitio, hiatus (qui huic poetae condonandus eſt, cum etiam *Virg.* interdum eo vſus ſit) euitandi cauſſa, a librario introducta videatur; ea non eſt praeferenda.

ſolet] *C. Trag.* *ſolent* — et *quadrupedes* habet; ſed reliqua non conueniunt huic lect. Hinc *ſolet*, quod eſt in ceteris *Codd.* eſt vera lect.

v. 59. Nodo] Hanc coniecturam *Douſae* recepi, pro *Codd.* et *Edd.* etiam *Burm.* *Nudo*, quia hoc nullum, illud optimum ſenſum habet: nam *quadrupes remiſſus* (laxatus, ſolutus) *nodo iugi Theſſali*, eſt *equus Theſſalicus, iugo ſolutus.* *Wouw.* lect. *Duro* commemorat, quam recepit *Nod.* cum *Hadr.* neſcio, qua auctoritate?

iugi] Hoc ex *C. Memm.* reſtitui, quia, *Nodo* recepto, *genitiuus* requirebatur, cuius veſtigium eſt in *Theſſali*, quod habent omnes *Codd.* Ex *iugi* natum eſt *iungi* in *Cod. Trag.* *Burm.* cum *Nod.* edidit *iugo*, auctoritate *Codd.* reliquorum; totum vero verſum ita emendandum exiſtimat:

*Nudus remiſſo Theſſali quadrupes iugo.*

v. 60. excurſum] Ita recte ediderunt *Burm.* et *Nod.* praeeuntibus multis editoribus; nam hoc latet in priſca *Codd.* ſcriptura *excuſſum.* Totum vero hunc locum *Palmer.* in *ſpic.* p. 821. ita corrigit:

*Ceu vbi ſolet*
*Nodo remiſſus Theſſalus quadrupedes iugi*
*Ceruicem, et altas quatere ad excurſum iubas.*

v. 61. manus] Hanc lect. *Codd.* reuocaui, quia omnia, quae hic dicuntur, *manibus* militum conueniunt. *Burm.* cum *Nod.* et aliis ediderat *manu.*

v. 63. continuat] Cf. ad c. 79, 10. not. Etiam *Liv.* 41, 4. dixit: *aliis ſomno mors continuata eſt.*

mortem vltimam] *Douſa F.* vel *vltimos,*

Somnos: ab aris alius accendit faces;
Contraque Troas inuocat Troiae ſacra.

## CAP. XC.

*Poëtam vulgus lapidibus petit, quem fugientem Encolpius ſecutus, ad coenam inuitat, hac conditione addita, vt abſtineat ab inſano verſus faciendi ſtudio.*

(ENCOLP.) Ex his, qui in porticibus ſpatiabantur, lapides in Eumolpum recitantem miſerunt. At ille, qui plauſum ingenii ſui nouerat, operuit caput, extraque templum profugit. Timui ego, ne me Poëtam vocarent. Itaque 2
ſub-

*vltimos*, vel cum *Patre*, *noctem vltimam*, quod recepit *Nod.* legi malebat. Quidni vero *mors*, in qua omnium rerum finis eſſe putabatur, poſſit dici *vltima*, vti *ſuprema* dicitur a *Catone* in *diſtich. Reisk.* in *Miſc. Lipſ.* ex *Sophoclis Aiace* affert ἔιτα λοίσθιον θανῶ, et ex *Apuleii* 7. *Met.* 64. *ſeruum paene ad vltimam mortem excarnificatum*, et *Sen. Controu.* 9, 6. *in deſperatione et morte vltima.*

v. 64. ab aris] Hoc ineſſe in *Codd.* lect. *auaris*, iam vidit *Aurat.* atque adeo *Samb.* in *at aris*, quod reperiebat in *Cod. vet.* et *ouaris*, quod vulgo legi videbat, hoc latere, coniiciebat. Etiam *C. Trag.* habet *auaris*. Sed *Leid. auarus*. *Colb.* vero *Antuxas*. Similis eſt ſententia *Phaedri* l. 4. *fab.* 10.

*Lucernam fur accendit ex ara Iouis,*
*Ipſumque compilauit ad lumen ſuum.*

v. 65. Contraque — ſacra] Ita *Codd.* quidam, etiam *Trag.* recte, quia igni, diis ſacro, vtebatur *Graecus* ad *Troiam* deſtruendam. *C. Leid.* habet: *Contraque Troas Troia inuocat ſacra*, et *Colb. inuocant.* Sed alii, teſtante *Patiſſon.* legunt: *Contraque Troiam euocat Troia ſacra;* quae lect. non eſt ſpernenda, quia ſolebant dii hoſtium euocari ſolemni prece, vt de *Veiis* tradidit *Liuius* l. 5, 21. At, quia v. 53, indicatur, deos *Troiam* vltro deſeruiſſe: hic *inuocat* eſt melius, etiam aptius conuenit verſui praecedenti.

ſacra] Quae ſequuntur, omiſſa ſunt in *Codd. Samb. Colb. Trag.* et *Ed. prima* vsque ad c. 94, 1. *O felicem.*

C. XC. §. 1. his] *C. Leid. Ex iis.*

porticibus] iunctis pinacothecae.

ſpatiabantur,] intelligendo adde *quidam.*

lapides] Inſanos ſolebant fuſtibus et lapidibus inſectari, vt eos a ſe arcerent, (cf. *Ariſtoph. aues.* v. 524. et *Plaut. Poenul.* 3. 1, 25.) idem faciebant poëtae, vbique verſus recitanti, quaſi eum putarent inſanire.

caput] cf. ad c. 7, 4. not.

templum] cuius in porticu vna haec pinacotheca fuiſſe videtur.

§. 2. vocarent] *C. Leid. vocaret*, ſcil. *Eumolpus.* Sed hoc non erat timendum, quia eiusmodi

ſubſecutus fugientem, ad littus perueni: et, vt primum extra teli coniectum licuit conſiſtere, Rogo,
3 inquam, quid tibi vis cum iſto morbo? Minus, quam duabus horis, mecum moraris, et ſaepius Poë-
4 tice, quam humane, locutus es. Itaque non miror, ſi te populus lapidibus proſequitur. Ego quoque ſinum meum ſaxis onerabo, vt, quotiescumque coeperis a te exire, ſanguinem tibi a capite mittam.
5 Mouit ille vultum, et, (EVMOLPVS) O mi, inquit, adoleſcens, non hodie primum auſpicatus ſum: imo quoties theatrum, vt recitarem aliquid, intraui, hac me aduentitia excipere frequentia ſolet.
6 Ceterum, ne et tecum quoque habeam rixandum toto die, me ab hoc cibo abſtinebo. (ENCOLP.) Imo, inquam ego, ſi eiuras hodiernam bilem, vna coenabimus: [*ſimulque*] mando aedicularum cuſtodi

modi poëtae, ſe ſolos eſſe poëtas, exiſtimant. Vulgus autem poterat, eo verſante cum poëta, poëtam appellando, ſignum ad lapidationem dare.

ſubſecutus] i. e. e longinquo ſecutus.

extra teli coniectum] ἔξω βαλῶν, *prouerb.* i. e. *tutus.*

§. 3. humane] i. e. ſermone vulgari, et communibus verbis; *poetice* vero eſt ita loqui, vt illi, qui diuino afflatu abrepti, non ſua, ſed diuina, i. e. *Apollinis* et *Muſarum,* verba effari videntur.

§. 4. a capite] *Nod.* ex *Cod. Memm.* edidit *e capite;* quod et mihi valde arridet. Haec, vt obſeruat *Cuperus*, ambigue dicta ſunt, quia inſani curabantur venae in media fronte ſectione, vt *Iuuenal. Cat.* 6, 46. *O medici, mediam pertundite venam.*

§. 5. recitarem] Ita ex *Mſ. Tornaeſ.* edidi, pro *recitem,* quod habent alii, etiam *Burm.* et *Nod.* Nam *intraui* requirit *imperf.*

hac] Hoc recte edidit *Burm.* quia ad *aduentitia*, ſcil. *coena*, pertinet. Habent etiam *Mſſ. Bourdelot. hac me excipere adventitia. C. Leid.* vero *hic*, et *Tornaeſ. haec.*

§. 6. rixandum] Eadem conſtructione vtitur *Tac. Annal.* 4, 40. *an-tolerandum haberet. Richard.* vero mauult *rixam* legere, et, ſyllaba *dum* ad *mando* tranſlata, haec ſic nectere: *Dum mando officium, video.*

Imo] *C. Memm. iuro, inquam. Douſa F.* mallet: *imo iuro.*

eiuras] alii, obſeruante *Patiſſon. curas.*

mando] Forte *mandoque* legi poſſit, vt nexus reſtituatur.

aedicularum] *Ramirez* reperit *aediculas*, idque putat dici, terminatione *graeca* addita, pro *aediculae.*

cuſtodi coenulae officium, [*et continuo in balneum iuimus; vbi*]

## CAP. XCI.

*Gitona, ipſius miſericordiam implorantem, domum ducit; et pauca queſtus, cum eo in gratiam redit.*

Video Gitona, cum linteis et ſtrigilibus parieti applicitum, triſtem confuſumque. Scires, non libenter ſeruire. Itaque, vt experimentum oculorum ca- 2
perem, conuertit ille ſolutum gaudio vultum, et, (GITON) Miſerere, inquit, frater: vbi arma non ſunt, libere loquor. Eripe me latroni cruento, et qualibet ſaeuitia poenitentiam iudicis tui puni. Satis magnum erit miſero ſolatium, tua voluntate cecidiſſe. (ENCOLP.) Supprimere ego querelam iubeo, ne quis 3
conſilia deprehenderet: relictoque Eumolpo, (nam in balneo carmen recitabat,) per tenebroſum et ſordidum egreſſum extraho Gitona, raptimque in hoſpitium meum peruolo. Praecluſis deinde foribus, 4
inuado pectus amplexibus, et perfuſum os lacrymis vultu meo contero. Diu vocem neuter inuenit; 5
nam puer etiam ſingultibus crebris amabile pectus quaſſa-

cuſtodi] Hanc eſſe feminam, ex c. 92, 1. apparet; ergo *ianitrix* intelligenda videtur.

officium] Hic quaedam exci-diſſe, certum eſt; nam quae c. ſequ. narrantur, ea in balneo geſta eſſe, ex §. 3. intelligitur. Hinc *Nod.* quaedam de ſuo addidit.

C. XCI. §. 2. poenitentiam] perfidiam meam, per quam me poenituit amoris erga te prioris ita, vt *Aſcylton* praeferrem. Hinc §. 7. *Encolp.* dicit: *ſi bona fide poenitentiam emendas.* Ergo *poenitentiae* huic *bona fides* opponitur.

iudicis] Alludit ad id, quod c. 80, 6. *Encolp.* dixerat: *commiſi iudici* (*Gitoni*) *litem.*

cecidiſſe] In animo forte habuit locum *Virg. Aen.* 10, 829. *Hoc - ſolabere mortem: Aeneae magni dextra cadis.*

§. 3. balneo] Idem *Mart.* l. 3. *ep.* 44, 12. de *Ligurino* dicit: *In thermas fugio: ſonas ad aurem.*

meum] deeſt in *C. Memm.*

§. 4. lacrymis] ſcil. prae gaudio, vt c. 89. 2, 17.

contero] Ita *Codd. vett.* recte, nam et c. 24, 4. occurrit *baſiis diſtriuit;* et *Albinou. Conſol.* ad *Liuiam,* v. 34. dicit: *Collaque et os oculosque illius ore teram.* *Putean.*

6 quaſſauerat. O facinus, inquam, indignum! Quod amo te, quamuis relictus; et in hoc pectore, cum vulnus ingens fuerit, cicatrix non eſt. Quid dicis, peregrini amoris conceſſio? Dignus hac iniuria fui?
7 Poſtquam, ſe amari, ſenſit, ſupercilium altius ſuſtulit. *[Sed, inquam ego,]* Nec amoris arbitrium ad alium iudicem tuli; ſed nihil iam queror; nihil iam
8 memini, ſi bona fide poenitentiam emendas. Haec cum inter gemitus lacrymasque fudiſſem, deterſit ille pallio vultum, et, (GITON) Quaeſo, inquit, Encolpi, fidem memoriae tuae appello: Ego te reliqui, an tu prodidiſti? Equidem fateor, et prae me fero, cum duos armatos viderem, ad fortiorem confugi.
9 (ENCOLP.) Exoſculatus pectus, ſapientia plenum, inieci ceruicibus manus: et, vt facile intelligeret, rediiſſe me in gratiam, et optima fide reuiuiſcentem amicitiam, toto pectore adſtrinxi.

*Putean.* tamen proponit *contergo.*

§. 6. Quid dicis] vid. c. 9, 6. et c. 71, 5.

conceſſio] *Tornaeſ.* dicit, alios habere *conceſſor*, et *Burm.* mavult *confeſſio?* Sed *conceſſio*, ex *Codd.* editum ab eodem et aliis, recte ſe habet; ſic dicitur, *qui conceſſit*, et quaſi praeda *ceſſit alieno amori.* Ita *Hor.* 2. *Od.* 8, 8. *iuuenum publica cura* dicitur puella, quam iuuenes omnes amant, quae omnibus iuuenibus quaſi curam, i. e. amorem grauem, (v. *Virg. Aen.* 4, 1.) inſpirat. Notum etiam eſt, *deorum hominumque pudorem* dici eum, cuius deos hominesque pudeat; vid. exempla, ex ſcriptt. *graec.* in *Miſc. Lipſ.* ab *Reisk.* allata.

§. 7. ſuſtulit] Ex aſteriſco, qui eſt in *Codd.* quibusdam, *Nod.* collegit, hic eſſe lacunam. Sed nulla eſt, nec *C. Leid.* hic aſteriſcum habet.

tuli] *C. Memm.* et *Leid. tulit.* Sed *tuli* requiri, intelligitur ex c. 80, 6. *commiſi iudici litem.*

§. 9. et optima] *et* h. l. eſt *etiam;* malim vero illud delere.

CAP.

## CAP. XCII.

*Eumolpus ex balneo eiectus, quia carmen recitauerat, ab Encolpio recipitur, quem offendit amor eius erga Gitona. Idem narrat, iuuenem quendam nudum Gitona flagitaſſe fruſtra, at ab equite Rom. veſte circumdatum eum, domum abductum eſſe.*

Et iam plena nox erat, mulierque coenae mandata curauerat, cum Eumolpus oſtium pulſat. In- 2
terrogo ego: Quot eſtis? obiterque per rimam foris ſpeculari diligentiſſime coepi, num Aſcyltos vna veniſſet? Demum, vt ſolum hoſpitem vidi, mo- 3
mento recepi. Ille, ſe vt in grabatum reiecit, viditque Gitona in conſpectu miniſtrantem, mouit caput, et, (EVMOLP.) Laudo, inquit, Ganymedem: oportet, hodie bene ſit. (ENCOLP.) Non delectauit me 4
tam curioſum principium, timuique, ne in contubernium recepiſſem Aſcylti parem. Inſtat Eumolpus, 5
et, cum puer illi potionem dediſſet; (EVMOLP.) Malo te, inquit, quam balneum totum: (ENCOLP.) ſiccatoque auide poculo, negat, ſibi vmquam acidius fuiſſe: (EVMOLP.) Nam et, dum lauor, ait, paene 6
vapulaui, quia conatus ſum circa ſolium ſedentibus carmen recitare: et, poſtquam de balneo, tanquam de theatro, eiectus ſum; circuire omnes angulos coepi, et clara voce Encolpion clamitare. Ex altera parte 7
iuuenis nudus, qui veſtimenta perdiderat, non minore clamo-

C. XCII. §. 1. plena] *Anonym.* coniicit *plane.*

§. 3. Demum] *C. Leid. Deinde.*

§. 4. Aſcylti parem] Ita pro *Mſ. partem*, quod vix poteſt defendi, iam *Tornaeſ.* dicit, alios legiſſe; recte quidem, quia *par* interdum idem eſt, quod *ſimilis*, atque etiam *genitiuum* admittit, vt *Cic. Or. in Piſonem* c. 4. *illum, cuius paucos pares haec ciuitas tulit.* Non ergo eſt, quod cum *Palmerio* in *ſpicileg. Aſcylti par*, (vti potius aduerſarius, *Aſcylto* oppoſitus, dicendus eſſet,) aut cum *Burm. Aſcylto parem* legamus.

§. 5. acidius] *Anonym.* mauult *aridius*, i. e. ſe nunquam magis ſitiiſſe. Sed *acidius* recte ſe habet, ſignificat, vt c. 31, 6. *moleſtum. Eumolpus* indicat, ſe nunquam magis eguiſſe tali recreatione, quam hoc die, quo tot moleſtias eſſet perpeſſus; quas iam enarrat.

8 clamoris indignatione Gitona flagitabat. Et me
quidem pueri, tanquam inſanum, imitatione petulan-
tiſſima deriſerunt: illum autem frequentia ingens cir-
cumuenit cum plauſu et admiratione timidiſſima.
9 Habebat enim inguinum pondus tam grande, vt
ipſum hominem laciniam faſcini crederes. O iuue-
nem laborioſum! puto illum pridie incipere, poſtero
10 die finire. Itaque ſtatim inuenit auxilium, neſcio,
quis enim Eques Romanus, vt aiebant, infamis, ſua
veſte errantem circumdedit, ac domum abduxit: cre-
11 do, vt tam magna fortuna ſolus vteretur. At ego
ne mea quidem veſtimenta ab Officioſo recepiſſem,
niſi Notorem dediſſem. Tanto magis impedit, in-
12 guina, quam ingenia fricare. (Encolp.) Haec
Eumolpo dicente, mutabam ego frequentiſſime vul-
tum: iniuriis ſcilicet, inimici noſtri hilaris, commo-
dis

§. 8. Et me] *C. Memm. At; Douſa* volebat *Ac.*

illum] ſcil. *Aſcylton.*

plauſu] Cauſſam talis plauſus eandem indicat *Mart. l.* 9. *ep.* 34.

§. 9. laciniam] Alii, *Tornaeſ.* obſeruante, *laſciuiam. C. Memm.* habet *lacunam;* vnde *Anonym.* coniicit *lagenam.* Sed ſatis ridicule *Aſcyltos* lacinia, et quaſi appendix, et mera acceſſio faſcini dicitur, vt penis magnitudo exprimatur.

§. 10. eques] Sub huius perſona *Petron.* reprehendit molles iſtos, qui bene vaſatos e balneis ſecum abducebant. vid. *Mart.* l. 1. *ep.* 24.

aiebant] Sic pro *Mſ. aiebat,* legendum eſſe; dudum viderunt editores.

magna] Alludit ad pondus grande §. 9.

§. 11. officioſo] In *ſymb. Erh. ab officio* (i. e. poſt lauationem, vel ab miniſtro) *ſolus recepiſſem,* legendum proponitur. Sed *officioſus* rectius ſeruatur, quia hic ita dicitur, *qui in balneo veſtimenta ſeruabat;* alibi *officio publico obnoxius.* v. *Bynkershoek, Obſeru. iuris Rom.* p. 318.

impedit] Si haec *Codd.* lect. ſana eſt, proprius ſignificatus huius vocabuli, qui eſt *implicare,* eſt vrgendus, atque *impedire* h. l. eſt, *vinculo amicitiae mutuo obſtringere;* fateor autem, nullum locum mihi ſuccurrere, vbi hoc verbum hoc plane ſenſu dicatur. Occurrit tamen: *aliquem amplexu impedire, Ouid. Met.* 2, 433. *Wouw. Putſch.* et *Pflug.* malebant *expedit,* quod edidit *Nod. Iungermannus* verba ita transponenda arbitrabatur: *tanto magis impedit, ingenia, quam inguina fricare.*

§. 12. vultum] quod eſt indicium animi commoti.

inimici noſtri] ſcil. *Aſcylti; noſtri* deeſt in *C. Memm.*

dis triſtis. Vtcumque tamen, tanquam non agno- 13
ſcerem fabulam, tacui, et coenae ordinem explicui. *[Vix dum finieram, cum coenula allata eſt: cibus ſcilicet plebeius, ſed ſuccoſus, et nutritiuus, quem Eumolpus, doctor famelicus, deuorauit. Satur vero Philoſophos de negotio eiicere coepit, et multa iactare in illos, qui vulgo nota contemnunt, raraque ſolum plurimi faciunt.* (Evmolp.) *Corruptae menti, inquit,]*

## CAP. XCIII.

*In coena poëta carmine docet, ea, quae ſint facilia ad parandum, non probari hominibus. Recitantem autem verſus, contra fidem datam, obiurgat Encolpius, improbante Gitone.*

Vile eſt, quod licet, et animus, errore tentus, iniurias diligit.

Ales

§. 13. Vtcumque] *Ramirez* legit et diſtinguit: *Vtrumque tamen, tamquam non agnoſcerem, fabulam tacui. Erh.* putat, *vtrumque* et *iniurias* et *commoda* reſpicere, *fabulam* rem, inter eos geſtam, notare. Sed *vtcumque* eſt rectius, et referendum ad *tacui;* ſignificat, difficile ipſi fuiſſe, tacere. *Burm.* proponit: *agnoſcerem, ad fabulam tacui.* Sed quidni *agnoſcere fabulam* poſſit ſignificare: intelligere ſermonem, narrationem, agnito eo, de quo eſt ſermo?

C. XCIII. §. 1. Vile eſt] *Eumolpus* iam philoſophatur de ſuauitate earum rerum, quae difficulter comparantur, arrepta procul dubio occaſione, ipſi in coena oblata. Hinc intelligitur, quaedam excidiſſe, quae ex ſuo ingenio *Nod.* expleuit. Sed fortaſſe etiam pauciora deſunt. *Erh.* pro *Vile* coniicit *Vtile* legendum.

tentus] Ita ex coniectura *Reisk.* edidit, pro *lentus Codd.* et *Edd.* etiam *Burm.* et *Nod.* vel pro *lenitus*, quod habent alii, teſtante *Tornaeſ.* recte quidem, vt mihi videtur, quia oppoſitio: *vile eſt, quod licet*, indicat, hic non *animum lentum* aut *lenitum*, cuius cupiditates ſint temperatae, ſed vehementer cupientem, deſcribi. Eſt vero *animus errore tentus*, vt *Reisk.* in *Miſc. Lipſ.* demonſtrat, animus, qui per errorem quaſi chordae inſtar tentus, vel potius irritatus, vehementius appetit, quod putat expetendum. Eodem modo dici *graec.* κατατείνεσθαι et νευροῦσθαι, *Reisk.* admonet, atque docet ex *Plat.* p. 799. hanc dictionem ſumtam eſſe ex *Platone.* Etiam c. 87, 1. *diſtenta libido* dicebatur pro *vehementiore. Io. Ge. Graeuius* malebat *laetus. Cuperus: animus errore mentis.*

2 Ales Phaſiacis petita Colchis,
Atque Afrae volucres placent palato,
Quod non ſunt faciles: at albus anſer,
Et pictis anas enotata pennis,
Plebeium ſapit. Vltimis ab oris
Attractus Scarus, atque arata Syrtis,

Si

§. 2. v. 1. Ales] His verſibus praemittuntur in multis *Edd.* etiam *Nod.* duo alii: *Nolo quod* etc. a nobis auctoritate *Burm.* et *al.* iam ſupra c. 15, 9. editi; qui certe hic non deſiderantur.

Phaſiacis] Hoc latet in *Mſ. Phaſiachis. P. Dan.* malebat *Phaſiacus:* ſed rectius ad *Colchis* refertur hoc epitheton, quo haec vrbs, vel regio diſtinguitur a *Colchis*, emporio *Careorum* in *India.* Ceterum *phaſianos*, olim ab *Argonautis* ad *Graecos* translatos, tum *Romanis* in deliciis fuiſſe, etiam ex c. 119, 36. patet.

Colchis] Huic verſui *Tornaeſ.* ſubiungit hunc: *Et pictis atagen opaca pennis.*

v. 2. Afrae] Hoc recte *Puteanus* reſtituit ex vetere *Hor.* interprete in *Epod.* 2. Nam *aëriae*, quod habent *Codd. P. Danielis, Leid.* aliique, et metrum reſpuit, et contextus, qui requirit, vt *aues* tantum *delicatae* commemorentur, in quarum numero erat *auis Afra*, i. e. *gallina Numidica*, vti *Acro* ad *Hor. Epod.* 2, 53. interpretatur.

v. 3. faciles] ſcil. paratu. Ita *Virg. Georg.* 2, 460. *facilem victum*, et *Ouid.* l. 13. *Met.* 831. *delicias faciles* dixit.

v. 4. Et pictis] Hunc verſum non habet *Tornaeſ.* quia alius, ex hoc ortus, poſt primum irrepſerat: hic vero ab *Petron.* videtur profectus, non ille. Facilius enim poëtae, verſus recitanti, ignoſci poteſt ea licentia, per quam vltimam ſyllabam voc. *anas* pro breui habet, quia hoc poteſt excuſari analogia voc. *graec. Pallas, Pleias*, cet. quam ea audacia, per quam in voc. *atagen*, pro *attagen* ſcripto, ſyllaba prima corripitur. Praeterea *Et* eſt moleſtum, ſi hic verſus ſtatim excipiat primum: neceſſario autem requiritur, hoc verſu hic poſito.

anas] *Burm.* coniicit *auis.*

enotata] Hanc coniecturam *Iungermanni* recepi, praeeunte mihi *Reiskio*, pro *enouata*, quod habent *Codd.* et *Edd. Burm. Nod.* et *al.* etſi vix ſenſum admittit: *enotata* autem, quamquam non minus raro occurrit, quam *enouata*, reperitur tamen apud *Apul. Met.* 9. p. 220. *forte vnica, caſibus pluribus enotata.* Videtur vero hic dici *anas enotata pictis pennis*, pro *diſtincta pennis variis.* Alii, *Pith.* teſtante, habent *renouata*, refragante metro. *Barth.* mauult *inchoata.*

v. 6. ſcarus] piſcis nobiliſſimi generis. vid. *Hor. Epod.* 2, 49.

ſyrtis] *al.* vt *Leid. ſitis*, quod metrum reſpuit. Rectius *ſyrtis*, quod latet in *C. Memm.* lect. *ſyris.* Dicitur *arata ſyrtis*, ſcil. nauibus, metaphora poëtis ſatis nota. Atque haec quidem illuſtrari poſſunt loco *Pacati* in *Paneg. Theod. Aug.* c. 14. *illis demum cibis adquieſcunt, quos extremus Oriens, — aut famoſa naufragiis maria miſiſſent.*

Si quid naufragio dedit, probatur;
Mullus iam grauis eſt. Amica vincit
Vxorem. Roſa cinnamum veretur.
Quidquid quaeritur, optimum videtur.

(Encolp.) Hoc eſt, inquam, quod promiſeras, 3
ne quem hodie verſum faceres? Per fidem, ſaltem nobis parce, qui te nunquam lapidauimus. Nam ſi aliquis ex his, qui in eodem ſynoecio potant, nomen Poëtae olfecerit, totam concitabit viciniam, et nos omnes ſub eadem cauſa obruet. Miſerere, et, aut pinacothecam, aut balneum cogita. Sic me 4
loquentem obiurgauit Giton, mitiſſimus puer, et negauit, recte facere, quod ſeniori conuiciarer: ſimulque oblitus officii, menſam, quam humanitate poſuiſſem, contumelia tollerem; multaque alia moderationis verecundiaeque verba, quae formam eius egregie decebant.

v. 7. probatur] *C. Memm.* et *Leid. probamus.*

v. 8. grauis] i. e. iam foetere videtur, ſi ſine periculo capiatur, etſi hic piſcis olim in maximo pretio habebatur; *grauis* ſic dicitur *ſentina, Iuuen. Sat.* 6, 99.

Amica] i. e. *adultera*, cuius conſuetudine non poſſis vti ſine periculo.

v. 9. cinnamum] quod pluris faciebant, quia erat rarius, roſis. *Mart.* l. 4. *ep.* 13.

*Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo.*

Alii *cinnamomum*, quod verſus ratio non fert.

veretur] ne ſe plane abducat in contemtum, vt poſtponatur.

v. 10. quaeritur] multo labore. cf. c. 119, 10. *Quaeſitus tellure nitor, et Barth.* ad *Claud. Mamerc.* p. 292. et 401.

§. 3. Hoc eſt] Haec venuſtiſſima locutio adumbrata videtur ad *Virg.* exemplar l. c. *Aen.* 664. *Hoc erat — quod me — eripis.*

ne quem] *C. Leid. neque*, vitioſe.

ſynoecio] *al.* monente *Tornaeſ. gynaecio.* Sed *ſynoecium* ſignificat *conclaue.* vid. *Ariſtoph. Equit.* 997.

potant] *C. Leid.* et *Tornaeſ. potarit.*

cauſſa obruet] abeſt a *C. Memm.* et *Iungermannus* ſubſtituendum putat *caſa.* Verum *ſub eadem cauſſa* eſt, *ſub eodem praetextu; Suet. Neron.* 35. *ſub crimine adulterii occidere* dicit.

pinacothecam] *C. vet. Aminothecam; C. Leid. pinnothecam.*

§. 4. facere] ſcil. me.

## C A P. XCIV.

*Huius ſe amatorem poëta iam profitetur. Giton extra cellam procedit, quem Eumolpus ſequitur, ab Encolpio irato exire iuſſus. Hunc, ſuſpendio vitam finire conantem, impedit Eumolpus, rediens cum Gitone, qui, cum nouacula retuſa ceruicem ſuam percuſſiſſet, collabitur, labentem ſecutus Encolpius, eodem ferro ſe occidere conatur. Sed vterque fruſtra.*

(Evmolp.) O felicem, inquit *[Eumolpus,]* matrem tuam, quae te talem peperit! Macte virtute eſto! Raram facit miſturam cum ſapientia forma. Itaque, ne putes, te tot verba perdidiſſe, amatorem inueniſti.
2 Ego laudes tuas carminibus implebo. Ego paedagogus, et cuſtos, etiam quo non iuſſeris, ſequar: nec
3 iniuriam Encolpius accipit, alium amat. (Encolp.) Profuit etiam Eumolpo miles ille, qui mihi abſtulit gladium; alioquin, quem animum aduerſus Aſcylton ſumſeram, eum in Eumolpi ſanguinem exercuiſſem. Nec

C. XCIV. §. 1. inquit] deeſt in *C. Leid.*

peperit] Vſitatam hanc laudandi adoleſcentes formulam eſſe, docet *Donat.* ad *Ter. Andr.* 1. 1, 70.

facit] *C. Colb. fecit.*

forma] *C. Colb. fama.* Sed *forma* eſt vera lect. Eadem ſententia a *Claud.* 1. *laud. Stilic.* 26. ita effertur: — *quem vultus honeſtat, Dedecorant mores.*

§. 2. Encolpius] Hunc eſſe intelligendum, contextus docet. At libri mire variant. *C. Samb.* et *Ed. pr.* habent *Circlopius. C. Trag. eiclopius*, aut forte *ciclopius*, al. *Eucalpius. Burm.* coniicit, *Cyclopius* ſcriptum fuiſſe, conuicium pro nomine *Encolpii*; quod non eſt improbabile.

alium amat] Hoc vel finxit poëta, quo facilius ad ſuum amorem alliceret puerum, vel temere ex *frequentius mutato vultu*, c. 92, 12. collegit, eum *Aſcylton* amare. Sed *C. Trag.* habet *alius. Barth.* putat, vel *animum amo*, vel potius *animum amas* eſſe legendum.

§. 3. Eumolpo] *C. Trag. Eumolpus. C. Samb. Eumos.* Sed *Eumolpo* ſeries orationis poſtulat.

alioquin — exercuiſſem] Ita vulgo ſatis eleganter editur, neſcio, cuius *Cod.* auctoritate. At *C. Samb.* et *Trag.* conſpirante etiam *Ed. pr.* habent: *alioquin quoque animum, quem aduerſus Aſcylton ſumſeram, in Eumolpi ſanguinem exercuiſſem:* quae lect. et ipſa eſt adeo proba, vt nulla eius deſerendi cauſſa appareat. *Putean.* dicit, impreſſos habere: *alioquin quoque aduerſus, quem:* vnde ille efficiebat: *quem animaduerſurus Eumolpum. C. Leid.* et *Colb.* omittunt *eum.*

exercuiſſem] *Schopp.* malebat *exeruiſſem. Scriuer. ſanguine extinxiſſem.* Sed *exercere animum in aliquem*, eſt ſatis latinum. Nam

Nec feſellit hoc Gitona. Itaque extra cellam pro- 4
ceſſit, tanquam aquam peteret, iramque meam pru-
denti abſentia extinxit. Paullulum ergo intepeſcente 5
ſaeuitia, Eumolpe, inquam, iam malo, vel carmini-
bus loquaris, quam eiusmodi tibi vota proponas: et
ego iracundus ſum, et tu libidinoſus; vide, quam non
conueniat his moribus. Putas igitur, me furioſum 6
eſſe? cede inſaniae, id eſt, ocius foras exi. Confu- 7
ſus hac denunciatione Eumolpus, non quaeſiit iracun-
diae cauſſam, ſed, continuo limen egreſſus, adduxit
repente

Nam etiam *Plaut. Amphitr.* 1. 1, 169. dixit *pugnos in aliquem exercere*, et *iram*, vel *odium exercere in aliquem*, paſſim occurrit. *Animus* vero h. l. eſt *ira*; vti *Plaut. Trucul.* 2. 7, 43. *Nunc ego meos animos violentos, meamque iram ex pectore iam promam.*

§. 4. aquam] ſcil. ad coenae vſum: in *C. Colb.* hoc voc. abſorptum eſt *a tanquam.*

iramque] *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr. iram itaque meam.* At *itaque* ex lin. ſuperiore huc irrepſit.

prudenti] *C. Leid. pudenti.*

§. 5. vel] in *C. Colb.* deeſt. *Aurat.* mauult *ne.* Sed *vel* eleganter hic ponitur pro *adeo.*

eiusmodi] Hinc in *C. Trag. eius nomini*, in *C. Samb.* et *al. Patiſſon.* teſtante, *eius nomine* ortum, in *Ed. pr.* vero vtraque lectio, *eiusmodi nomine*, coniuncta eſt.

vota] *C. Leid. nota.*

ſum] abeſt in *C. Leid.*

et tu] *et* non reperitur in *C. Trag.*

§. 6. Putas] Hoc reuocaui ex *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* quia, ſi *puta* cum *Burm. Nod.* et *al.* legatur, copula vix poſſit abeſſe. Bene autem haec cohaerent: *Si igitur putas, me furioſum eſſe*, quod ex verbis eius, *ego iracundus ſum*, poterat colligere: *cede* etc. Neque haec verborum ſtructura eſt adeo inſolens, vt propterea mutatione opus ſit; nam *Hor.* l. 1. *ep.* 1, 33. ſqq. eadem ſaepe vſus eſt:

*Feruet auaritia, miſeroque cupidine pectus?*
*Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem*
*Poſſis* etc.

Vnus ex *C. vett.* obſeruante *Puteano*, habet *Putat.*

cede] pro *cedo*, quod habet *C. Trag.* et *al.* neceſſario requiritur; atque hanc lect. confirmat *C. Colb.* qui habet *ſede.*

id eſt] Hoc in *C. Samb.* et *Trag.* lect. *idem* latere, non improbabile eſt; hinc recte ſic editum. Ceterum in *Ed. pr.* et *Plantin.* legitur: *reddo inſaniae fidem*, (*Samb.* tamen admonet, *C. vet.* habere *idem*,) haec lectio ſi cui probaretur, *redde* legendum eſſet.

exi] Sequentia vsque ad c. 95. §. 1. *Dum haec fabula*, deſiderantur in *C. Samb. Colb. Trag.* et *Ed. pr.*

§. 7. denunciatione] *C. Memm. enunciatione.*

adduxit] Ita *Tornaeſ.* et *al.* etiam

repente oſtium cellae, meque, nihil tale expectantem, incluſit, exemitque raptim clauem; et ad Gito-
8 na inueſtigandum cucurrit. Incluſus ego, ſuſpendio vitam finire conſtitui: et iam ſemicinctio ſtanti ad parietem ſpondae me iunxeram, ceruicesque nodo con-

etiam *Burm.* i. e. *ad ſe retraxit;* intrinſecus enim patebant aedes. Etiam *Apul. Met.* I. p. 107. occurrit: *Ego vero, adducta fore, peſſulisque firmatis.* Alii autem, vt tradit *Patiſſon.* habent *obduxit*, quod etiam *Nod.* recepit cum *Hadr.*

§. 8. ego] *Putſchius* legit *ergo*, perperam! al. *vero.*

ſemicinctio] Hoc procul dubio latet in *Mſ. Tornaeſ. ſemicincio;* iam cum ita dicatur *zona minus lata*, (vid. *Meurſ. animadv. miſc.* l. 3. c. 7. et *Iſid.* 19, 33.) eo commode potuit ſe alligare.

ſtanti] Ita pro *Edd. vett. ſtantis*, mihi cum *Erh.* legendum videtur; puto ſic dici lecti *ſpondam erectam. Barth.* malebat *hianti.*

ſpondae me] Hoc videbatur mihi latere in *Edd. vett.* quarundam *ſpondam;* hinc aliae, ex quibus *me* plane exciderat, habent *ſpondae. Erh.* malebat *ſpondae me vinxeram.*

iunxeram] Hanc lect. reſtitui, quia hoc verbum, quod habent *Edd. vett.* non minus eſt commodum, quam *vinxeram*, quod eſt ſubſtitutum. *Gonſal.* totum locum ita conſtituit: *et iam ſemicinctio ſtantem ad parietem ſpondam vinxeram:* et hanc emendationem omnes *Edd.* recentiores receperunt, etiam *Burm.* et *Nod.* Sed equidem putabam, facilius poſſe ex *ſtantis* effici *ſtanti*, quam *ſtantem;* atque *iunxeram* rectius retineri. Ceterum, quia in *Edd. vett.* legitur *hemicyclo*, atque hinc facilius potuit naſci *ſemicincio*, ſi quis margini adnotauit, *hemicyclum* eſſe *ſemicirculum*, quam ex *ſemicinctio hemicyclo:* mihi in mentem venit, olim lectum fuiſſe: *et iam hemicyclii ſtantis* (vel *ſtanti*, ſi non totum hemicyclium erectum fuerit; quamquam hoc non eſt improbabile, ſi c. 92, 2. per verba: *quis grabatum illum erexit? hemicyclium* intelligatur,) *ad parietem ſpondae me iunxeram.* Eſt vero *hemicyclium lectus*, vel *ſella*, *ſemicirculari forma maior*, confabulationibus amicorum aptus, vt *Pollux* 6, 9. docet: atque hoc ſenſu dicitur a *Cic. Lael.* c. 1. Etiam in vocabuli raritate potuit eſſe mutationis occaſio. Sed ſi quis nolit *hemicyclio* ſpondam tribuere, vti dicuntur tabulae, quae lectum vtrimque ſuſtinent, etſi commode tribui poteſt lectulo tali: is poſſit legere: *et iam hemicyclio, ſtanti ad parietem, ſponte me iunxeram. Tornaeſ.* legit: *Iam me hemicyclo ſtantis ad parietem iunxeram. Boſch.* legi vult: *et iam ſemicinctio me ſtanti ad parietem ſpondae vinxeram. Ferrarius* l. 1. *Elector.* c. 7. mauult: *et iam ſemicinctium, ſtanti ad parietem ſpondae, iunxeram. Iac. Gronov. de caſu Iudae* c. 4. ita emendat hunc locum: *ſemicinctio inſtitam, ac parieti ſpondam iunxeram.* Mitior *Cuperi* coniectura: *et iam ſemicinctium ſtanti ad parietem ſpondae fixeram*, vel *infixeram.*

condebam; cum reſeratis foribus intrat Eumolpus cum
Gitone, meque a fatali iam meta reuocat ad lucem.
Giton praecipue, ex dolore in rabiem efferatus, tollit 9
clamorem, me, vtraque manu impulſum, praecipi-
tat ſuper lectum. (Giton) Erras, inquit, Encolpi, 10
ſi putas, contingere poſſe, vt ante moriaris. Prior
coepi, in Aſcylti hoſpitio gladium quaeſiui. Ego, 11
ſi te non inueniſſem, periturus per praecipitia fui: et,
vt ſcias, non longe eſſe quaerentibus mortem, ſpecta
inuicem, quod me ſpectare voluiſti. (Encolp.) 12
Haec locutus, mercenario Eumolpi nouaculam rapit,
et, ſemel iterumque ceruice percuſſa, ante pedes col-
labitur noſtros. Exclamo ego attonitus, ſecutus- 13
que labentem, eodem ferramento ad mortem viam
quaero. Sed neque Giton vlla erat ſuſpicione vul- 14
neris laeſus, neque ego vllum ſentiebam dolorem.
Rudis enim nouacula, et in hoc retuſa, vt pueris di-
ſcentibus audaciam tonſoris daret, inſtruxerat thecam.
Ideoque nec mercenarius ad raptum ferramentum ex- 15
paue-

condebam] *Burm.* coniicit *indebam;* equidem malim *circumdabam*, niſi putem, *condebam* eodem ſenſu poſſe dici.

reuocat] Hanc *C. Leid.* lect. praetuli vulgatae, etiam a *Burm.* et *Nod.* receptae, quia praeſens praecedebat atque ſequitur.

§. 9. me] *que* addunt *Nod.* et *Hadr.* Sed omiſſa copula, celeritatem hic eleganter exprimit. cf. *Longin.* de *Sublim.* 19.

lectum] vel ſuper eum, cuius ſpondam erexerat, vel, ſi totum lectum erexit, ſuper lectum alium vicinum; nam, quia haec cella etiam triclinio inſeruiebat, plures lecti in ea fuiſſe videntur.

§. 10. contingere] *Palmer.* in *ſpicil.* exturbandum putat: ſed durior haec *ellipſis* a *Petronii* elegantia eſſet aliena; atque *contingere* cum *vt* conſtruxit etiam *Cic.* de *clar. Orat.* c. 31. et paſſim.

ante] *Nod.* addit *me*, praeter neceſſitatem, quia *ante* poteſt dici pro *antea.*

coepi] ſc. morti me deſtinare.

§. 11. per praecipitia] Ita *Tornaeſ.* et *al. Patiſſon.* vero tradit, alios etiam exhibere *praecipitio. Mſ. Douſae, Edd. Frellon.* et *Lottich.* habent *petiturus praecipitia.*

§. 12. iterumque] *C. Memm. atque iterum.*

ferramento] *C. Memm. ſacramenno.*

§. 14. tonſoris] *Ed. Tornaeſ. tonſor is.*

pauerat, nec Eumolpus interpellauerat mortem mimicam.

## CAP. XCV.

*Deuerſitor quidam interueniens minatur. Eum pulſat Eumolpus, cuius in caput vrceolum hic iaculatur. Poëta autem eum perſequente, fit concurſus familiae et hoſpitum ebriorum, qui Eumolpum, ab Encolpio excluſum, mulcant.*

Dum haec fabula inter amantes luditur, Deuerſitor cum parte coenulae interuenit, contemplatusque foediſſimam iacentium volutationem: (DEVERSITOR)
2 Rogo, inquit, ebrii eſtis, an fugitiui, an vtrumque? quis autem grabatum illum erexit? aut quid ſibi vult tam furtiua molitio? Vos, me Hercules! ne mercedem cellae daretis, fugere nocte in publicum volui-

§. 15. mimicam] Hanc veram eſſe lect. docet *gloſſ. vet.* quod explicat *ſimulatam;* atque etiam *Pith.* iam ita legit; neque in *C. Leid.* aliorumque *Codd. vett.* lect. *inimicam*, aliud quid ineſſe poteſt.

C. XCV. §. 1. fabula] *C. Samb.* et *Ed. pr. famula*. At niſi quaedam exciderint, *famula* non habet locum; imo vero *fabula* eſſe veram lect. ex *C. Trag.* apparet; atque ſi pro *Codd. Samb. Colb. Trag. Ed. pr. al. ludit*, quod ex *luditur*, per compendium ſcripto, potuit oriri, legatur *luditur*, ſenſus prodit commodus: nam amantes iſti, ſeſe occidere tentantes, fabulam quaſi, vel comoediam ludebant.

deuerſitor] *Braſſ.* volebat *diribitor*. Sed *deuerſitor* poteſt ſeruari, modo ſumamus, hunc non eſſe eum, qui praeerat huic deuerſorio, ſed aliquem ex deuerſoribus, qui ſupra c. 79, 6. commemorabantur, i. e. ex hoſpitibus, ibi deuertentibus; atque hanc veram interpretationem eſſe, inde apparet, quod c. 92, 1. mulier, non caupo, coenae mandata curaſſe dicitur.

cum parte] *Nod.* intruſit *altera;* ſed fruſtra, ille enim non intrabat, vt coenulae partem apponeret coenantibus, ſed manu tenebat partem coenulae ſuae, v. c. panem, etc. forte etiam vrceolum, potu nondum plane exhauſtum, cuius mentio fit §. 5.

foediſſimam] Ita *C. Samb.* vnde in *C. Leid.* et *Trag. fidiſſimam* eſt natum.

volutationem] Non talis volutatio, qualis 79, 9. commemoratur, eſt intelligenda, ſed volutatio collapſorum mimica morte; ex qua colligebat hic deuerſitor, eos eſſe ebrios.

§. 2. vult] Hoc v. deeſt in *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* vix tamen poteſt abeſſe; hinc recte eſt additum in *Edd.* recentioribus.

furtiua molitio] Eos furtum moliri, colligebat forte ex eo, quod lectulus erat erectus, atque veſtes ſtragulae humi iacebant, quaſi, ſarcinulis collectis, clam vellent fugere.

voluiſtis; ſed non impune. Iam enim faxo, ſciatis,
non viduae hanc inſulam eſſe, ſed M. Manicii. (En- 4
colp.) Exclamat Eumolpus, (Evmolp.) Etiam mi-
naris? (Encolp.) ſimulque os hominis palma excus-
ſiſſima pulſat. Ille, tot hoſpitum potionibus liber, 5
vrceolum fictilem in Eumolpi caput iaculatus eſt, ſol-
vitque clamantis frontem, et de cella ſe proripuit.
Eumolpus, contumeliae impatiens, rapit ligneum 6
candelabrum, ſequiturque abeuntem, et creberrimis
ictibus ſupercilium ſuum vindicat. Fit concurſus 7
familiae, hoſpitumque ebriorum frequentia. Ego
autem,

§. 3. Iam enim] Ita *C. Trag. C. vet. Brit. Iam iam faxo*; ſed *C. Leid.* et *Colb. Iam iam enim.*

viduae] cuius fortaſſe imbecillitatem ſpernere poterant.

M. Manicii] Hanc lect. confirmat *C. Trag.* qui habet *Marci Mannicii*, et *Leid.* in quo eſt *Mannitii. Colb.* habet *Manucii*, nec non *al.* monente *Patiſſ. Braſſican.* mauult *M. Anicii.*

§. 4. excuſſiſſima] i. e. plene vim ſuam exerente. *Sen. 2. de benef.* c. 6. *Sicut in telis eadem ferri vis eſt: ſed infinitum intereſt, vtrum excuſſo lacerto torqueantur, an remiſſa manu effluant.* Etiam *Ouid. Her.* 4, 43. *lacertum excuſſum* dicit. *Vet. gloſſar.* habet *excelſiſſima.*

§. 5. hoſpitum] *C. Trag. hoſtium*, vitioſe.

liber] Ita ex *Cod. Trag. Tornaeſ. Richard. Bitur.* et *al.* quos *Tornaeſ.* commemorat, reſtitui, quia haec lect. optimum ſenſum habet; *liber* dicitur, qui, impedimento omni ſpreto, dicit et facit, quicquid vult: hinc h. l. *nimis fortis*, vel *audax* tot potionibus, ipſi ab hoſpitibus ebriis (§. 7.) paullo ante propinatis ſic dicitur, vti *Cic.* ad *Fam.* 12, 28. *ne nimis liber in vlciſcendo viderere. Ed. pr.* et *Plantin.* etiam *Burm.* et *Nod.* habent *liberum*, quo iam *P. Daniel* putabat indicari *vrceolum vacuum.* Verum equidem vereor, vt *liber* ſic dicatur; et moleſta ſunt tot vrceoli epitheta. *Reisk.* more ſuo paullo liberior, edidit *diues.*

fictilem] *Hadr.* edidit *futilem*, neſcio, vnde. Sed *C. Samb. Tr.* et *Ed. pr.* habent *fictilem.*

§. 6. ligneum] Ita *C. Samb.* at *Leid. Trag.* et *Ed. pr. igneum*: *ligneum* melius, quia eiusmodi candelabris maxime vtebantur veteres; ita ipſe *Cic.* ſe ſcripſiſſe, *ad ligneolum lychnuchum*, ſignificat l. 3. ep. 7. ad *Quinct. fratrem*, atque *lignea ſupellex* huic cellae inprimis conueniebat. *Heinſ.* coniiciebat *iligneum.*

ſequiturque] Hoc reſtitui, pro *ſequitur*, quod habent etiam *Burm.* et *Nod.* quia *Boſchio* teſtante, omnes libri ſcripti etiam *Trag. Colb. Leid.* et *Ed. pr.* ita exhibent; neque noſter veritus eſt, in loco ſimili §. 5. eadem copularum copia vti: *ſolvitque — et de cella.*

§. 7. hoſpitumque] *C. Memm. hoſpitum.*

autem, nactus occaſionem vindictae, Eumolpum ex-
cludo, redditaque ſcordalo vice, ſine aemulo ſcilicet,
8 et cella vtor, et nocte. Interim coctores, inſula-
riique mulcant excluſum: et alius veru, extis ſtriden-
tibus plenum, in oculos eius intentat: alius, furca
de carnario rapta, ſtatum praeliantis componit: anus
praecipue lippa, ſordidiſſimo praecincta linteo, ſoleis
ligneis imparibus impoſita, canem ingentis magnitu-
dinis

Eumolpum] *C. Trag. Eumolpii*, vitioſe!
ſcordalo] Ita *C. Samb. Trag.* et *vet. gloſſ. C. Pith. ſcardalo. Samb.* edidit *ſcortillo*, quod habent etiam *Ed. pr.* et *al.* teſtante *Patiſſ.* neque hoc voc. ab hoc loco eſt alienum. Verum cum c. 59, *ſcordaliae* occurrant, *ſcordalus* etiam legatur ap. *Sen. ep.* 56. et 83. huiusque voc. ſignificatus non minus ſit aptus; (ſignificat enim *ferocem*, vt ex *vet. lex.* et loco *Sen.* vbi iungitur *nimius vino*, et *ſcordalus* intelligitur:) equidem *ſcordalo* malui ſeruare cum *Burm.* et *Nod.* Hic ſcilicet *ſcordalus* dicitur, qui, libidinis impetu abreptus, *Encolpii* iracundiam non verebatur.
cella] *C. Trag. coena.* Sed *coena* iam finita erat; *cella* vero quo ſenſu hic dicatur, ex c. 8, 4. intelligere licet, et ex addito voc. *nocte.* vid. *Ind.*
§. 8. coctores] *C. vet. Samb. lictores.* Verum *C. Tornaeſ. Trag. Ed. pr.* et *Baptiſta Pius* in *Comment.* ad *Fulgent. coctores* habent, quod eſt melius, quia ſordidiſſima familiae pars exprimitur, vt *Ter. Eun.* 2. 2, 25. *Concurrunt cupediarii omnes, Cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores, aucupes.*
excluſum] ſc. ab *Encolpio* §. 7. *Scaliger* ad oram *Cod. incluſum.*
extis] Ita, pro *aeſtis*, quod habet *Ed. pr.* et *al.* legendum eſſe, iam *Aurat.* coniiciebat; et coniectura poteſt quodammodo firmari *C. Trag. eſtis. Samb.* coniectura ductus, ſcripſit *eſcis. Patiſſon.* dicit, a ios legere *aſſis; Braſſic.* vult *aeſtu.* Sed *Petron.* in animo habuiſſe videtur locum *Ouid.* l. 2. *Faſtor.* v. 373. *Vt rediit, verubus ſtridentia detrahit exta.*
in oculos] *C. Leid. in oculis*
intentat] *C. Tr. intentant.*
praecincta linteo] Ita *C. Tr.* et *Ed. pr.* Etiam *Samb.* habet *linteo*, ſed ante *praecincta* poſitum, vt *Burm.* et *Nod.* cum aliis edidere. *C. Memm. linceo. Anonym. licio.*
ſoleis ligneis] *C. Samb.* et *Ed. pr. ſolers* exhibent, non vero *ligneis. C. Trag. ſoleis* habet, ſed *ligneis* abeſt; quod etiam deſideratur in *C. Bitur. Colb.* et *C. vet.* a *Patiſſon.* commemorato; vtrumque voc. deeſt in *C. Brit.* Conſpirantibus tot *Codd.* valde procliuis ſum ad *ligneis* delendum, atque moleſtum eſt, ſequente alio adiectiuo.
imparibus impoſita] Ita *C. Trag.* atque haec procul dubio eſt vera lect. deſcribitur enim anus, quae, audito tumultu, ſtatim videre cupit, quid rei geratur? quae vero ob ſenilem imbecillitatem, non ipſa ſibi poteſt induere calceos; ea ergo, ab alio impoſita eſt ſoleis, ſed imparibus, quoniam, qui eam adiuua-

dinis catena trahit, inſtigatque in Eumolpum. Sed 9
ille candelabro ſe ab omni periculo vindicabat.

## CAP. XCVI.

*Giton, ei ſuccurrendum ratus, ab Encolpio percutitur, qui laetatur poëtae iniuria. Bargates rixantes increpat, Eumolpum rogat, vt ſuam contubernalem verſibus perſtringat.*

Videbamus nos omnia per foramen valuae, quod paullo ante anſa oſtioli rupta laxauerat, fauebamque ego vapulanti. Giton autem, non oblitus miſeri- 2
cordiae ſuae, reſerandum oſtium, ſuccurrendumque periclitanti cenſebat. Ego, durante adhuc iracun- 3
dia, non continui manum, ſed caput miſerantis ſtricto acutoque articulo percuſſi. Et ille flens qui- 4
dem conſedit in lecto: ego autem alternos opponebam foramini oculos, iniuriaeque Eumolpi aduocationem commodabam, et veluti quodam cibo me replebam: cum Procurator inſulae, Bargates, a coena excita-

iuuabat, arripiebat primas quasque ſoleas. *C. Samb. Ed. pr.* et *al.* habent: *impar viribus impoſuit:* vnde *Aurat.* effingere volebat: *ſolertia paria viribus repoſuit. Samb.* pro *impoſuit* coniiciebat *impos.*

catena] deeſt in *C. Colb.*

§. 9. ſe] deſideratur in *C. Tr.* poſtponitur vero in *C. Samb.* et *Ed. pr.* vocabulo *omni.*

vindicabat] *C. Samb. Trag. Ed. pr. defendebat*, quod ſapit gloſſam.

C. XCVI. §. 1. oſtioli rupta] Hoc reſtitui pro *oſtii disrupta,* quod auctoritate *Had. Iunii* receptum eſt a multis, etiam a *Burm.* et *Nod.* Nam *C. Leid.* et *Colb.* in quibus eſt *hoſtioli rupta,* hanc lect. confirmant, neque longe recedit *C. Trag.* lect. *oſtiali rupta*; vnde facile naſci potuit *oſtialis*, quod habet *Ed. pr.*

§. 2. reſerandum] *C. Samb. Leid. Colb. Trag.* et *Ed. pr. eſſe* addunt.

§. 3. acutoque] *C. Samb.* et *Trag.* copulam non habent; ſed ea neceſſario requiritur.

§. 4. in lecto] Ita *C. Trag.* et *al.* Sed *C. Mſ. Douſae: conſedit in lectum:* vnde is ſuſpicabatur, *conſidit* legendum; at praeter neceſſitatem.

opponebam] *Burm.* coniicit *apponebam*, vt c. 26, 4. *applicare oculum.*

iniuriaeque — commodabam] Ita reſcripſerunt critici pro lectionibus *Codd.* variis, quarum nulla ſenſum commodum admittit. Etenim *Cod. Leid. Samb.* et *Ed. pr.* habent: *iniuriam Eumolpi aduocationemque commendabam,*

citatus, a duobus lecticariis in mediam rixam perfer-
5 tur: nam erat etiam pedibus aeger. Is, vt rabioſa barbaraque voce in ebrios fugitiuosque diu perorauit,
6 reſpiciens ad Eumolpum: (BARGATES) O Poëtarum, inquit, diſertiſſime, tu eras? et non diſcedunt ocius nequiſſimi ſerui, manusque continent a rixa? (EN-
7 COLP.) [*Tum ad aures Eumolpi accedens:*] (BARGAT.) Contubernalis mea, [*inquit ſubmiſſius,*] mihi faſtum facit.

*dabam:* pro quo *Samb.* edidit *Eumolpo* ex coniectura. *C. Trag.* plane conſpirat cum *C. Samb.* niſi quod *iniuriam Eumolpi* exhibet. In *C. Brit.* legitur: *iniuriamque Eumolpi aduocationemque commendabam, ac veluti* etc. Alii, teſtante *Phith.* quibusdam omiſſis, legunt: *iniuriaque Eumolpi, velut quodam cibo, me replebam.* Ita etiam *Tornaeſ.* hic vero in *marg.* et *var. lect.* habet: *iniuriamque Eumolpi aduocationemque commendabam. C. Colb.* pluribus etiam neglectis, ita legit: *iniuriamque commodabam, cum procurator. Richard.* volebat: *Iniuriamque Eumolpo aduocationemque commodabam;* prius vero eo excludendo, poſterius eius iniuria ſpectanda, factum putat. *Wouw.* eam, quam, praeeuntibus *Burm. Nod.* et aliis, recepi, lectionem proponit, exiſtimatque, *aduocationem iniuriae commodare,* h. l. eſſe idem, quod *fauere vapulanti. Burm.* autem arbitratur, hanc formulam potius h. l. ſignificare moram aliquam poſtulare, vt non perfunctorie vapulet. Sed quia vereor, ne vtraque interpretatio ſit paullo audacior, equidem fere malim, vocabulo *commendare*, quod omnes *Codd.* excepto vno *Colb.* exhibent, ſeruato, ita legere: *iniuriaeque Eumolpi aduocationem quoque commendabam*, atque totum locum ita interpretari: *equidem ei auctor eram, vt aduocationem peteret,* i. e. moram et tempus *aduocandi amicos.* Hoc enim faciebant, qui parum inſtructi erant ad ſe defendendos, quod apparet ex *Cic.* ad *Famil.* l. 7. *ep.* 11. *Ego omnibus, vnde petitur, hoc conſilium dedi, vt a ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent;* et ex *Sen. prooem.* l. 3. *Excerpt. Controv. Tanta illi perturbatio fuit, vt aduocationem peteret. Encolpius* ſcil. ridet *Eumolpum* vapulantem, ei dans conſilium, quo magnopere quidem egebat, quod autem non locum habebat in turba hominum, a verberando iudicium exordientium. Eiusmodi irriſione vtebantur, *Marci* c. 15, 30. etc. qui *Ieſum* ludibrio habebant.

lecticariis] *al. lectuariis*, male.

rixam] Ita *C. Trag. Samb.* et *al.* Sed *vett.* vt *Pith.* dicit *noxam;* male, nam etiam §. 6. *rixa* commemoratur.

§. 6. tu] deeſt in *C. Trag.*

eras] i. e. *es* per *atticiſmum*, etiam latinis vſitatum, vt *Virg. Aen.* l. 2, 664. *Hoc erat.*

rixa] Poſt hoc voc. eſt lacuna in *C. Samb. Colb. Trag.* et *Ed. pr.* vsque ad c. 108, 12. *Stante ergo* etc.

§. 7. faſtum facit] i. e. me deſpicit

facit. Ita, ſi me amas, maledic illam verſibus, vt habeat pudorem.

## CAP. XCVII.

*Intrat praeco cum ſeruo publico et Aſcylto, quaeſituro Gitonem, qui in balneo aberrauerat. Sed hic, extentus infra grabatum, ſcrutantium eluſit manus.*

(Encolp.) Dum Eumolpus cum Bargate in ſecreto loquitur, intrat ſtabulum praeco cum ſeruo publico, aliaque ſane modica frequentia, facemque fumoſam magis, quam lucidam, quaſſans, haec proclamauit:

(Praeco) Pver in balneo pavllo ante aeberravit, annorvm circa XVI. 2

CRI-

ſpicit. *Faſtus* enim dicitur *repulſa amantium. Nemeſ. Eclog.* 4, 56. *Quisquis amat pueros, — Perferat et faſtus,* et *Prop.* I. 1. c. 1, 3. cf. *Gronov.* 4. *Obſeru.* c. 10. Ceterum *Petron.* hunc libertum eodem modo loquentem introducit, quo libertos in *coena Trim.* hinc non mirum, verba plebeia, et barbaras loquendi rationes ſubinde occurrere; fortaſſe *faſtum facere* plebs dicebat.

Ita] *al. itaque.*

maledic illam] cum *accuſ.* v. c. 74, 9. et not. alii *illi*, quae videtur correctio temeraria. Nam hic adeo *graeciſmus* videtur, per quem praep. *eis* negligitur. Vid. *Lamb. Boſ. ellipſ.* p. 481.

C. XCVII. §. 1. praeco cum ſeruo publico] Deſcribitur hic perquiſitio, quae fiebat, per lancem et licium, cuius rationem expoſitam vide in *Aurelii Galuani Ferrarienſis diſſertt. de Vſufructu, Geneuae* editis 1676. p. 158. cf. etiam *Abr. Wielingii diatriba de furto, per lancem et licium concepto. Marp.* 1719. Nimirum qui ſciebat, rem furto ſibi ablatam, vel amiſſam, apud aliquem deliteſcere, primo homines a praetore poſtulabat, a quibus in domo ſuſpecta fieret perquiſitio. Hoc intelligitur ex *Plaut. Mercat.* 3. 4. 78.

*Certum eſt, praeconum iubere iam, quantum eſt conducier,*
*Qui illam inueſtigent, qui inveniant: poſt ad praetorem illico*
*Ibo, orabo, vt conquiſitores det mihi in vicis omnibus.*

Dabantur autem a praetore lictores, vel apparitores ac ſerui publici. Hinc et hoc loco ſeruus publicus praeconi eſt additus.

ſane modica] *Pith.* mauult *ſane non modica*, quod recepit *Nod.*

proclamauit] Hoc erat praeconis officium. Plura autem eiusmodi praeconii exempla, apud *Lucianum* multis in locis, praeſertim in *Fugitiuis* extant. Interdum etiam, libellis propoſitis, inueſtigabant res amiſſas. v. *Propert.* l. 3. *el* 23, 23.

§. 2. circa] Alii *circiter*, vt *Pith.* monet.

CRISPVS, MOLLIS, FORMOSVS, NOMINE GITON:
SI QVIS EVM REDDERE, AVT COMMONSTRARE VOLVERIT, ACCIPIET NVMMOS MILLE.

3 (ENCOLP.) Nec longe a praecone Aſcyltos ſtabat, amictus diſcoloria veſte, atque in lance argentea indi-
4 cium, et fidem praeferebat. Imperaui Gitoni, vt raptim grabatum ſubiret; annecteretque pedes et manus inſtitis, quibus ſponda culcitam ferebat: ac, ſicut olim Vlyxes vtero arietis adhaeſiſſet, extentus infra graba-

VOLVERIT] *Heinſ.* margini ſui *Cod.* adſcripſerat: forte *valuerit;* ſed non adeo neceſſaria videtur haec emendatio.

§. 3. diſcoloria] Tali vtebantur, qui quid publica auctoritate facerent. v. l. 1. *C. Theod. de habitu, quo intra vrbes vti oportet.* Sed hic ſic dici videtur *licium*, i. e. *cinctus tenuis*, quo quidem olim, *qui furtum quaeſitum*, nudi, vt putatur, *ibant in domo aliena*, ad verendas corporis partes obtegendas, vtebantur *propter matrum familias, aut virginum praeſentiam*, vt *Feſtus* narrat. At haec furti concipiendi vel deprehendendi ratio abrogata erat lege *Aebutia*, quod confirmat *Gell.* 16, 10. vbi dicit: *Furtorum quaeſtio cum lance et licio euanuit.* Huius tamen ritus vmbra manſiſſe videtur *Heineccio*, et ſuperfuiſſe quidem *lancis* et *licii* vſus, ſed plane alius. Nimirum *licio*, vel cinctu varii coloris transuerſo, eorum veſtes cingebantur, qui auctoritate magiſtratus ſe venire ſignificabant. Temere ergo *Galvanus* ſumit, *licium* dici pretium ipſum impoſitum lanci, idque ſic dici a *licitatione*, vel pretii oblatione.

in lance] *Lancem* olim ante oculos tenebant, vt *Feſtus* tradit, qui rem furtiuam quaerebant; *perforatam* ſcilicet. Sed, hoc ritu abolito, in *lance* geſtabant, vt ex h. l. apparet, *indicium*, i. e. pretium inuentori promiſſum, et *fidem*, i. e. pretium, quo promiſſo fidem facerent. Nimirum *fides*, vti ſaepe pro *documento* aut *argumento* aliquo ſumitur, (v. c. *Iuſtin.* 9. c. 2.) Ita hic dicitur ipſum *pretium*, quod erat documentum promiſſi, indici non fruſtra facti. His obſeruatis, patet, nullam veram pugnam intercedere inter ea, quae a veteribus, et inter haec, quae a *Petron.* de quaerenda re furtiua aut amiſſa narrantur.

§. 4. ſponda culcitam] Ita recte correxerunt lect. *Codd. vett. ſpondam culcita;* addicente *C. Leid.* qui habet *culcitram:* nam lecti funibus erant tenti. *Mart.* l. 5. *ep.* 63.

*Nulla tegit fractos et inanis culcita lectos:*
*Putris et abrupta faſcia reſte iacet.*

vtero arietis] Hoc reſcripſi, ex coniectura *Heinſii*, praeeunte mihi *Nod.* pro lect. *vulg. pro ariete*, quam ſeruauit etiam *Burm.*

grabatum, ſcrutantium eluderet manus. Non eſt 5 moratus Giton imperium, momentoque temporis inſeruit vinculo manus, et Vlyxem aſtu ſimillimo vicit. Ego, ne ſuſpicioni relinquerem locum, lectulum ve- 6 ſtimentis impleui, vniusque hominis veſtigium ad corporis mei menſuram figuraui. Interim Aſcyltos, 7 vt pererrauit omnes cum Viatore cellas, venit ad meam: et hoc quidem pleniorem ſpem concepit, quo diligentius oppeſſulatas inuenit fores. Publicus 8 vero ſeruus, inſertans commiſſuris ſecures, clauſtrorum firmitatem laxauit. Ego ad genua Aſcylto pro- 9 cubui, et per memoriam amicitiae, perque ſocietatem miſeriarum, petii, vt ſaltem oſtenderet fratrem; imo, vt fidem haberent fictae preces: ſcio, te, inquam, Aſcylte, ad occidendum me veniſſe: quo enim ſecures attuliſti? Itaque ſatia iracundiam tuam: praebeo, ecce! ceruicem, funde ſanguinem, quem ſub praetextu quaeſtionis petiiſti. Amolitur Aſcyltos inuidiam; 10 et, Se vero nihil aliud, quam fugitiuum ſuum, dixit, quaerere; mortem nec hominis concupiſſe, nec ſupplicis;

*Burm.* Nam ex *Hom. Odyſſ.* l. 9, 433. λασίην ὑπὸ γαστέρ' ἐλυσθεὶς Κείμην apparet: *Vlyſſem* non pependiſſe *ante arietem*, ſed *ſub eius ventre.* Hanc coniecturam confirmant etiam exemplaria antiqua, in quibus fuit *ero arietis.* Vnus *C. Mſ.* exhibet *in ariete;* hinc *Munkerus* efficiebat *imo.*

§. 5. vinculo] *Nod.* edidit *vinculis.*

aſtu] *Anonym.* dicit, quosdam *actu* legere. Sed *aſtu* melius; nam *Vlyſſi* aſtus tribuitur et alibi.

§. 7. viatore] *Seruum publicum* §. 1. dixit; nec tamen omnes *viatores* erant *ſerui.* v. *Tac.* l. 16. *Annal.* c. 12.

hoc] *Reisk.* edidit *hic*, male.

quo] *al. quod.*

§. 8. ſecures,] quas habebat tantum ad hunc vſum, non, vt eas praeferret magiſtratibus coloniarum. Alii, vt refert *Patiſſon.* habent *commiſſuras ſecure. Putean.* malebat: *inſertans commiſſuris digitos.*

firmitatem] Sic *Cod. Douſae* et *al.* At *C. Leid. infirmitatem. Boſch.* coniicit: *clauſtri omnem firmitatem.*

§. 9. Aſcylto] Ita reſcripſi pro *Burm.* et *Nod. Aſcylti,* quod et alii habent, teſtante *Patiſſon.* Meam lect. confirmat quoque *C. Leid.* qui *Aſcyltos*, ſolo *s* addito, exhibet. Etiam *Sueton. Dom.* 4. dicit: *ante pedes ei ſtabat puerulus.*

§. 10. concupiſſe] *Pith. concupiiſſe.*

plicis; vtique eius, quem poſt fatalem rixam habuit cariſſimum.

## C A P. XCVIII.

*Eumolpo minanti, ſe velle Gitona prodere, Encolpius perſuadet, puerum fugiſſe; ſed hic ter ſternutans, ſe ipſum indicat, at blanditiis poëtae iram mitigat.*

At non ſeruus publicus tam languide agit, ſed raptam Cauponi arundinem ſubter lectum mittit, omniaque etiam foramina parietum ſcrutatur. Subducebat Giton ab ictu corpus, et, reducto timidiſſime
2 ſpiritu, ipſos cimices ore tangebat. [*Illis autem vix egreſſis,*] Eumolpus autem, quia effractum oſtium cellae neminem poterat excludere, irrumpit perturbatus, et, (EVMOLP.) Mille, inquit, nummos inueni: iam enim perſequar abeuntem Praeconem, et, in poteſtate ſua eſſe Gitonem, meritiſſima proditione mon-
3 ſtrabo. (ENCOLP.) Genua ego perſeuerantis amplector, ne morientes vellet occidere: et, Merito, in-

poſt] *Boſch.* ſcribendum putabat *ante.* Sed *Reisk.* admonet, *poſt* h. l. vt *graec.* μετὰ, ſignificare *praeter*, adeoque hunc ſenſum eſſe: *ſi diſceſſerim ab vltima rixa.*

habuit] ſ. *haberet.*

C. XCVIII. §. 1. cauponi] *Pith. cauponis.*

cimices] i. e. lecto os ſuum imprimebat, vt *cimices*, in lecto verſantes, tangeret. *C. Leid.* et *al.* habent *ſciniphes.* Sed hoc genus muſcarum minutiſſimarum, aculeis permoleſtarum, (v. *Iſidor. Orig.* l. 12. *c. vlt.*) quid hic ſibi velit, non apparet: hinc recte critici *cimices* ſubſtituerunt.

§. 2. perturbatus] *C. vet. perturbaturus*, quod probat *Barth.*

et, Mille] Quidam in *C. Almelouenii* coniicit: *en! mille.*

ſua] *Richard.* mauult *tua;* quod mihi arridet.

meritiſſima] Al. *veriſſima*, teſte *Tornaeſ.*

proditione] *C. vet. propoſitione*, quod *Barth.* putat confirmari loco *Gell.* l. 1. c. 5. *maledictis appellationibusque propoſitis iactatus eſt.* Sed ex §. 3. *Merito excandeſceres, ſi poſſes proditum oſtendere*, apparet, hic *proditione* legendum eſſe. Etiam infra c. 125, 3. occurrit: *totamque fallaciam inuidioſa proditione detexerit.*

§. 3. morientes — occidere] formula prouerbialis; vid. *Paſſerat.* ad *Prop.* l. 2. *el.* 8. Etiam *Cic.* l. 14. *ad famil. ep.* 1. dixit, *puerum perditum perdere.*

inquam, excandeſceres, ſi poſſes proditum oſtendere.
Nunc inter turbam puer fugit, nec, quo abierit, ſu-
ſpicari poſſum. Per fidem, Eumolpe, reduc pue-
rum, et vel Aſcylto redde. Dum haec ego iam 4
credenti perſuadeo, Giton, collectione ſpiritus plenus,
ter continuo ita ſternutauit, vt grabatum concuteret.
Ad quem motum Eumolpus conuerſus, ſaluere Gito- 5
tona iubet. Remota etiam culcita, videt Vlyxem,
cui vel eſuriens Cyclops potuiſſet parcere. Mox 6
conuerſus ad me, (Evmolp.) Quid eſt, inquit, La-
tro? Ne deprehenſus quidem auſus es, mihi verum di-
cere? Imo, ni Deus quidam, humanarum rerum ar-
biter, pendenti puero excuſſiſſet indicium, eluſus cir-
ca popinas errarem. (Encolp.) [*At*] Giton longe 7
blandior, quam ego, primum araneis oleo madenti-
bus vulnus, quod in ſupercilio factum erat, coarcta-
vit; mox palliolo ſuo laceratum mutauit veſtem, am-
plexusque iam mitigatum, oſculis, tanquam fomentis,
aggreſſus eſt: et, (Giton) In tua, inquit, pater ca- 8
riſſime, in tua ſumus cuſtodia. Si Gitona tuum
amas

excandeſceres] Ita recte *Douſa, Hadr. Burm. Nod.* et *al.* pro *excandeſcens*, vel *excandeſcis*, vt *al.* habent.

proditum] *Nod.* praemittit *te.*

reduc] Al. *redde.*

§. 4. plenus] *Anonym.* ſuſpicatur, *plenus* eſſe ſuperuacaneum.

ter continuo] *ter* ex vno *Cod. vet.* recte reſtituit *Rich.* etſi deeſt in aliis.

§. 5. iubet] Mos ſternutantibus bene precandi antiquiſſimus. V. *Schopp. Veriſimil.* l. 4. c. 12.

cui vel] *C. Memm. etiam, Leid. et:* vtrumque ex interpretatione voc. *vel* irrepſiſſe videtur.

Cyclops] Alluditur ad *Cyclopem*, ab *Hom. Odyſſ.* l. 9. deſcriptum.

§. 7. At] Hoc non temere inſeruit *Nod.* nam *At* vel *ſed*, vt *Cupero* videbatur, excidit.

araneis] De hoc remedio, etiam plebi noſtrae noto, v. *Dioſcor. l. 2.* c. 57.

amplexusque iam mitigatum] Haec *Mſ. Tornaeſ.* lect. eſt veriſſima: *Eumolpum iam mitigatum* ſibi; non vero *Encolpio*, *Giton* amplexus eſt. *Al. Tornaeſ.* teſtante, habent: *amplexuque iam mihi gratus; Tornaeſ. amplexusque iam mihi gratum. Gruter. Suſpic.* l 6. c. 15. legi vult: *iam mihi iratum.*

§. 8. ſumus cuſtodia] *Al. cuſtodia ſumus.*

9 amas, incipe velle ſeruare. Vtinam me ſolum inimicus ignis hauriret! vtinam hibernum inuaderet mare! Ego enim omnium ſcelerum materia: ego cauſſa ſum. Si perirem, conueniret inimicis. (ENCOLP.) [*Eumolpus, tum Encolpii, tum Gitonis, commotus aerumnis, et praecipue blanditiarum Gitonis non immemor:* (EVMOLP.) *Stultiſſimi, inquit, certe eſtis vos, qui virtute praediti, felices eſſe poteſtis, vitam tamen aerumnoſam degitis, et ſingulis diebus vos vltro nouis torquetis cruciatibus;*

## CAP. XCIX.

*Cum etiam Encolpius cum Eumolpo rediiſſet in gratiam, omnes nauigium conſcendunt.*

Ego ſic ſemper et vbique vixi, vt vltimam quamque lucem, tanquam non redituram, conſumerem: [*id eſt, in tranquillitate: ſi me vultis imitari, ſollicitudines animis mittite. Aſcyltos hic vos inſectatur: fugite illum, et me profecturum in regiones extraneas ſequimini. In nauigio vector proxima forſan nocte proficiſcar: ibi plane notus ſum, et gratioſe accipienur.* (ENCOLP.) *Prudens vtileque hoc conſilium mihi viſum eſt, quia Aſcylti vexationibus me vindicabat, vitamque pollicebatur feliciorem. Eumolpi victus humanitate, nuper illi iniuriam feciſſe, maxime dolui; meaeque*

§. 9. Vtinam] *Tornaeſ. et vtinam. Leid. vt hibernum. Scaliger, aut h.*

hibernum] Veteres *hiberum*, teſtante *Patiſſ.* At *hibernum*, i. e. *ſaeuum*, eſt melius.

inimicis] *Erh.* coniicit *amicis*; ſed *inimici* ſunt *Aſcyltos*, *Encolpius* et *Eumolpus*, de hoc puero inter ſe contendentes.

C. XCIX. §. 1. Ego ſic] Haec ſententia, philoſophis frequens, etiam a poëtis ſaepe expreſſa, vt ab *Hor.* 1. *ep.* 4, 13. quid hoc loco ſibi velit, quia non apparet; quaedam excidiſſe, videbantur *Nod.* et aliis. Verum, ſi nihil excidit, ſignificat poëta: ſe mortis ſemper memorem, non ſolere peccare, nec homines odiſſe, adeoque non ſua culpa inimicitias eſſe ortas. Huic interpretationi fauet §. 2.

*que aemulationis, tot malorum cauſae, poenitentiam*
*agere coepi.*] Profuſis ego lacrymis rogo, quaeſo- 2
que, vt mecum quoque redeat in gratiam: neque
enim in amantium eſſe poteſtate furioſam aemulatio-
nem: daturum tamen operam, ne aut dicam, aut fa-
ciam amplius, quo poſſit offendi. Tantum omnem
ſcabitudinem animo, tanquam bonarum artium magi-
ſter, deleret ſine cicatrice. Incultis aſperisque re- 3
gionibus diutius niues haerent: aſt, vbi ex aratro do-
meſacta tellus nitet, dum loqueris, leuis pruina dila-
bitur. Similiter in pectoribus ira conſidit: feras qui-
dem mentes obſidet, eruditas praelabitur. (Ev- 4
MOLP.) Vt ſcias, inquit Eumolpus, verum eſſe, quod
dicis, ecce! etiam oſculo iram finio. Itaque, quod
bene eueniat, expedite ſarcinulas, et vel ſequimini
me, vel, ſi mauultis, ducite. (ENCOLP.) Adhuc lo- 5
quebatur, cum crepuit oſtium impulſum, ſtetitque in
limine

§. 2. daturum] ſcil. *me.* Noſter enim *pron.* ſaepe omittit.

Tantum] *C. Leid. Tamen.*

ſcabitudinem] voc. *Petronianum*, ita ſcriptum ab omnibus. *Erh.* tamen cum *Meurſ.* mauult *ſcabritudinem.*

cicatrice] *C. Leid. ſine dolore*, quae eſt gloſſa.

§. 3. aſt vbi ex] Ita pro *ea*, lectione *Codd.* et *Edd.* omnium, etiam *Burm.* et *Nod.* edidit *Reisk.* aſſentiente etiam *Scheff.* recte, quia *ea* non locum habet, *ex* vero pro *per* interdum dicitur, vt *Ter. Hec.* 4. 4, 33. *ſi ex me illa liberos vellet ſibi:* et in formulis pluribus, huic ſimilibus. *Cuperus* emendabat; *et vbi aratro domeſacta.* Sed *aſt* vel *at* non poteſt abeſſe.

domeſacta] voc. *Petronio* proprium, formatum tamen ad analogiam voc. *liquefactus. Domare* autem *terram*, pro *aratro ſubigere*, frequens eſt poëtis, vt *Virg.* l. 2. *Georg.* 62. *multa mercede domandae;* et l. 9. *Aeneid.* 608. *Aut raſtris terram domat.* etc. Alii h. l. legunt: *domita*, v. c. *Nod.* temere, cum ſingula eiusmodi vocabula a *Petronio*, etiam in elegantiſſima oratione, quam tribuit *Encolpio*, ſubinde vſurpata ſint. Alii: *manſuefacta.*

leuis pruina] *Cuperus: velut pruina dilabuntur. Nod.* edidit: *leui pruina dilabuntur.* Verum *Petron.* videtur indicare voluiſſe, in cultis agris niues eſſe ne niues quidem, ſed *leuem pruinam.*

Similiter] Alii, teſtante *Patiſſ. ſimul.* Ita etiam *C. Leid. Munkerus* vero delebat hanc vocem, teſte *Boſch.*

§. 4. ecce etiam] *C. Leid. ecce enim.*

§. 5. cum crepuit] *C. Leid. concrepuit.*

limine barbis horrentibus nauta: et, (NAVTA) Moraris, inquit, Eumolpe, tanquam propudium ignores?
6 (ENCOLP.) Haud mora, omnes conſurgimus, et Eumolpus quidem mercenarium ſuum, iam olim dormientem, exire cum ſarcinis iubet. Ego cum Gitone, quidquid erat, in altum compono, et, adoratis Side-

barbis horrentibus] Alii: *verbis horrentibus. Torn.* et *Patiſſ.* legendum putant: *barba horridus. Nod.* edidit: *barba horrendus. Anonym.* coniicit: *pilis* vel *ſetis*, vel *barbae pilis horrentibus.* Sed etiam alii *plurali* pro *ſingulari* vtuntur, vt *Apul.* l. 4. *Met.* p. 157. *Fortumnus caeruleis barbis hiſpidus.*

Moraris] Alii *miraris*, teſte *Patiſſ.* Hic ſermo bene exprimit mores nautae, vrgentis *Eumolpum*, et feſtinantis.

propudium] Haec ſi vera eſt lect. vel ſic dicitur *Tryphaena*, quae, quia voluptatis cauſſa huc atque illuc vectabatur, tanquam *propudium*, vel meretrix imperioſa, moras amputari iubebat; vel, quod *Reiskio* videtur, haec eſt appellatio *Eumolpi;* nam etiam viri *proſtibula* appellantur. Prius equidem praetulerim, quia, ſi eiusmodi encomium *Eumolpo* voluiſſet dare, procul dubio ſtatim poſt *Eumolpe* hoc vocabulum poſuiſſet. Si vero *Tryphaenam* intelligimus, cauſſa feſtinationis indicatur cum indignatione. *Gloſſar. vet.* habet *propediem*, quod *Nod.* cum *Hadr.* recepit. *Pith.* quia putat, huc facere, quod ex *Turpilio* refert *Iſidor: Quaſi cum ventus fert nauim in mari ſecundus, ſi quis propedon miſit:* videtur coniciſſe, in *propudium* latere *propedon. Bongarſ.* proponit *proludium*, et intelligit *celeuſma*, quo nautae diſceſſum ſignificant. *Cuper.* coniectabat *prolubium*, i. e. promptum meum ad nauigandum animum. *Tornaeſ.* autem teſtatur, alios legere *properandum*, quod non eſt repudiandum. *Burm.* ſuſpicatur, nomen in hoc voc. latere, fortaſſe ipſius nautae.

§. 6. in altum] Hanc lect. *Burm.* et *al.* ſeruaui, quia *componere* eſt *conſtipare*, *colligere* in vnum *Ter. Hecyr.* 4, 3, 5. adeoque *in altum componere* vel indicat, *exſtruere in altum*, vt dixit *Hor.* 2. *Od.* 4, 19. quod eſſet h. l. ſarcinulas altas vel magnas facere, vel eſt *componere in altum ferenda.* Si poſterior interpretatio ſit praeferenda: equidem malim ex *vet. Cod.* a *Wouw.* commemorato, *ad altum* legere. Alii, vt *Torn.* teſtatur, habent *in alutam*, quod recepit *Nod. Putean.* coniicit *in allene*, putatque, hoc eſſe *in vnum*, *in maſſam. Salmaſ.* ad *Vopiſc. Aurel.* c. 45. et *Tertull.* de *pall.* p. 193. legit *inlatum. Heinſ.* malebat *elatum. Anon. in luram. C. Leid.* habet *vialium*, (ortum forte ex *in altum*, literis praepoſitionis *in* transpoſitis, et *n* inuerſo, *ui altum*) vnde *Reisk.* effinxit *vidulum*, i. e. ſaccum ſcorteum, quod in textum recepit. *Scriuer. viaticum*, (quo recepto, *Reisk.* malit diſtinguere: *quicquid erat in viaticum, compono.*) *Burm.* coniicit, forte ſcriptum fuiſſe *in arctum compono*, pro *in faſcem.*

Sideribus, intro nauigium. [*In puppis conſtrato locum ſemotum elegimus, et, nondum orta die, Eumolpus dormitabat. Ego vero Gitonque, ne quidem minimum ſomni haurire potuimus. Anxius perpendebam, me in ſocietatem recepiſſe Eumolpum, Aſcylto formidabiliorem aemulum, et illud valde me torquebat. Ratione vero dolorem vincente,*

## CAP. C.

***Encolpius et Giton vocibus, ſibi familiaribus auditis noctu, Eumolpum obteſtantur, vt ipſis dicat, cuius haec ſit nauis?***

Moleſtum, [*inquam,*] quod puer hoſpiti placet. Quid autem, non commune eſt, quod natura optimum fecit? Sol omnibus lucet. Luna, innumerabilibus comitata ſideribus, etiam feras ducit ad pabulum. Quid aquis dici formoſius poteſt? in publico tamen manant. Solus ergo Amor furtum potius, quam praemium, erit? Imo vero nolo habere bona, niſi quibus populus inuiderit. Vnus, et ſenex, non erit grauis: etiam cum voluerit aliquid ſumere, opus anhe-

ſideribus] *Caſtore* et *Polluce*, quorum vim in maris tempeſtates deſcribit *Hor.* 1. *Od.* 12, 27. etiam *ſidus Veneris* nauigationi proſperum putabatur, vt ex *Hor.* l. 1. *Od.* 3. intelligitur.

C. C. §. 1. Sol] Forte *Petron.* *Ouid.* 6. *Metam.* 349. in animo habuit:

*Vſus communis aquarum eſt:*
*Nec ſolem proprium natura, nec aëra fecit.*

ducit ad pabulum] *Barth.* l. 3. *adv.* 7. legit: *ducit ad ſpectaculum*, quia luna non *producat pabula.* Sed quantam ei vim tribuerint veteres, docet *Spanhem.* ad *Callimachi hymnum* in *Dianam* 164. Pro *ducit* alii habent *mittit*, teſte *Pith.*

furtum — erit] *C. Memm. furtum, quam praemium, potius erit.*

Vnus et ſenex] Ita *Codd. Mſſ.* nec male; animum conſolatur eo, quod *vnus* tantum, isque *ſenex*, pueri amorem quaerat. *Ouid. Heroid.* 18, 8. 9. eodem modo dicit:

*Vnus et hic audax, a quo tibi littera noſtra*
*Redditur, e portu nauita mouit iter.*

*Patiſſonio* teſte, alii habent *vietus et ſenex*, duo ſynonyma.

2 anhelitu perdet. Hoc vt infra fiduciam poſui, frau-
dauique animum diffidentem, coepi ſomnum, obru-
3 to tunicula capite, mentiri. Sed repente, quaſi
deſtruente Fortuna conſtantiam meam, eiusmodi vox
ſuper conſtratum puppis congemuit: (LYCAS) Ergo
4 me deriſit? (ENCOLP.) At haec quidem virilis, et
paene auribus meis familiaris, animum palpitantem
percuſſit. Ceterum eadem indignatione mulier lace-
rata vlterius excanduit: et, (MVLIER) Si quis Deus
manibus meis, inquit, Gitona imponeret, quam bene
5 exulem exciperem. (ENCOLP.) Vterque noſtrum,
tam inexpectato ictus ſono, amiſerat ſanguinem.
Ego praecipue, quaſi ſomnio quodam turbulento
cir-

anhelitu] Alii: *ante id perdet.* *Wouw.* mauult: *anhelitu prodet*, vt *Tornaeſ.* habet. Sed *anhelitu perdet*, quod habent *Codd.* eſt aptius; ſpiritus enim difficultate, quae prodit ſenem et imbecillem, opus hoc non tam proditur, quam perditur, i. e. irritum redditur.

§. 2. infra] Alii *intra.* At *infra* aptius; ſenſus enim eſt: *credidi, non facile poſſe euenire.* c. 84, 3. formula, *infra pecuniam poſitus*, occurrit.

fraudauique] Alii *firmauiqut*, teſtante *Tornaeſ.*

diffidentem] Ita edidi cum *Reisk.* ſuadente *Douſa. P.* nam *diffidens animus*, quid hic ſibi velit, non apparet.

obruto] *Douſa. P.* coniicit *obrupto.* Verum *obruto* eleganter dicitur, pro *ſubito* et *penitus operto.*

§. 3. deſtruente] *Burm.* proponit *deſtituente*; confirmat tamen lect. vulg. loco *Sen. Conſol.* ad *Marc.* 19. *Adeoque ſenectutem ſolitudo, quae ſolebat deſtruere, ad potentiam ducit.*

§. 4. et paene] *C. Memm.* non habet *et.*

palpitantem] *C. Memm. palpantem.*

lacerata] prae moerore: vt matrona *Epheſina* c. 111, 9. *ignota conſolatione percuſſa, lacerauit vehementius pectus.* Alii, teſte *Tornaeſ. lancinata*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr.*

manibus] Alii *nauibus*, monente *Patiſſon.*

exciperem] Ita habent alii, teſte *Patiſſon.* quos ſecutus eſt *Nod.* recte, quia, quid ipſa factura ſit, indicat; neque ſe ipſam *exulem* dictura fuiſſet, etſi infra ab *Eumolpo* ſic videtur dici. *Burm.* cum aliis *exciperet* edidit, quod ſenſum commodum vix admittit. *Reisk.* reſcripſerat *exciperent*, quod etiam mihi arridet, quia inde *exciperet* et *exciperem* oriri potuit. *Douſa acciperet* molitus eſt. *Acidalius* ad *Vell. Patercul.* p. 1032. *Ed. Ruhnken.* hic ſcribi mauult *ecciperet*, antique pro *acciperet.* Sed *excipere* aeque probum eſt, atque *accipere.*

circumamictus, diu vocem collegi, tremuliſque ma-
nibus Eumolpi, iam in ſoporem labentis, laciniam
duxi; et, Per fidem, inquam, Pater, cuius haec nauis
eſt? aut quos vehat, dicere potes? Inquietatus ille, 6
moleſte tulit; et, (EVMOLP.) Hoc erat, inquit, quod
placuerat tibi, vt ſuper conſtratum nauis, occupare-
mus ſecretiſſimum locum, ne nos patereris requie-
ſcere? Quid porro ad rem pertinet, ſi dixero, Ly- 7
cam Tarentinum eſſe dominum huiuſce nauigii, qui
Tryphaenam exulem Tarentum ferat?

## CAP. CI.

*Cum cognouiſſent, nauis dominum eſſe Lycam; Eumolpum rogant, vt ipſos interficiat, inopes conſilii. Sed hic eos adhortatur, vt quaerant aliquod effugium. Giton gubernatori vult perſuaderi, vt in aliquem portum nauem deducat.*

(ENCOLP.) Intremui poſt hoc fulmen attonitus, iuguloque detecto: Aliquando, inquam, totum me, Fortuna, viciſti. Nam Giton quidem, ſuper meum pectus poſitus, animam egit. Deinde, vt effuſus ſudor

§. 5. circumamictus] *Cuper.* coniicit *circumactus.* *Gesnerus* in *Theſaur.* *circumictus*, παραπλὴξ, περισκηφθεὶς. Senſu proprio occurrit *circumamictus* in *Vulg. Apoc.* 4, 4. Tropus autem hic eſt paullo durior; forte tamen condonandus *Petronio*, quia *Tibull.* eadem imagine vſus eſt in his:

*Et cum te fuſco ſomnus velauit amictu,*
*Vanum nocturnis fallit imaginibus.*

tremuliſque] *C. Leid. tremebundiſque.*

duxi] Alii *traxi*, teſte *Tornaeſ. Douſa. P.* coniicit *adduxi*, i. e. attraxi ad me.

§. 6. Hoc erat, quod] Ita *Mſ. Tornaeſ.* alii: *et hoc, inquit, placuerat.*

§. 7. Lycam] Sic recte ſcribitur, quia in lect. *Cod. Memm. Licas*, et aliorum *Lichas*, aliud nomen vix poteſt ineſſe.

exulem] Alii *vxorem*, teſte *Tornaeſ.* Si vera lect. eſt *exulem*, *Tryphaena* valde improprie ſic dicitur, quia, vt c. 101, 5. narratur, *voluptatis cauſſa huc atque illuc vectatur.*

C. CI. §. 1. meum pectus poſitus] *C. Leid. ſuper pectus meum poſitus diu.* Alii: *pectus medium.*

animam] *Nod.* praemiſit *paene:* ſed hyperbole talis apta eſt animo commoto narrantis.

dor vtriusque ſpiritum reuocauit, comprehendi Eumolpi genua: Miſerere, inquam, morientium, id eſt, pro conſortio ſtudiorum commoda manum. Mors venit, quae, niſi per te non licet, poteſt eſſe
3 pro munere. Inundatus hac Eumolpus inuidia, iurat per Deos Deasque, ſe neque ſcire, quid acciderit; nec vllum dolum malum conſilio adhibuiſſe, ſed mente ſimpliciſſima, et vera fide in nauigium comites
4 induxiſſe, quo ipſe iam pridem fuerit vſurus. (Evmolp.) Quae autem hic inſidiae ſunt? inquit, aut quis nobis Hannibal nauigat? Lycas Tarentinus, homo verecundiſſimus, et non tantum huius nauigii dominus, quod regit, ſed fundorum etiam aliquot, et familiae

§. 2. id eſt] Ita reſcripſerunt editores, pro *Mſſ. morientium * i pro;* alii vero, teſte *Tornaeſ.* habent *et pro*, quod fere praetulerim.

niſi per te non licet] Ita *Reisk.* recte edidit ex *C. Leid.* i. e. niſi tu hoc nobis beneficium negaueris, vt moriamur; atque ſic legendum, iam *Iungermannus* coniecerat. Alii, quos ſecuti ſunt *Burm. Nod.* et *al. niſi per te licet*, ſcil. *viuere*, quae tamen dura eſſe videtur ellipſis; alii: *niſi per ſe licet.*

§. 3. Inundatus] *Heinſ.* malebat *innodatus*, ſi exempla huius verbi occurrerent. *Petron.* vero amat hoc verbum. vid. c. 21, 6. 113, 9. 118, 3. vbi *mens flumine literarum inundata* dicitur. Sed hic *inundatus* idem eſt, quod *aeſtuans*, *commotus* inuidia ea, in quam adducere ipſum videbantur illi, qui putabant, *Eumolpum* ipſis has inſidias ſtruxiſſe. cf. c. 97, 10.

nec vllum dolum] Alii, *Tornaeſ.* et *Putean.* teſtantibus, *dolum vllum;* alii *dolum illum.*

§. 4. nobis Hannibal] Hoc nomine veteres vel inimicum *P. R.* vel inſignem bellatorem, vel callidum hominem ſignificaſſe, *Ruhnkenius*, Vir *Cel.* ad *Vell. Paterculi* l. 2. c. 18. verba: *odio in Romanos Hannibal*, pluribus exemplis probat; ibid. ex loco *Cic. Phil.* 13, 11. *quem ita obſides, noue Hannibal, aut ſi quis acutior imperator fuit, vt te ipſe obſideas*, hunc locum ita emendandum exiſtimat: *aut quis nouus Hannibal nauigat?* Quae emendatio ingenioſiſſima longe praeferenda eſt coniecturae *Wouw. nobiscum*, a *Nod.* in textum receptae, atque adeo elegantior, lectione textus: *nobis*, quod fere redundare videtur. Verumtamen cum noſter hunc pleonaſmum amet, quo vſus eſt c. 6, 1. et alibi, praeeuntibus optimis ſcriptoribus, v. c. *Virg.* 1. *Georg.* 45. *Ouid.* 1. *Art.* 109. eumque inprimis ſermoni vitae communis aptum eſſe, ex *Cic.* ad *Fam.* l. 9. *ep.* 2, 3. et *Ter. Phorm.* 5, 8, 21. intelligatur: dubitaui *nobis* condonare coniecturae, quanquam feliciſſimae.

regit] Putant quidam, hoc dici:

miliae negotiantis, onus deferendum ad mercatum
conduxit. Hic eſt Cyclops ille, et Archipirata, 5
cui vecturam debemus: et praeter hunc Tryphaena,
omnium feminarum formoſiſſima; quae voluptatis
cauſſa huc atque illuc vectatur. (Giton) Hi ſunt, 6
inquit Giton, quos fugimus: (Encolp.) ſimulque
raptim cauſſas odiorum, et inſtans periculum trepi-
danti Eumolpo exponit. Confuſus ille, et conſilii 7
egens, iubet quemque ſuam ſententiam proponere:
et, (Evmolp.) Fingite, inquit, nos antrum Cyclopis
intraſſe. Quaerendum eſt aliquod effugium, niſi nau-
fragium ponimus, et omni nos periculo liberamus.
(Giton.) Imo, inquit Giton, perſuade Gubernatori, 8
vt in aliquem portum nauem deducat, non ſine prae-
mio ſcilicet; et affirma ei, impatientem maris fratrem
tuum in vltimis eſſe. Poteris hanc ſimulationem et
lacry-

dici: *cuius etiam gubernator eſt.* Sed 101, 8. et 101, 3. gubernator, a domino diuerſus, commemoratur; hinc equidem arbitrer, *regere nauem* hic idem eſſe, quod *praeeſſe naui.*

et] *Douſa* mauult: *vt — conducat.*

negotiantis] Alii *negotiatorum*, *Tornaeſ.* teſte.

conduxit] i. e. certo pretio deferendum ſuſcepit, quo ſenſu et in *Iure* et ap. *Cic.* v. c. l. 2. de *Diuinat.* c. 22. *columnam conduxerant faciendam*, occurrit. Alii *conducit.*

§. 5. Cyclops] i. e. crudelis iſte, quem vos putatis. Forte *Polyphemum* in animo habebat, certe §. 7. *antrum Cyclopis* diſerte commemorat, quod deſcribitur *Odyſſ.* l. 9. inde a verſ. 182. ex quo loco apparet, quanta pericula *Vlyſſes* ibi ſubierit; etiam *archipirata* dicitur pro eo, quem timebant, quaſi *archipiratam.*

debemus] *Barth. inuidemus;* temere, nam nihil aliud vult dicere, quam in cuius naue vehimur.

huc atque illuc] *Leid. huc atque huc.*

§. 7. niſi naufragium ponimus] *Schopp.* coniicit: *naufragi*, vel *naufragio imponimus.* Sed *ponimus* idem eſt, quod futurum, certo nobis perſuademus; quo ſenſu *Ter. Phorm.* 4. 3, 25. *Verum pone, eſſe victum eum*, dixit.

et omni] i. e. et, eo orto, nos liberemus periculo hoc, et periculo eo, quod eſt cum ipſo naufragio coniunctum. Indicat, neque prius, neque poſterius certo expectari poſſe, etſi vtrumque reuera eueniſſe poſtea, ex c. 114, §. vlt. apparet. *Anonym.* apud *Hadr.* coniicit: *et periculo, omni nos periculo liberamus*, vel: *et vno periculo omni nos per. lib.*

§. 8. in vltimis] Ita etiam *Sen.* l. 2. *Excerpt. Controv.* 5. loquitur: *in vltimis eſſe filium.*

lacrymis, et vultus confuſione obumbrare, vt miſe-
9 ricordia permotus Gubernator indulgeat tibi. (Encolp.) Negauit hoc Eumolpus fieri poſſe; (Evmolp.) quia magna nauigia portibus ſe grauatim inſinuant, nec, tam cito fratrem defeciſſe, veriſimile erit.
10 Accedit his, quod forſitan Lycas, officii cauſſa, viſere languentem deſiderabit. Vides, quam valde nobis
11 expediat, vltro dominum ad fugientes accedere. Sed finge, nauem ab ingenti poſſe curſu deflecti, et Lycam non vtique circumiturum aegrorum cubilia: quomodo poſſumus egredi naue, vt non conſpiciamur a cunctis? opertis capitibus, an nudis? Opertis? et quis non dare manum languentibus volet? Nudis? Et quid erit aliud, quam ſe ipſos proſcribere.

§. 9. ſe grauatim] *Codd.* habent: *ſe curuatis;* alii *curatis*, teſte *Tornaeſ.* Sed negatio non poteſt abeſſe; hinc *Kottericius* malebat: *ſe curuatis non inſinuant*, et *Burm.* qui ediderat: *ſe curuatis*, malebat: *non facile ſe*, vel *vix ſe inſinuant.* Equidem vero cum *Nod. Hadr.* et aliis, malui coniecturam *Lipſii*, *ſe grauatim*, recipere: quia, praeſertim ſi olim ſcriptum fuerit: *grauatim ſe*, inde facile potuit oriri *curuatis. Reisk.* edidit: *ſe grauatim curuatis.*

§. 10. Vides] *Nod.* edidit: *Videſis*, vti *Anonym.* ap. *Hadr.* legi volebat.

quam valde] Ironice pro *quam parum.*

ad fug. accidere] *Anonym.* ap. *Hadr.* legendum arbitratur: *vltro ad dominum fugientes accedere;* niſi quis malit *accire* pro *accedere.*

§. 11. ingenti] Hoc voc. quibusdam ſuſpectum videtur. At etiam *Sil.* 16, 82. *magnum curſum* dixit; et quidni *ingens curſus* poſſit dici pro *longiore*, qui erat huic naui propoſitus, et a quo abducta fuiſſet, ſi breuiore curſu in proximum quemque portum eſſet deducta? *Reisk.* edidit *ab vrgente.*

vtique] Alii *vtcunque.*

dare] *Piccart. Pericul. Crit.* c. 17. malebat: *Quis non adire manum languentibus volet?* Sed etiam *Ouid. Triſt.* 3. 1, 2. dixit:

*Da placidam feſſo, lector amice, manum.*

CAP.

## CAP. CII.

*Encolpius auctor eſt, vt per funem lapſi, deſcendant in ſcapham. Sed Eumolpus, qui hoc fieri poſſe negat, vtrumque in pelles coniectum, abſcondere vult. Encolpius ratus, ſe hoc non poſſe pati, ſuadet, vt atramento Aethiopum color ipſis inducatur. Giton etiam hoc improbans, mauult in profundum mergi.*

(Encolp.) Quin potius, inquam ego, ad temeritatem confugimus, et per funem lapſi deſcendimus in ſcapham, praeciſoque vinculo, reliqua Fortunae committimus? Nec ego in hoc periculum Eumolpum 2
arceſſo. Quid enim attinet, innocentem alieno periculo imponere? Contentus ſum, ſi nos deſcendentes adiuuerit caſus. (Evmolp.) Non imprudens con- 3
ſilium, inquit Eumolpus, ſi aditum haberet. Quis enim non euntes notabit? Vtique Gubernator, qui peruigil nocte ſiderum quoque motus cuſtodit. Et vt- 4
cumque imponi vel dormienti poſſet, ſi per aliam partem nauis fuga quaereretur: nunc per puppim, per ipſa gubernacula delabendum eſt, a quorum regione funis deſcendit, qui ſcaphae cuſtodiam tenet. Prae- 5
terea illud miror, Encolpi, tibi non ſuccurriſſe, vnum nautam ſtationis perpetuae, interdiu noctuque, iacere in ſcapha, nec poſſe inde cuſtodem, niſi aut caede, expelli, aut praecipitari viribus. Quod an fieri poſſit? inter-

C. CII. §. 3. aditum haberent] *Burm.* malebat *haberes;* poſtea intellexit: *haberet* poſſe retineri, ſi ſcapha intelligatur, quae proterat dici, aditum non habere, quia difficile erat, eam adire, vti *Caeſ. B. G.* l. 3, 12. oppida quaedam dicit, *neque pedibus aditum habere, neque nauibus.*

quoque] Alii *quaeque*, teſte *Torn.*

§. 4. Et vtcumque] Alii, teſte eodem, *Et vtique.*

vel dormienti] *Nod.* edidit: *vel non dormienti.*

poſſet] *Leid. poſſit.*

fuga quaereretur] *C. Leid. fuga quoque quaer.*

nunc] Alii *num.*

delabendum] Ita ſcripſi, monente *Burm.* pro *dilabendum,* quia hoc contextus requirit; nam §. 1. dixit: *lapſi deſcendimus.*

ſcaphae cuſtodiam] Alii *gubernacula.*

§. 5. ſtationis perpetuae] ſcil. cauſſa.

noctuque] Alii, teſte *Patiſſon. noctisque*, f. pro *noctesque.*

interrogate audaciam veſtram. Nam, quod ad meum
quidem comitatum attinet, nullum recuſo periculum,
7 quod ſalutis ſpem oſtendit. Nam ſine cauſſa qui-
dem ſpiritum, tanquam rem vacuam, impendere,
8 nec vos quidem exiſtimo velle. Videte, numquid
hoc placeat? Ego vos in duas iam pelles coniiciam,
vinctosque loris inter veſtimenta pro ſarcinis habebo,
apertis ſcilicet aliquatenus labris, quibus et ſpiritum
9 recipere poſſitis, et cibum. Conclamabo deinde,
nocte ſeruos, poenam grauiorem timentes, praecipi-
taſſe ſe in mare: deinde, cum ventum fuerit in por-
tum, ſine vlla ſuſpicione, pro ſarcinis vos efferam.
10 (Encolp.) Ita vero, inquam ego, tanquam ſolidos
alligaturus, quibus non ſoleat venter iniuriam facere;
an tanquam eos, qui ſternutare non ſoleamus, nec
ſtertere? an quia hoc genus furti ſemel mihi feliciter
11 ceſſit? Sed finge, vna die vinctos poſſe durare:
quid ergo? ſi diutius, aut tranquillitas nos tenuerit,
12 aut aduerſa tempeſtas, quid facturi ſumus? Veſtes
quoque, diutius vinctas, ruga conſumit, et cartae alli-
gatae mutant figuram. Iuuenes adhuc laboris exper-
tes,

§. 6. comitatum] *Wouw.* coniicit *conatum*, quod etiam *Scaliger* ad *C. Leid.* oram notauerat.

ſalutis] *Leid. ſalui.*

§. 7. impendere] Alii *impenderem*, teſtante *Patiſſon.*

§. 8. coniiciam] *Bourdel.* emendat *conſuam.*

veſtimenta] *Cuper.* malebat *impedimenta; Burm.* veſtes ſtragulas intelligi poſſe, obſeruat.

habebo] *Leid. habeo.*

§. 9. Conclamabo] *Leid. conclamo.*

praecipitaſſe ſe] *Anonym. ſe* delebat.

§. 10. inquam ego] *ego* deeſt in *Leid.*

venter] *C. vet. Scaligeri, ventus.*

mihi] Alii *mea;* vnde *Schopp. antea* efficiebat.

ceſſit] Forte reſpicit ad c. 98, 1. vbi tali modo ſubduxit vix *Aſcylto Gitonem*, qui tamen *Eumolpo* ſternutando ſe prodidit.

§. 11. nos] *Schopp.* deleri vult, quia *tenere* in multis *Liv.* locis eleganter dicitur pro *durare.* Sed quidni poſſit *nos* ſeruari, cum *teneri* etiam dicatur pro *retineri?*

§. 12. vinctas ruga conſumit] *Anonym.* coniiciebat: *veſtes quoque diutius vinctae rugant, et cartae alligatae mutant. O iuvenes!* Sed nihil mutandum eſt; videtur hoc dici: rugam, ortam ex vinculis diutius adſtrictis, con-

tes, ſtatuarum ritu patiemur pannos et vincula?
Adhuc aliquod iter ſalutis quaerendum eſt. Inſpicite, 13
quod ego inueni. Eumolpus, tanquam literarum
ſtudioſus, vtique atramentum habet. Hoc ergo re-
medio, mutemus colores, a capillis vsque ad vngues.
Ita, tanquam ſerui Aethiopes, et praeſto tibi erimus,
ſine tormentorum iniuria hilares, et, permutato co-
lore, imponemus inimicis. (GITON) Quin tu, 14
inquit Giton, et circumcide nos, vt Iudaei videamur;
et pertunde aures, vt imitemur Arabes; et increta fa-
cies, vt ſuos Gallia ciues putet: tanquam hic ſolus
color

conſumere, conterere veſtes, adeoque facile aliquem poſſe inſpicere per rimas, inde ortas; atque etiam chartas, vel ſchedulas alligatas, vt indicarent dominum, ait, mutare figuram: adeoque ſaltem chartis his, in aliam formam conuolutis, poterant prodi iſtae aperturae, quae relictae, vt per eas ſpiritum reciperent, et forte charta leui, paullo ante commemorata, tectae erant.

ſtatuarum] nihil ſentientium, adeoque tale quid facile perferentium; neque comparatio eſt ad veſtes extendenda, quibus eas inuolutas et indutas eſſe conſtat. vid. *Lactant.* l. 2. c. 4.

§. 13. Adhuc aliquod] Alii: *aliud aliquod*, vt *Ed. Lugdun.* habet. *Barth.* mauult: *adhuc aliud aliquod*, quod *Nod.* edidit, praeeunte *Hadr. Ed. Helen.* habet *adhuc aliud quod.*

Inſpicite, quod] *Leid. quid.*

Hoc ergo remedio] *Anon.* ap. *Hadr. remedio* delendum putabat.

colores] *Nod.* edidit *colorem.*

Ita] *C. Memm. itaque.*

tibi] *Nod. illi.*

erimus, ſine tormentorum iniuria] *Meurſ. animadv. miſc.* l. 3. c. 7. iubet legi: *erimus in tormentorum iniuria.* Sed *vulg.* ſcriptura recte defenditur a *Gronov.* l. 4. *Obſ.* c. 13. *Tormenta* autem hic dicuntur *vincula*, quibus ſtringi nolebant, vti etiam *Quinct. declam.* c. 19. hoc voc. dixit.

§. 14. Quin] Alii *Quid?* alii *Quid ni?* teſte *Patiſſon. Pſlug. Quid tum? inquit*, quod etiam *Schopp.* videbatur.

et circumcide] *Leid. etiam*, hic et ante *pertunde.*

Arabes] *Iſidor.* quidem *Origin.* l. 19, 23. narrat, *Arabibus* hoc proprium fuiſſe, vt pertunderent aures; ſed ille hunc locum exſcripſit. Idem tamen de *Lybibus Macrob.* l. 7. c. 3. (confirmante id ioco quodam *Cic.* in *Plutarch. Apophth.* p. 205. *Ed. Francof.*) de *Mauris Dio* in *Macrino*, de *Poenis* et *Afris Plaut. Poenul.* 5, 2, 21. de *Lydis Xenoph. Anabaſ.* l. 3, 1. de *Euphratis* accolis *Iuuenal. Sat.* 1, 104. tradit. Itaque *Africis* et *Aſiaticis* populis hoc commune fuiſſe videtur; ſed *Giton*, vt faciunt homines, non ſatis eruditi, *Arabibus* hoc peculiare dicit, quia forte *Arabem* pertuſis auribus nouerat.

increta — putet] *Galli* nimirum, teſte *Ammian.* l. 15. *candidi*

color figuram poſſit peruertere, et non multa vna
oporteat conſentiant, vt omni ratione mendacium
15 conſtet. Puta, infectam medicamine faciem diu-
tius durare poſſe: finge, nec aquae aſperginem impo-
ſituram aliquam corpori maculam, nec veſtem atra-
mento adhaeſuram, quod frequenter, etiam non ac-
cerſito ferrumine, infigitur: age, numquid et labra
poſſumus tumore teterrimo implere? numquid et
crines calamiſtro conuertere? numquid et frontes ci-
catricibus ſcindere? numquid et crura in orbem pan-
dere?

*didi paene ſunt omnes*, et *Liv.* l. 38, 21. narrat: *Sunt fuſa et candida corpora, vt quae nunquam, niſi in pugna, nudentur.* Hunc igitur candorem, *Gallis* innatum, facie incretanda imitari volebat *Giton.*

oporteat] Ita *Reisk.* recte edidit, ſuadente *Heinſ.* quia praecedit *tanquam — poſſit.*

vt omni ratione] Hanc *Cruſii* coniecturam recepi, pro lect. *Codd.* etiam a *Burm.* et *Nod.* edita: *et non natione*; quae nullum ſenſum admittit, quia praecedentia: *et non multa vna oporteat conſentiant*, tale quid neceſſario requirunt, atque *vt* ſaepe cum *et* commutatur; etiam ex *omni ratione*, *o* deleto, vel cum *m* transpoſito, facile potuit oriri *non natione.* Alii, teſte *Torn.* habent: *et non oratione mendacium conſtet*, quae ſi eſt lect. *Mſſ.* quorundam, confirmat adeo quodammodo hanc coniecturam. *Heinſ.* coniicit: *vt non vna ratione mendacium conſtet*, quod recepit *Reisk. vna* ante *oporteat* deleto, *et* vero h. l. ſeruato. *Munkerus* malebat: *vt nationis mendacium; Scaliger* adſcripſerat: *vt nouatione;* ſed iterum induxerat. *Burm.* proponit: *vt nota nationis mendacium conſtet.*

§. 15. atramento adhaeſuram] *Munker.* coniicit: *nec veſtem atramentum adhaeſurum.* Sed non eſt neceſſe; eſt enim hypallage, *Petronio* non inuſitata.

infigitur] *Munker. inficitur.* Sed *infigitur* eſt verius, quia atramentum, quod adhaeret veſti, commemorabatur.

numquid et labra] *Leid. inquit etiam labra.*

tumore] Alii, teſte *Torn. humore.* Sed *Aethiopes* diſtinguuntur *tumore labiorum*, quem et *Septimus Serenus* in *Moreto* tangit: *Torta comam labroque tumens.*

conuertere] Alii *comburere*, teſtante *Tornaeſ.* Verum etiam *Prop.* l. 2. *el.* 18, 28. dicit:

*Quae mentita ſuas vertit inepta comas.*

Erant autem *Aethiopes* criſpis capillis.

et crura in orbem pandere] *Leid. et cura etiam.* Solebant nimirum *Aethiopicis* mancipiis, quibus vellent ſpem fugae eripere, genuum conchae auferri, ita, vt poſſent crura in vtramque partem in circulum mouere; quod docet, ex *Origenis* teſtimonio, *Voſſ.* in litteris, ad *Graevium* exhibitis, in *Heſiod. lect.* c. 12.

dere? numquid et talos ad terram deducere? numquid barbam peregrina ratione figurare? Color, arte compoſitus, inquinat corpus, non mutat. Audite,
quid dementi ſuccurrerit. Praeligemus veſtibus ca- 16
pita, et nos in profundum mergamus.

## CAP. CIII.

*Eumolpus vero ſuadet, vt patiantur, ſibi et capita et ſupercilia radi: ipſe autem frontem inſcriptione, quaſi ſtigmatibus, notare vult. Hoc conſilium exſequentes obſeruat vector quidam.*

(Eumolp.) Nec iſtud Dii hominesque patiantur, Eumolpus exclamat, vt vos tam turpi exitu vitam finiatis. Imo potius facite, quod iubeo: Mercenarius meus, vt ex nouacula comperiſtis, tonſor eſt: hic continuo radat vtriusque non ſolum capita, ſed etiam
ſupercilia. Sequar ego, frontes notans inſcripti- 2
one ſollerti, vt videamini ſtigmate eſſe puniti. Ita eae-

numquid et talos — deducere] *Leid. numquid etiam.* Nimirum ſi iisdem tali inciderentur, quod factum eſſe, coniicit idem vir doctus l. c. poterant etiam plantas pedum in orbem mouere, iisque ad crura ſurſum adductis et ſupinatis, ſupra ſolos ambulare talos.

numquid barbam] *C. Memm. numquid et barbam.* Ceterum anaphora, quae eſt in ſexies repetito *numquid*, decet puerum garrulum atque declamatorem.

peregrina ratione] Ita *Burm.* edidit; recte, quia ſic alii habent, *Tornaeſ.* teſte. *Peregrinatione*, quod eſt in quibusdam libris, non commodum ſenſum exhibet; certe non loco *Sueton. Ner.* 51. vt *Gonſalio* videbatur, confirmari poteſt. *Schopp.* coniiciebat: *peregri ratione. Heinſ. pari ratione.*

dementi] Ita *Codd. Mſſ.* quos *Douſa* commemorat. Sed *Tornaeſ. Leid.* et alii, *timenti.*

§. 16. Praeligemus] Deſperantes, operto capite, ſe mittebant in flumen, nimirum ne periculum viderent. *Hor.* l. 2. *Serm.* 3, 37.

*Nam male re geſta, cum vellem mittere operto*
*Me capite in flumen.*

C. CIII. §. 1. turpi] Nihil turpius putabatur, quam aqua perire. vid. *Cuper.* 1. *Obſ.* 8.

radat] Ignominioſum hoc erat. vid. *Turneb.* l. 22. *aduerſ.* c. 9. *Lipſ.* l. 2. *Elect.* 15.

ſupercilia] vt grauius viderentur puniti. *Herod.* l. 8. c. 8.

§. 2. notans] *Leid. notatus.*

ſollerti] *Barth.* legi vult *ſolenti;* temere, cum *ſollers inſcriptio* eleganter dicatur adeo *diligenter expreſſa*, vt, qui eam viderent, verum ſtigma crederent.

puniti] *Douſa* mauult *puncti;* quod

eaedem literae, et ſuſpicionem declinabunt quaeren-
3 tium, et vultus vmbra ſupplicii tegent. (ENCOLP.)
*[Placuit, et]* Non eſt dilata fallacia; ſed ad latus
nauigii furtim proceſſimus, capitaque cum ſuperciliis
4 denudanda tonſori praebuimus. Impleuit Eumol-
pus frontes vtriusque ingentibus literis, et notum fu-
gitiuorum epigramma per totam faciem liberali manu
5 duxit. Vnus forte ex vectoribus, qui, adclinatus
lateri nauis, exonerabat ſtomachum, nauſea grauem,
notauit ſibi ad Lunam tonſorem, intempeſtiuo inhae-
rentem miniſterio, exſecratusque omen, quod imita-
retur naufragorum vltimum votum, in cubile reiectus
6 eſt. Nos, diſſimulata nauſeantis deuotione, ad
ordinem triſtitiae redimus, ſilentioque compoſito, re-
liquas noctis horas male ſoporati conſumſimus.
*[Poſtero die ſtatim, atque Eumolpus e lecto Tryphaenam conſurrexiſſe intellexit, diaetam Lycae intrauit; vbi poſtquam locutum eſt de feliciſſima nauigatione, quam coeli ſerenitas augurabat, Lycas reſpiciens ad Tryphaenam,]*

quod reperiri etiam in *Mſſ.* quibusdam, teſtatur *Bourd.* Hinc *Nod.* etiam ſic edidit.

eaedem] Alii *caedem;* vitioſe.

ſupplicii] Ita *Douſa* et *Iungermannus* legendum putarunt; recte, quia in *ſimplici*, et *ſupplici*, quod alii habent, vnde *duplici* effectum eſt, *ſupplicii* latet, quod contextus requirit. Inſcriptio iſta eleganter dicitur *vmbra ſupplicii*, quia non verum ſupplicium exprimebat, ſed fictum.

tegent] Ita *Leid.* quod requiritur, quia etiam hoc verbum ab voc. *litterae* pendere, *eaedem* et duplex *et* indicat. *Burm.* et *Nod.* cum aliis habent *teget.*

§. 3. denudanda] Alii *denudata.*

§. 4. notum] *Reisk.* temere edidit *nouum. Anonym.* coniicit: *et notam fugitiuorum, epigramma.*

liberali] *C. Memm. literali;* at *liberali* eſt *non parca*, ſed *prolixa*, quae literas ingentes per totam faciem ducebat.

§. 5. votum] De raſura hac, quae naufragorum votum exhibebat, vid. *Kirchmann. de funeribus* l. 2. c. 4.

§. 6. Nos] Ita *Douſa* et *Barth.* quos ſecuti ſunt etiam *Burm.* et *Nod.* Alii, *Non.*

compoſito] *Anon. compoſiti,* vt c. 127, 10. *Compoſiti in hoc gramine.*

CAP.

## CAP. CIV.

*Lycae et Tryphaenae, ſomnio admonitis, Encolpium et Gitonem in naui eſſe, Eumolpus demonſtrat ſomniorum vanitatem carmine. Lycas vero decernit nauem ſcrutari; et Heſus, quod viderat, prodit.*

(Lycas) Videbatur [*inquit*] mihi ſecundum quietem, Priapus dicere: Encolpion, quem quaeris, ſcito, a me in nauem tuam eſſe perductum. (En- 2
colp.) Exhorruit Tryphaena: et, (Tryphaena) Putes, inquit, vna nos dormiiſſe: nam et mihi ſimulachrum Neptuni, quod Baiis toro a ſolo notaueram, videbatur dicere: in naui Lycae Gitona inuenies. (Evmolp.) Hinc ſcies, inquit Eumolpus, Epicurum 3
hominem eſſe diuinum, qui eiusmodi ludibria facetiſſima ratione condemnat.

Somnia, quae mentes ludunt volitantibus vmbris, 4
Non delubra Deûm, nec ab aethere numina mittunt;
Sed

C. CIV. §. 1. quem] Hoc cum *Nod.* edidi ex *Cod. Memm.* et *Pith.* quia eſt rectius. *Codd. rel.* et *Edd. vett.* habent *quod*, quo ſeruato, ſumendum eſſet, vel *Encolpion* etiam in *neutro* in vſu fuiſſe, vt *Glycerium* ap. *Ter.* quod concedi poſſet, ſi c. 92, 6. in formula: *Encolpion clamitare*, nomen *Encolpion* eſſet *vocatiuus*; vel *quod* h. l. eſſe *quoniam*, aut *quod attinet ad Encolpion. Leid.* habet *Quid.*

Baiis toro a ſolo] Ita reſcripſi ex mera coniectura, quia haec facillima mutatione ex lect. *Codd. Baiſtor aſylo*, quam ſeruauit *Burm.* poſſunt elici, et ſenſum, huic loco ſatis aptum, admittunt, ſcil. hunc: *quod, cum Baiis eſſem, a toro ſolo*, vel *ſolitario, notaui. Scaliger* malebat: *quod Baiis ceſtro ac ſtylo notaueram. Bourd. Baiis ter aſylo*, ſed ipſe improbat. *Anon. Baiis pro aſylo. Gonſal.* quem ſecutus eſt *Nodot. Baiis ter ſtylo notaueram*; putat enim, eam ter ſtylo inſcripſiſſe ſimulacro votum ſuum. *Heinſ. Baiis in periſtylo*, i. e. in porticu templi, Neptuno ſacri. *Gronov. periſtylio* malebat. *Reisk.* edidit: *Baiis coram aſylo.*

§. 3. Epicurum] *Tert.* de *anima* c. 46. *Vana in totum ſomnia Epicurus iudicauit, liberans a negotiis diuinitatem.*

facetiſſima] *Heinſ.* coniicit *acutiſſima.*

§. 4. v. 1. Somnia] Hi verſus in *Edd. vett.* non reperiuntur; ſed *Bourdel.* cum aliis hoc epigramma huic loco, cui eſt aptiſſimum, inſeruerunt. Legitur illud quidem etiam in *Cod. Voſſ. num.* 3. poſt *Auſon.* Sed *Barth. aduerſ.* l. 51, 3. vbi hoc epigramma explicat, et cum *Claud. praef.* l. 3. *de rapt. Proſerp.* comparat, recte laudat eos, qui illud loco ſuo

Sed ſibi quisque facit. Nam, cum proſtrata ſopore
Vrget membra quies, et mens ſine pondere ludit:
Quidquid luce fuit, tenebris agit. Oppida bello
Qui quatit, et flammis miſerandas ſaeuit in vrbes;
Tela videt, verſasque acies, et funera Regum,
Atque exundantes profuſo ſanguine campos.
Qui cauſſas orare ſolent; legesque forumque,
Et pauido cernunt incluſum corde tribunal.
Condit auarus opes, defoſſumque inuenit aurum.
Venator ſaltus canibus quatit. Eripit vndis,
Aut premit euerſam periturus nauita puppim.
Scribit amatori meretrix. Dat adultera munus.

Et

ſuo reducere auſi ſunt, cum ingenium *Petronii* ſpiret, et ab aliquo locorum communium Rhapſodo hinc exemtum videatur. *Braſſicanus* habebat bonum librum aliquot veterum *Epigrammatum*, in quo reperiebat hos verſus ita inſcriptos: *Petronii Arbitri de Somniis.*

volantibus vmbris] Quia mera ludibria ſunt ex *Epicuri* opinione, ludunt mentes meris rerum vmbris.

v. 2. delubra deum] Solebant veteres, captandis rerum euentibus ſomnia quaerere, excubantes in delubris *Aeſculapii*, et aliorum deorum; ſed negat poëta, delubra deûm mittere ſomnia.

v. 4. Vrget] In *catalectis Scaligeri* editum eſt: *Languent membra*, quam lect. *Braſſican.* etiam inuenit in libro *Epigrammatum* veterum. Sed *vrget* videtur melius. Nam etiam *Hor.* 1. *Od.* 24, 5. dicit: *Ergo Quinctilium perpetuus ſopor Vrget.*

mens ſine pondere] i. e. *ſine corpore*, quod *onuſtum* dicitur *Lucret.* 3, 119. Putabant, animum noctu corporis miniſterio liberum eſſe. vid. *Cic. de diuinat.* 1, 51.

v. 5. agit] quaſi fabulam: opponitur *fuit*, i. e. vere factum eſt.

v. 6. Qui] Alii *Quin.*

v. 7. verſasque acies] *Burm.* dubitabat, an *verasque* eſſet legendum; ſed *verſae acies*, et fugatae, inprimis animo victoris obuerſantur.

v. 8. profuſo] Ita *Scaliger* in *catalect.* et alii h. l. teſtante *Patiſſon.* quod recepi, quia melius conuenit verbo *exundantes*, quam *perfuſo*, quod *Burm.* et *Nod.* cum aliis ediderunt.

v. 9. Qui] *Scaliger* edidit *Quin.*

v. 10. incluſum — tribunal] ſcil. *cancellis*, quod confirmat *Barth.* hoc verſu *Satirae de lite:*

*Hinc vbi clauduntur manibus*
*ſubſellia ferreis.*

*Pauido corde* haec vident, exitum cauſſae expectantes, non ſine trepidatione.

v. 14. munus] *Douſa nummos* legit.

Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat.
[In noctis ſpatio miſerorum vulnera durant.]

(Encolp.) Ceterum Lycas, vt Tryphaenae 5
ſomnium expiauit, (Lycas) Quis, inquit, prohibet nauigium ſcrutari, ne videamur diuinae mentis opera
damnare? (Encolp.) Is, qui nocte miſerorum 6
furtum deprehenderat, Heſus nomine, ſubito proclamat: (Hesvs) Ergo illi, qui ſunt, qui nocte, ad Lunam radebantur? peſſimo, me Dius Fidius! exemplo. Audio enim, non licere cuiquam mortalium in naue neque vngues, neque capillos deponere, niſi cum pelago ventus iraſcitur.

CAP.

v. 15. latrat] *P. Dan.* coniicit, *tranat.* At etiam *Gell.* l. 7. c. 1. *latrare* aliquem pro *allatrare* dixit.

v. 16. [In noctis] Hic verſus iam *Barthio* videbatur ab exſcriptore additus, atque *Petronio* indignus, etſi eum mouere non audebat. Certe, ſi a *Petronio* profectus eſſet, poſt verſ. 8. inſerendus fuiſſet.

ſpatio] *Ed. Patiſſon.* et *Wouw.* habent *ſpatium*, quod rectius videtur *Burmanno.* Senſus eſt: *quamdiu durat nox, durant vulnera.* Ita *Ouid. Metam.* l. 2, 197. *in ſpatium porrigere.*

§. 5. ſomnium] *Leid. ſomnum.*

expiauit] Idem *Suet.* de *Galb.* c. 18. narrat. Fiebat autem haec expiatio vario modo. *Tibull.* 3. *Eleg.* 5, 13.

*Ipſe procuraui, ne poſſent saeua nocere*
*Somnia, ter ſancta deueneranda mola.*

*Perſ. Sat.* 2, 16.

*Et noctem flumine purgas.*

*Gloſſ. vet.* indicat, eam etiam vini adſperſione eſſe perfectam. cf. *Rader.* ad *Mart. praef.* l. 8.

Quis] Magis arridet *Burmanno* *Quid.*

diuinae mentis] i. e. *dei.*

opera] *C. Memm.* habet *arcana opera.* Hinc *Boſch.* colligit legendum: *operta ac arcana*, et *Heinſ. arcana opera.* Sed *opera diuinae mentis* dicuntur *ſomnia*, quia, auctore *Homero*, atque ex opinione vulgi, ἐκ Διὸς ὄναρ.

§. 6. Heſus] Ita *Edd. vett.* et *C. Leid.* hoc nomen ſcribunt; idque recte ſeruauit *Burm.* quia plura nomina inuſitata occurrunt in hoc libello; neque diuinare licet, cuius coniectura ſit verior. *Bourd.* reſcripſit *Aetius*; *Gonſal.* *Aeſius*, quod recepit *Nod.* non male, quia αἴσιοι ſunt, qui omen faciunt. *Reisk.* edidit *Theſeus*, quia hoc nomen poſteriore aetate non infrequens fuit; idem tamen monet in *Miſc. Lipſ.* huc fortaſſe facere *C. Heius Verr.* 2, 5. aut *Herius Aſinius* apud *Vell. Paterc.* 2, 16.

iraſcitur] Nautas, vrgente tempeſtate ac nulla ſalutis ſpe affulgente, capillos tondere ſolitos fuiſſe, colligere etiam licet ex *Iuuenal. Sat.* 12, 81.

## C A P. CV.

*Eumolpus cum Lycae perſuaſiſſet, ſe iuſſiſſe boni ominis cauſſa damnatis ſqualorem auferri, tutelae expiandae gratia vtrique plagae imponuntur, et vterque agnoſcitur.*

(Encolp.) Excanduit Lycas, hoc ſermone turbatus; et, (Lycas) Itane, inquit, capillos aliquis in naue praecidit, et hoc nocte intempeſta? attrahite ocius nocentes in medium, vt ſciam, quorum capiti-
2 bus debeat nauigium luſtrari. (Evmolp.) Ego, inquit Eumolpus, hoc iuſſi, nec non eodem futurus nauigio, auſpicium mihi feci: et quia nocentes horridos longosque habebant capillos, ne viderer de naue carcerem facere, iuſſi ſqualorem damnatis auferri: ſimul vt notae quoque literarum, non adumbratae comarum praeſidio, totae ad oculos legentium acce-
3 derent. Inter cetera apud communem amicam con-

*Tunc ſtagnante ſinu gaudent ibi vertice raſo,*
*Garrula ſecuri narrare pericula nautae.*

C. CV. §. 1. Itane, inquit,] *itane* deeſt in *C. Memm.*

§. 2. auſpicium mihi feci] Haec formula ſignificat: *re fauſta auertere omen.* Ita ap. *Liv.* l. 1. c. 34. *Tanaquil* dicit: *alitem* (ſcil. *aquilam*) *ea regione coeli et eius Dei nunciam veniſſe, circa ſummum culmen hominis auſpicium feciſſe,* i. e. bonum omen dediſſe. Ergo dicit, ſe hoc feciſſe boni *ominis* cauſſa; ominoſum enim ducebant, eadem naue cum ſceleſtis nauigare. Alii habent, teſte *Tornaeſ. auſpicium mihi triſte feci. Barth.* ſcribi mauult: *auſpicium nihili feci. Nod.* edidit: *non omen facturus nauigio hoſpitio mihi*, quod, quid ſibi velit, non apparet.

et] Ita reſcripſi pro *ſed*, quod ab hoc loco alienum videtur, atque hinc deletum eſt a *Nod.* et *Hadr.*

horridos longosque — capillos] *Reis moris eſt, ſubmittere capillum. Plin.* l. 7. *ep.* 27, 1. *C. Memm.* habet *longos horridosque.*

non adumbratae] i. e. non amplius tectae comis. *C. Leid. ne adumbratae.* In *C. Memm.* deeſt *non:* quod etiam, ſaluo ſenſu, poteſt abeſſe, vt *notae literarum, adumbratae hucusque comis, totae ad oculos legentium accederent.*

accederent] *Heinſ.* malebat: *acciderent:* quam coniecturam confirmat *Burm.* loco *Cic.* 4. *Verr.* c. 1. *quod ad oculos animumque acciderit.*

§. 3. communem] *Communis* quae ſit, docet *Mart.* 11. *ep.* 82.

*Cum ſene communem vexat ſpado Dindymus Aeglen,*
*Et iacet in medio ſicca puella toro;*

ſcili-

conſumſerunt pecuniam meam, a qua illos proxima
nocte extraxi, mero vnguentisque perfuſos. Ad
ſummam, adhuc patrimonii mei reliquias olent.
(Encolp.) Itaque, vt Tutela nauis expiaretur, pla- 4
cuit, quadragenas vtrisque plagas imponi. Nulla ergo
fit mora. Aggrediuntur nos furentes nautae cum fu-
nibus, tentantque viliſſimo ſanguine Tutelam placare.
Et ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi. 5
Ceterum Giton, ſemel ictus, tam valde exclamauit,
vt Tryphaenae aures notiſſima voce repleret. Non 6
ſolum ergo turbata eſt, ſed ancillae quoque omnes,
familiari ſono inductae, ad vapulantem decurrunt.
Iam Giton mirabili forma exarmauerat nautas, coe- 7
peratque etiam ſine voce ſaeuientes rogare, cum an-
cillae pariter proclamant: (Ancillae) Giton eſt,
Giton, inhibete crudeliſſimas manus; Giton eſt, Do-
mina ſuccurre! (Encolp.) Deflectit aures Try- 8
phaena, iam ſua ſponte credentes, raptimque ad pue-
rum deuolat. Lycas, qui me optime nouerat, 9
tanquam et ipſe vocem audiſſet, accurrit: et, nec
manus, nec faciem meam conſiderauit, ſed continuo
ad inguina mea luminibus deflexis, mouit officio-
ſam manum: et, (Lycas) Salue, inquit, En-
colpi. (Encolp.) Miretur nunc aliquis, Vly- 10
xis nutricem poſt viceſimum annum cicatricem in-
veniſſe, originis indicem, cum homo prudentiſſimus,
con-

ſcilicet communis duobus ſociis amica.

conſumſerunt] C. *Memm. conſumſerant*; eodem ſenſu *Mart. l.* 5. *ep.* 43. dicit: *Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica.*

§. 6. Non ſolum] *Anonym.* ad *Tornaeſ. Ed. non ſola.* Sed *non ſolum* poteſt ferri, ſi ad verbum referatur, *non ſolum turbata eſt* (cum ancillis;) *ſed ancillae quoque omnes decurrunt.*

quoque] *etiam C. Leid.* et alii, teſte *Tornaeſ.*

omnes] deeſt in *Leid.*

§. 8. ſua ſponte credentes] quia eum reperire optabat.

§. 10. nutricem] vid. *Hom. Odyſſ.* 19, 393.

prudentiſſimus] i. e. peritiſſimus in eiusmodi veſtigiis inueſtigandis; hinc etiam addit paullo poſt: *tam docte*, ſatis facete! Non multo aliter diceba-

U 5 tur

confuſis omnibus corporis indiciorumque lineamentis, ad vnicum fugitiui argumentum tam docte pervenerit.
11 Tryphaena lacrymas effudit, decepta ſupplicio: vera enim ſtigmata credebat captiuorum frontibus impreſſa, ſciſcitarique ſubmiſſius coepit: Quod ergaſtulum intercepiſſet errantes? aut cuius tam crudeles manus in hoc ſupplicium duraſſent? Meruiſſe quidem contumeliam aliquam fugitiuos, quibus in odium bona ſua veniſſent.

## C A P. CVI.

*Tryphaena, ſuperſtitioſa oratione commota, vindictae dat locum.*

Concitatus iracundia, proſiliit Lycas, et, (LYCAS) O te, inquit, feminam ſimplicem! tanquam vulnera, ferro praeparata, literas biberint. Vtinam quidem hac ſe inſcriptione frontis maculaſſent! haberemus nos extremum ſolatium. Nunc mimicis artibus petiti ſu-
2 mus, et adumbrata inſcriptione deriſi. (ENCOLP.) Volebat Tryphaena miſereri, quia non totam voluptatem perdiderat: ſed Lycas, memor adhuc vxoris corruptae, contumeliarumque, quas in Herculis porticu acce-

tur *prudentiſſimus* c. 69, §. vlt. *is, qui ludos* ſimiles ſaepe *ſpectaverat. Schopp.* malebat *imprudentiſſimus. Gonſal.* et *Douſa*: *pudentiſſimus.*

confuſis] Ita *Iuſtin.* l. 3. c. 5. *Si temporis ſpatio confuſa corporum lineamenta eſſent.*

indiciorumque] Alii *faciei que*, *Tornaeſ.*

§. 11. aliquam] *C. Memm. antiquam. Boſch.* coniicit *tanquam.*

C. CVI. §. 1. hac ſe] *Iungermann.* mauult *hacce inſcr. frontes. Nod. ſe* poſt vocabulum *frontis* poſuit.

mimicis] Ita] *Pith.* recte legit pro *inimici*, quia *mimicis* requiritur, et hoc voc. ſaepe cum *inimicis* eſt confuſum in *Codd.* cf. c. 94, 15.

adumbrata] *C. Memm. abumbrata.*

§. 2. non totam] quia iam non plane amiſſi erant amatores *Douſa* mauult *nondum.*

contumeliarumque] *C. Memm.* et *al. Cod. vet.* teſte *Patiſſon. iniuriarumque.*

in Herculis porticu] i. e. in porticu, *Herculis* templo adiacente. Sed vtrum hic templum *Herculis*, quod erat *Romae*, *an* quod erat *Tiburi*, an deniqne *porti-*

acceperat, turbato vehementius vultu, proclamat:
(LYCAS) Deos immortales rerum humanarum agere 3
curam, puto, intellexiſti, ô Tryphaena! nam im-
prudentes noxios in noſtrum induxere nauigium, et,
quid feciſſent, admonuerunt pari ſomniorum conſenſu.
Ita vide, vt proſit, illis ignoſci, quos ad poenam ipſe
Deus deduxit. Quod ad me attinet, non ſum crude-
lis, ſed vereor, ne, quod remiſero, patiar. (EN- 4
COLP.) Tam ſuperſtitioſa oratione Tryphaena mu-
tata, negat, ſe interpellare ſupplicium, imo accedere
etiam iuſtiſſimae vltioni: nec ſe minus grandi vexa-
tam iniuria, quam Lycam, cuius pudoris dignitas in
concione proſcripta ſit. *[Vt ad vindictam vnanimem
et propenſam vidit Tryphaenam Lycas, noua iuſſit
addi ſupplicia: quae vt intellexit Eumolpus, his eum
mitigare conatus eſt.* (EVMOLP.) *Infelices, inquit,
illi, quorum te vindice ſtat exitium, tuam, Lyca, im-
plorant miſericordiam, et]*

*porticus* quaedam in oppido *Herculanio* ſit intelligenda, dubitatur. *Winkelmannus* contendit (in libello germanico: *Sendſchreiben von den Herculaniſchen Entdeckungen* inſcripto p. 9.) ipſum oppidum, a plerisque priſcis ſcriptoribus *Herculaneum* dictum, hic dici *porticum Herculis*, et hinc ortum eſſe nomen recens *Portici.* Ceterum has contumelias *Lycas* a *Gitone* et *Encolpio* accepiſſe videtur.

§. 3. agere] *C. Memm. habere,* quod, quia eſt vſitatius, ſapit gloſſam.

vt] *Piccartus peric. Crit.* c. 15. dubitat, an *vtrum* legendum ſit. Sed *Erh.* putat, *vt* h. l. idem eſſe, quod c. 101, 10. *quam valde,* i. e. quam parum. Quid? ſi *vide* ſit idem, quod *cura*: *Si tu iis vis ignoſcere, cura, vt hoc proſit.*

patiar] i. e. ne dii poenas mihi immittant, vel ipſi noxii homines mihi noceant.

§. 4. cuius] referendum eſt ad *Tryphaenam.*

CAP.

## C A P. CVII.

*Eumolpum deprecantem Lycas interpellat et refutat.*

Me, vtpote hominem non ignotum, elegerunt ad
hoc officium, petieruntque, vt ſe reconciliarem ali-
2 quando amiciſſimis. Niſi forte putatis, iuuenes
caſu in has plagas incidiſſe, cum omnis vector nihil
prius quaerat, quam, cuius ſe diligentiae credat.
3 Flectite ergo mentes, ſatisfactione lenitas, et pati-
mini, liberos homines ire ſine iniuria, quo deſtinant.
4 Saeui quoque, implacabilesque domini crudelitatem
ſuam impediunt, ſi quando poenitentia fugitiuos re-
5 duxit; et dedititiis hoſtibus parcimus. Quid vltra
petitis? Aut quid vultis? In conſpectu veſtro ſup-
plices iacent iuuenes, ingenui, honeſti, et, quod
vtroque potentius eſt, familiaritate vobis aliquando
6 coniuncti. Si, me Hercules! interuortiſſent pecu-
niam veſtram, ſi fidem proditione laeſiſſent; ſatiari
tamen potuiſſetis hac poena, quam videtis. Seruitia,
ecce!

C. CVII. §. 1. vtpote] Hoc procul dubio latet in lect. *Codd.* *vt puto;* atque in lect. *vt potes:* quod iam vidit *Gulielm. Plaut. quaeſt.* in *Epid. c. vlt.*

ad hoc officium] *Leid.* et *Tornaeſ. ad hoc officium legatum.*

amiciſſimis] i. e. *Lycae* et *Tryphaenae*, atque haec *Edd. vett.* lect. non eſt ſollicitanda; alii: *amiciſſimos.*

§. 2. Niſi forte] *Nod.* edidit *Certe.*

incidiſſe] Proprium in aucupio et venatione verbum. *Ouid.* 2, 2. de *Art. am. Incidit in caſſes praeda petita meos.*

omnis vector] temere offendit quosdam, cum etiam *Virg.* 1. *Georg.* 372. dicat: *Omnis nauita ponto Vela legit;* plura exempla allata ſunt a *Burm.*

prius] *C. Memm. prorſus.*

§. 3. lenitas] *Iungermann.* mavult *lentas.*

§. 5. potentius] ad placandum animum veſtrum. *Potens* etiam dicitur, qui obtinet, quod cupit. *Stat.* 2. *Sylv.* 7, 56. *Et ſupplex Priami potentis aurum.*

§. 6. interuortiſſent] Ita pro *Codd. interueniſſent* recte editum eſt.

pecuniam veſtram] Eadem conſtructione vtitur *Suet. Vitell.* c. 7. *quorum publica vectigalia interverterat. C. Memm.* habet *pecunia veſtram ſe; pecunia* etiam in pluribus *Codd.* legi, indicat *Douſa.* Hinc *Palmer.* in *Spicileg.* et *Douſa* in *Praecid.* legi volebant: *interuertiſſent vos pecunia, veſtram ſi fidem.*

Seruitia] *Munkerus,* vt narrat *Boſch.* malebat *ſtigmata;* quod valde mihi arridet. Sed ſi voc. *ſeruitia*

ecce! in frontibus cernitis, et vultus ingenuos volun-
taria poenarum lege proſcriptos. (Encolp.) In- 7
terpellauit deprecationem ſupplicis Lycas, et, (Ly-
cas) Noli, inquit, cauſſam confundere, ſed impone
ſingulis modum. Ac primum omnium, ſi vltro 8
venerunt, cur nudauere crinibus capita? vultum enim
qui permutat, fraudem parat, non ſatisfactionem.
Deinde, ſi gratiam a legato moliebantur, quid ita 9
omnia feciſti, vt, quos tuebaris, abſconderes? Ex
quo apparet, caſu incidiſſe noxios in plagas, et te
artem quaeſiſſe, qua noſtrae animaduerſionis impe-
tum eluderes. Nam, quod inuidiam facis nobis, 10
ingenuos, honeſtosque clamando, vide, ne deterio-
rem facias confidentia cauſſam. Quid debent laeſi
facere, vbi rei ad poenam confugiunt? At enim 11
amici fuerunt noſtri? eo maiora meruerunt ſupplicia.
Nam, qui ignotos laedit, latro appellatur: qui ami-
cos, paullo minus, quam parricida. (Encolp.) 12
Reſoluit Eumolpus tam iniquam declamationem, et,
(Evmolp.) Intelligo, inquit, nihil magis obeſſe iu-
venibus miſeris, quam quod nocte depoſuerunt ca-
pillos: hoc argumento incidiſſe in nauem videntur,
non veniſſe. Quod velim, tam candide ad veſtras 13
aures perueniat, quam ſimpliciter geſtum eſt. Vo-
luerunt

*ſeruitia* ſeruatur, *ſeruilis conditionis veſtigia* ſunt intelligenda. *Burm.* coniicit: *ſeruitii iudicia.*

§. 7. ſupplicis] Hoc additum eſt ex *C. Tornaeſ.* cum in aliis deeſſet.

cauſſam confundere] i. e. defendere cauſſam argumentis, ſine ordine effuſis.

impone ſingulis modum] i. e. omnia argumenta ad capita certa redige, et definite loquere.

§. 8. Ac primum] *C. Leid. At.*

§. 9. a legato] i. e. *per legatum.*

omnia feciſti] Ita etiam noſter c. 115, 19. *omnia facere, ne quid e nobis relinquat ſepultura;* et *Sen. ep.* 124. *Cum omnia feceris, a multis animalibus vinceris.* Eodem modo *Graec.* v. c. *Lucian. Dial. Meretric.* t. 2. p. 533. *Ed. Graev.* *ἅπαντα ἐποίει*, et paſſim dicitur de *ſummo*, quamquam irrito, aliquid efficiendi *conatu.*

§. 11. noſtri] Alii *mei*, *Tornaeſ.*

eo] Alii *et.* Sed *Leid.* rectius *eo.*

§. 13. ſimpliciter] c. 101, 3. *mente ſimpliciſſima et vera fide.*

luerunt enim, antequam conſcenderent, exonerare
capita moleſto et ſuperuacuo pondere, ſed celerior
14 ventus diſtulit curationis propoſitum. Nec tamen
putauerunt ad rem pertinere, vbi inciperent, quod
placuerat, vt fieret: quia nec omen, nec legem naui-
15 gantium nouerant. (LYCAS) Quid, inquit Lycas,
attinuit ſupplices radere? niſi forte miſerabiliores
calui ſolent eſſe. Quanquam quid attinet, veritatem
per interpretem quaerere? Quid dicis tu, latro?
quae Salamandra ſupercilia excuſſit tua? Cui Deo
crinem vouiſti? Pharmace, reſponde.

## C A P. CVIII.

*Encolpius ipſe interrogatus, perturbatur. At Eumolpus interpellat ſaeuientium minas et voce et manibus. Encolpius, ſe Gitonem defenſurum, minatur. Lycas iratus, et Tryphaena accenſa, nauigii turbam diducunt in partes. Gubernator fruſtra pugnam impedire conatur. Gitone vero nouaculam virilibus, Encolpio cultrum iugulo admouente, Tryphaena pugnantes a furore reuocat carmine.*

(ENCOLP.) Obſtupueram ego, ſupplicii metu pauidus, nec, quid in re manifeſtiſſima dicerem, inueniebam, turbatus, et deformis, praeter ſpoliati capitis dedecus, ſuperciliorum etiam aequali cum fronte caluitie, vt

§. 15. miſerabiliores] per ironiam; nam magis obnoxii ſunt contumeliis calui. vid. 110, 3. 4.

per] pro *ab* vel *ex*.

quae Salamandra] *Mſſ. ſola* vel *ſolo Salamandra: Barth.* coniicit: *Quo oleo*, quia *Dioſcor.* l. 2. c. 54. auctor eſt, *Salamandram*, conditam oleo, crines exſtirpare. *Bourdel.* defendit *ſola. Heinſ.* malebat *Quae, quaeſo. Salmaſius* ad *Trebell. Poll. Claud.* 17. *Quae Salamandra*, quia illi, vt *Richardo*, ex repetito initio voc. *Sala* hoc voc. irrepſiſſe videtur. Atque hanc coniecturam veriſimillimam ſecuti ſunt *Burm. Nod.* et plerique editores. *Plin.* l. 29, 4. eandem vim *Salamandrae* tribuit: *cum, ſaliua Salmandrae quacunque parte corporis, vel in pede imo, reſperſa, omnis in toto corpore defluat pilus.*

excuſſit?] Ita *C. vet. Keuchenius* autem ad *Sammonic.* c. 9. p. 118. notat, alios legere *exuſſit*, quod recepit *Nod.* probante *Douſa.*

vouiſti] Tangit morem veterum, diis pilos conſecrandi. vid. *Spanhem.* ad *Callim.* in *Delum*, verſ. 297.

C. CVIII. §. 1. aequali — calvitie

vt nihil, nec facere deceret, nec dicere. Vt vero 2
ſpongia vda facies plorantis deterſa eſt, et liquefactum
per totum os atramentum, omnia ſcilicet lineamenta
fuliginea nube confudit, in odium ſe ira conuertit.
Negat Eumolpus, paſſurum ſe, vt quisquam inge- 3
nuos contra fas legemque contaminet, interpellatque
ſaeuientium minas, non ſolum voce, ſed et manibus.
Aderat interpellanti mercenarius comes, et vnus, al- 4
terque infirmiſſimus vector, ſolatia magis litis, quam
virium auxilia. Nec quidquam pro me deprecabar, 5
ſed, intentans in oculos Tryphaenae manus, vſu-
rum me viribus meis, clara liberaque voce clamaui,
ni abſtineret a Gitone mulier damnata, et in toto na-
vigio ſola verberanda. *[paſſuram iniuriam.]* Ac- 6
cenditur audacia mea iratior Lycas; indignatusque,
quod ego, relicta mea cauſſa, tantum pro alio clamo.
Nec minus Tryphaena contumelia ſaeuit accenſa, to- 7
tiusque nauigii turbam diducit in partes. Hinc 8
mercenarius tonſor ferramenta ſua nobis, et ipſe ar-
matus, diſtribuit: illinc Tryphaenae familia nudas
expedit manus. Ac ne ancillarum quidem clamor
aciem

vitie] Ita ex *Munkeri* coniectura recte edidit *Reisk.* pro lect. *Codd.* et *Edd. vulg.* etiam *Burm.* et *Nod.* *aequalis — caluities*, quae orationis ſeriem turbat.

§. 2. plorantis] *Nod. plorantium.*

fuliginea nube confudit] Alii: *fuliginis confuſa redierunt, in iram ſe odium conuertit. Anonym.* coniicit: *odium in iram conuertit.* Sed lect. *vulg.* videtur verior; nimirum iam antea iratus erat *Encolpio Lycas*, eum tamen amabat. c. 105, 9. Nunc vero, cum videt eius faciem deformem, odium adeo oritur.

§. 3. fas legemque] Apud *Erh.* proponitur: *contra ius fasque.* Sed *fas* eſt *ius diuinum* vel *naturale*, *leges* indicant *ius humanum*, leges, ciuibus ſcriptas.

§. 5. abſtineret] *C. Memm. abſtineat.*

dămnata] *Nod. dămnanda.* Sed nulla mutatione opus eſt. Nam etiam *Prop.* dixit l. 1, 1. 19. *deducta* pro *deducenda; exorato* pro *exorando* 4, 11, 4. vt recentiſſimus eius editor, *C. Barthius*, obſeruauit.

§. 6. iratior] *Anonym.* coniicit *irritatior.*

§. 8. mercenarius tonſor] *Burm.* putat, *tonſor* a gloſſatore adſcriptum, et hinc abiiciendum eſſe, quod valde eſt probabile.

aciem deſtituit, vno tantum Gubernatore, relicturum
ſe nauis miniſterium, denunciante, ſi non deſinat ra-
9 bies, libidine perditorum collecta. Nihilominus
tamen perſeuerat dimicantium furor; illis pro vltione,
nobis pro vita pugnantibus. Multi ergo vtrinque ſine
morte labuntur, plures cruenti vulneribus referunt,
veluti ex praelio, pedem: nec tamen cuiusquam ira
10 laxatur. Tunc fortiſſimus Giton ad virilia ſua ad-
mouit nouaculam infeſtam, minatus, ſe abſciſſurum
tot miſeriarum cauſſam: inhibuitque Tryphaena tam
11 grande facinus, non diſſimulata miſſione. Saepius
ego cultrum tonſorium ſuper iugulum meum poſui,
non magis me occiſurus, quam Giton, quod mina-
batur, facturus. Audacius ille tamen tragoediam im-
plebat, quia ſciebat, ſe illam habere nouaculam, qua
12 iam ſibi ceruicem praeciderat. Stante ergo vtraque
acie, cum appareret, futurum non tralatitium bellum,
aegre

tantum] *Leid. tanto.*

§. 9. ſine morte] i. e. non occiſi, ſed proſtrati tantum impetu hoſtium. Quidam *Cod. vet.* habet *ſemimortui*, quod *Nod.* recepit, nec contemnendum eſt, modo ne nimis vrgeatur. Quidam volebant *ſine mora. Burm.* in mentem venit *ſine more.*

cruenti vulneribus] *Gronov.* l. 4. *Obſ.* 13. mauult *plures in cruenti vulneribus*, vel *cruenti ſine vulneribus*, quia pugnam plane ludicram putat. Sed haec paullo longius a veſtigiis lect. recedunt.

§. 10. infeſtam] Hanc *Richardi* coniecturam non temere recepit *Burm.* quia hoc epitheton eſt quaſi proprium armis: idque latere videtur in lect. *infeſtum*, quam *Pith.* commemorat, et *Nod.* edidit, vel in lect. *infertam*, quam habent alii. Reperitur etiam *infertam* in *Codd.* quibusdam.

miſſione] Alii, notante *Torn. offenſione.*

§. 11. minabatur] Sic *C.* Leid. et *Edd. vett.* alii *mirabatur*; male.

praeciderat] i. e. ſe praecidere ſimulauerat c. 94, 12.

§. 12. appareret] *C. Colb. pareret.*

tralatitium] Ita *C. Autiſiod.* et alii quidam *Mſſ.* teſte *Bourdel.* atque hoc voc. cum ſaepius noſter vſurpet, vt c. 110, 4. 113, 8. 114, 11. idque inter alia ſignificet, *vulgare*, qui ſignificatus contextui huius loci conuenit; hanc lect. cum *Nod.* et aliis recepi. *Burm.* edidit *ſtatarium*, quod reperitur in quibusdam *Codd. vett.* confirmatur etiam quodammodo lect. *C. Memm.* qui habet *ſtatatnrum*; quod a *ſtata*, navigio

aegre expugnauit Gubernator, vt, Caduceatoris more, Tryphaena inducias faceret. 13 Data ergo, acceptaque, patrio more, fide, protendit ramum oleae, a Tutela nauigii raptum, atque in colloquium venire auſa:

14 (TRYPHAENA) Quis furor, exclamat, pacem conuertit in arma?
Quid noſtrae meruere manus? Non Troïus hoſtis
Hac in claſſe vehit decepti pignus Atridae;
Nec Medea furens fraterno ſanguine pugnat:
Sed contemtus amor vires habet; et mihi fata

Hos

vigio lato, ductum, *Rich.* putat, ſignificare poſſe *lentum*, vti *ſtlembus* a *lembus*, equus grauis et tardus pedibus, a *Lucilio* videtur dici. *Reisk.* opinatur, hoc voc. indicari *bellum mimicum*, quale ſoleant *agyrtae* exhibere, quia in *gloſſ. ſtlatarius* πλάνος, circumforaneus, explicetur. De hoc ſignificatu, ſi certo conſtaret, per me liceret, hanc lect. praeferre: ſed certior videtur ille, quem ei tribuit *Iuuenal. Sat.* 7, 134.

*Spondet enim Tyrio ſtlataria purpura filo;*

i. e. *ſtlata*, vel *naui*, aduecta: vnde *ſtlatarium bellum Geſnero* videtur dici *bellum nauale;* at hic ſignificatus ab orationis ſerie eſt alienus. Alii, *Tornaeſ.* notante, habent *non ceſſaturum bellum. Bongarſ.* coniiciebat: *ſtatarium bellum*, vt *ſtataria pugna* dicitur, in qua ex vtraque parte acies ſtant, vel *tralatarium.* Alii exhibent *ſtlatcarium.* Ceterum hoc voc. plane abeſt a *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* in quibus legitur: *cum appareret futurum bellum.*

§. 13. more] *C. Samb. Trag. Ed. pr. Tornaeſ.* et *Douſ.* praemittunt *ex*, quod non eſt ſpernendum.

oleae] *C. Samb. Trag* et *Ed. Petron. pr.* Hic erat habitus ſupplicum, et pacem rogantium, cuius mentionem facit *Virg. Aen.* 8, 128. et alibi; et *Liv.* l. 30, 36. *velatam infulis ramisque oleae Carthaginienſium nauem, in qua legati erant miſſi ad petendam pacem*, commemorat.

§. 14. v. 1. conuertit] *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr. conuertis.* Atque *Samb.* non male ſic diſtinguit:

*Quis furor? exclamat, pacem conuertis in arma?*

*Burm.* putat, venuſtius ſic legi poſſe.

*Quid, furor exclamat, pacem conuertis in arma?*

v. 2. Troïus hoſtis] i. e. *Paris. Cod. vet. Brit.* et *Trag. heros. Memm. eros.*

v. 3. pignus Atridae] i. e. *Helenam*, *Menelai* coniugem.

v. 4. fraterno] i. e. ſanguine fratris *Abſyrti.* Hoc imitatur *Sidon. carm.* 5, 135.

*Abſyrtum ſparſura patri, factura que caeſi*
*Germani plus morte nefas, dum funere pugnat,*
*Et fratrem ſibi tela facit.*

*C. Bitur.* habet *ſuperno;* male.

v. 5. contemtus] *C. Trag.* vitioſe *contentus.*

et] *Anonym. heu mihi.*

Hos inter fluctus quis raptis euocat armis?
Cui non eſt mors vna ſatis? Ne vincite pontum,
Gurgitibusque feris alios imponite fluctus.

## C A P. CIX.

*Tabulae foederis ſignantur; placati epulantur, canunt, et variis ludis delectantur. Eumolpus capillorum elegidarion dicit.*

(Encolp.) Haec vt turbato clamore mulier effudit, haeſit paullisper acies, reuocataeque ad pacem manus intermiſere bellum. Vtitur poenitentiae occaſione dux Eumolpus, et, caſtigato ante vehementiſſime Lyca, tabulas foederis ſignat, queis haec formula
2 erat. (Tabvla Foederis) Ex tui animi ſententia, vt

v. 6. Hos] *C. Tr. Hoc;* male.

raptis] Alii, teſte *Pith. qui captis*, quod ſapit gloſſam.

euocat] i. e. accelerare mihi vult mortem?

armis] Alii *annis*, notante *Patiſſ.*

v. 7. Ne] *Ed. pr.* et *Plant. nec. Samb.* vero monet, *vet.* lect. eſſe: *me vincite. C. Trag.* habet *vos.* Sed alii, monente *Torn.* et *Aurat. ne.* Senſus hic eſſe videtur: *nolite vero ipſum pontum ſuperare, periculis eius addendo maiori periculo.* Hanc ſententiam poſtulat membrum poſterius.

vincite pontum] *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr. potum.* Sed *pontum* legendum eſſe, iam *Samb.* conijciebat. *Anonym.* malebat: *fingite.*

v. 8. alios] Pro *altos*, quod quidam habent, etiam *Nod.* edidit, recte reſcripſit *Burm. alios*, ex *C. Samb. Leid. Trag. Ed. pr. Patiſſon.* et *al.*

imponite] Hoc ex *C. Samb. Autiſiod. Trag.* et *Ed. pr.* addicente etiam *C. Colb.* qui habet: *impote*, reſtitui, quia hoc verbum eſt ſatis aptum huic loco, cum ſenſus hic ſit: *nolite gurgitibus feris alios etiam ſaeuiores fluctus* (i. e. maiora pericula) *addere.* Alii, quos etiam ſecutus eſt *Burm.* cum *Nod.* habent *immittite*, quod forte putabant fluctibus melius conuenire.

C. CIX. §. 1. turbato] *Rich.* malebat *turbata clamore;* ſed *turbatus clamor* eſt clamor, qualis eſt perturbatorum.

haeſit] *C. Trag.* et *Ed. pr. haeſitque.*

Vtitur] Ita *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *al.* teſte *Tornaeſ.* alii vero, notante *Patiſſon. initae;* alii *iratus* exhibent. *Aurat.* conijcit *praeſenti; Anonym. leniter.*

Eumolpus] *Ed. pr.* vitioſe *Eumolpo*, ortum ex *Eumolpos*, quod habet *C. Colb.*

foederis] al. *fidei*, teſte *Patiſſon.*

§. 2. Ex tui — ſententia] Haec eſt formula iuris iurandi, de qua vide *Gell.* l. 4, 20. *Quinct.* 8, 5. 1. et *Gronov.* l. 4. *Obſerv.* c. 84. Exemplis, ab hoc allatis, addit *Burm.* inſcriptionem, a *Fabretto* c. 10.

vt tu, Tryphaena, neque iniuriam, tibi factam a
Gitone, quereris, neque, ſi quid ante hunc diem
factum eſt, obiicies, vindicabiſue, aut vllo alio
genere perſequendum curabis: vt tu imperabis
puero repugnanti, non amplexum, non oſculum,
non coïtum Venere conſtrictum, niſi pro qua re
praeſentes numeraueris denarios centum. Item, 3
Lyca, ex tui animi ſententia, vt tu Encolpion nec
verbo contumelioſo inſequeris, nec vultu; neque
quaeres, vbi nocte dormiat? aut ſi quaeſieris, pro
ſingulis iniuriis numerabis praeſentes denarios ducen-
tos. In haec verba, foederibus compoſitis, arma 4
deponimus: et, ne reſidua in animis etiam poſt ius-
iurandum ira remaneret, praeterita aboleri oſculis,
placet.

c. 10. p. 673. prölatam: *Ex mei animi ſententia, vt ego inimicus ero, quos C. Caeſari Germanico inimicos eſſe, cognouero.*

vt tu, T. neque] In *C. Samb.* legebatur: *Tryphaena vbi neque:* Sed *Samb.* ex coniectura edebat *vti*, quia *vt* requiritur, quod vel ex *inſcript.* paullo ante commemorata, apparet. *C. Trag.* habet: *vbi Tryphaena neque.*

quereris] *C. Colb. Leid. Trag.* et *Ed. pr. queraris;* ſed in tota hac formula, etiam in *inſcriptione* allata, ſequitur *fut.* ergo etiam hic *quereris*, quod eſt in aliis *Codd.* praeferendum.

obiicies] *Ed. pr.* male *abiicies*, pro quo *obiicies* legendum eſſe, iam vidit *Aurat.* atque ſic legit *C. Trag.*

vindicabiſue] *C. Tr. iudicabiſue.*

aut] *C. Trag. vt aut;* hoc eſt forte illud *vt*, quod ſupra deſiderabatur, et pro quo *vbi* irrepſerat.

vt tu] *C. Samb.* et *Ed. pr. et tu*, *C. Leid.* et *Trag. vt tu.* Hinc *Boſch.* malebat: *et vt tu. Nod.* cum *Hadr.* edidit: *et vt nihil.*

conſtrictum] *C. Memm. conſtructum.*

pro qua re] Ita *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* i. e. *niſi eam rem, pro qua. Schopp.* mauult *pro quaque re*, quod eſſet facilius, atque editum eſt a *Nod.* Alii habent *hac*, notante *Tornaeſ.*

numeraueris] Sic *C. Trag.* et *Samb.* al. vt *Leid.* male *numerabis*, quod edidit *Nod.*

§. 3. vt tu Encolpion] Ita *C. Trag.* atque haec eſt vera lect. *C. Samb. vt tu Eumolpum*, pro quo *Aurat.* ſubſtitui volebat: *vt tuum, Eumolpum.*

contumelioſo] *C. Colb. contumelioſe.*

ducentos] *C. Autiſiod. ducenos.*

§. 4. deponimus] Poſt hoc verbum in *C. Samb. Colb. Trag.* et *Ed. pr.* ſtatim ſequitur: *Exſonat ergo* §. 5.

oſculis] vt *Plaut. Poen.* 1. 2, 192. *Non ſum irata. Ag. da ergo, vt credam, ſuauium.*

5 placet. (Encolp.) Exhortantibus vniuerſis, odia detumeſcunt; epulaeque, ad certamen prolatae, conci-
6 liant hilaritate conuiuium. Exſonat ergo cantibus totum nauigium, et, quia repentina tranquillitas intermiſerat curſum, alius exultantes quaerebat fuſcina piſces; alius hamis blandientibus conuellebat praedam
7 repugnantem. Ecce! etiam per antennam pelagiae conſederant volucres, quas textis arundinibus peritus arti-

Conf. etiam c. 99, 4. *ecce! etiam oſculo iram finio.*

§. 5. ad certamen] *Bourdel.* vult, ex *Mſſ.* reſtitui *ob.* Verum *ad,* pro *vsque ad,* eſt melius: epulae *ad certamen,* i. e. *certatim* prolatae, dicuntur ad conferentium ſtudium exprimendum.

conuiuium] *Tornaeſ. concilium;* idem *Wouw.* vnde ortum eſt *conſilium* in *C. Memm.* Sed alii, teſtante *Tornaeſ.* habent *conuiuium;* quod mihi videtur rectius, quia *conuiuarum grex* eleganter ſic dicitur, vt *Hor. Ep.* 1. 5, 29. et *concilium* ſapit gloſſam.

§. 6. Exſonat] Ita recte legitur in *Cod. Brit. Samb. Trag.* et *Cod. vet.* a *Puteano* commemorato. Eodem modo c. 19, 1. *Omnia mimico riſu exſonare* dicuntur. *Cod. Leid.* et alius *liber vet. Grutero* teſte, exhibet *Exonerat cantus:* vnde *Exſonat cantu* vir doctus efficiebat; ſed *Codd.* paullo ante appellati, omnes legunt: *ergo cantibus;* quod etiam eſt in *Ed. pr.* etſi ea pro *Exſonat* habet *Exornatur,* pro quo in *Iunii Cod.* vir quidam doctus *exornat* coniiciebat. *Tornaeſ.* malebat: *perſonat cantu.*

totum] Sic recte exhibetur in *C. Samb. Trag. Brit. Putean.* et aliis; quidam vero, teſte *Patiſſon. trium,* ex *totum* facili lapſu ortum.

quia] *Putean.* reperiebat *quo;* et hinc efficiebat *quoniam.*

tranquillitas] *al. Tornaeſ.* teſtante, *tranquillitate.*

exultantes] *C. Samb. Trag. Bitur. Autiſiod.* et *Ed. pr.* habent *exultans,* quod poſſit ferri; at alii, obſeruante *Pith.* melius legunt *exultantes,* quod ad *piſces* relatum, vti *repugnantem* ad *praedam,* eſt concinnius et elegantius. Etiam *Mart.* l. 1. *ep.* 56. dicit: *Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta.* Sed *C. Trag.* verba alio ordine ponit: *alius exultans quaerebat fuſcinas; alius piſces:* reliqui rectius *piſces* vocabulo *fuſcina* poſtponunt.

quaerebat] *Vet. Cod. Brit. captabat,* teſte *Tornaeſ.*

conuellebat] Alii, *Patiſſon.* teſtante, *conuertebat. C. Trag.* et *Samb. compellebat,* quod edidit *Burm.* nec eſt ſpernendum; *conuellebat* tamen, a *Reisk.* et *Nod.* receptum, eſt efficacius.

§. 7. Ecce etiam] *al. quin etiam, Tornaeſ.* obſeruante.

pelagiae] *Ed. pr. pelagi.* Sed *pelagios piſces* etiam *Varronem* et *Columellam* dixiſſe, notarunt *Lexicographi.*

conſederant] *C. Trag.* et *Ed. pr. conſedere.*

textis] Hanc lect. *C. Trag. Colb. et al.* etiam *Ed. pr.* reuocaui,

artifex tetigit. Illae, viſcatis illigatae viminibus, deferebantur ad manus. Tollebat plumas aura volitantes, pennasque per maria inani ſpuma torquebat. Iam 8
Lycas redire mecum in gratiam coeperat; iam Tryphaena Gitona extrema parte potionis ſpargebat, cum Eumolpus, et ipſe vino ſolutus, dicta voluit in caluos ſtigmoſosque iaculari: donec, conſumta frigidiſſima vrbani-

caui, quia commodum ſenſum habet; nam hic agitur de eo aucupii genere, in quo arundinem iungebant arundini, donec auis alas viſco attingere poſſent. Hinc *Mart.* l. 9, 55. talem arundinem dicit *creſcentem*, et l. 14, 218. hoc artificium ſic deſcribit.

*Non tantum calamis, ſed cantu fallitur ales,*
*Pallida dum tacita creſcit arundo manu.*

*Aurat.* emendabat *tectis*, quod ediderunt *Burm. Nod.* et alii, neque haec emendatio eſt contemnenda. *Gronov. Obſ.* l. 3. c. 18. mauult *litis*, *Putean.* reperiebat *teſtis*, in quo *textis* latere, apparet.

illigatae] deeſt in *Ed. pr.*

viminibus] *Leid. in viminibus.*

aura] *C. Trag. dura.*

pennasque] Ita *Codd. Samb. Trag.* et *al.* notante *Putean.* etiam *Ed. pr.* atque haec lect. videtur praeferenda, quia pennas auium, viſco captarum, non conchae genus (vt *pinna*, quod alii habent, in gloſſ. explicatur) contextus requirit; neque equidem putem cum *Gonſalio*, hic tempeſtatis imminentis indicia enumerari, cum ea multo poſt orta ſit. vid. c. 114, 1.

per maria] Etiam hanc lect. *Cod. Samb. Trag.* et *Edd. Burm. Nod. al.* praefero, quia *ſpuma* paullo poſt legendum eſt. *Ed. pr.* et *Plantin.* habent *per inania*, quae lect. *Burm.* deleto ſequente *inani*, et lecto *ſpira*, probatur; putat enim, ſic dici aërem. *Putean.* teſtatur, alias legi *per manus.*

inani ſpuma] Sic cum *Burm.* edidi ex *Cod. Trag.* quia haec lect. etiam firmatur lect. ſpuria, quam habet *Leid. pluma. Aura pennas,* quas amiſerant aues volitantes, *torquebat ſpuma inani. Ed. pr.* et *Plant.* habent *ſpira. Delben.* malebat *immani ſpira. Reisk.* cum *Nod. Hadr.* et *al.* edidit *inanis ſpuma*, quod et mihi arridet paullulum.

§. 8. ſpargebat] Eodem ſenſu *Hor.* l. 4, 12, 23. dicit *tingere poculis. Extrema* vero *pars potionis* videtur idem eſſe, quod *extrema potio;* de qua vid. *Sen. ep.* 12. *Deditos vino potio extrema delectat illa, quae mergit, quae ebrietati ſummam manum imponit.* Alii hic exiſtimant ad cottabi luſum reſpici; id putem *Gonſalio* concedendum, in eo, quod femina *Gitoni* porrigeret praeguſtatum poculum, ineſſe amoris indicium. Nam hoc confirmat c. 113, 8. *Nec Giton me tralatitia propinatione dignum iudicabat.*

voluit] *C. Trag. voluerit. Aurat.* mauult *voluere.*

ſtigmoſosque] *C. Samb. Trag. al.* et *Ed. pr. ſtiginos esque*, pro quo iam *Samb.* recte edidit *ſtigmoſosque*, quod etiam occurrit *Plin.* 1. *ep.* 5. *Samb.* tamen proponebat etiam *erginoſosque; Aurat. ſtigmataque; Braſſican.* ſtigma-

vrbanitate, rediit ad carmina ſua, coepitque capillorum elegidarion dicere.

9 (Evmolp.) Quod ſolum formae decus eſt, cecidere capilli:
Vernantesque comas triſtis abegit hiems.
Nunc vmbra nudata ſua, iam tempora moerent.
Areaque attritis ridet aduſta pilis.
O fallax natura Deûm! quae prima dediſti
Aetati noſtrae gaudia, prima rapis.

Infelix, modo crinibus nitebas,
Phoebo pulchrior, et ſorore Phoebi:

At

*ſtigmatitosque. Giphan. Silanosque. Burm.* ex veſtigiis *Ed. pr.* et *Cod. Trag.* putat legendum: *in caluos inſignesque. Reisk.* ſi quid mutandum ſit, malit *ſtigmatiusque.*

capillorum] *Mſ. Torn.* et *Leid. in capillos ſuos;* reliqui *Codd.* rectius *capillorum;* nam hoc carmen non ſpectat ipſius capillos.

elegidarion] Ita *C. Samb. Trag. Memm.* et *al. Braſſican.* volebat *elegeidion* vel *elegidion.*

§. 9. v. 1. ſolum formae] Ita *C. Samb.* et *Ed. pr. C. Trag.* non multo aliter: *formae ſolum. Vetus* quidam *liber*, *Ritterſhuſio* notante, — *ſummum,* quod male edidit *Nod.* cum ſit gloſſema voc. *ſolum.* Nam *ſolum* h. l. eleganter dicitur pro *praecipuum,* vt *Iuſtin.* l. 44, 4. *armenta, quae illis temporibus ſolae opes habebantur.*

v. 2. abegit] alii *ademit*, teſte *Pith. Palmer.* in *ſpicileg. Douſa* et *al.* malunt *adedit,* quod valde eleganter diceretur, atque *Douſae* in lect. *adegit,* quam reperit in *Mſ.* latere videtur.

v. 3. moerent] Vir doctus in marg. *Cod. Iuniani* ſcripſerat *marcent;* ſed *moerent* et *ridet* videntur melius opponi.

v. 4. Areaque] Sic *Codd.* multi. Hoc etiam latet in *C. Trag. Aeraque,* et *Colb. Aureaque.*

attritis] Alii *extritis luget.* Sed reliqui *attritis,* conſentiente etiam *Trag.* in quo eſt *attriſtis.*

ridet] i. e. *nitet*, vt *Hor.* 4. *Od.* 11, 6. *ridet argento domus. Homerus* vero *Odyſſ.* Σ'. 353. in calui capite dicit eſſe *facium ſplendorem.* Vnde et *Mart.* 10. *ep.* 83. *nitidam caluam* vocat. Alii habent *aret*, teſte *Patiſſon. Palmer.* mauult *nidet,* pro quo *Nod.* in *Ed. pr.* edidit *nitet,* metro repugnante. *Aurat.* coniicit *ſordet*, vel *aret.* Ceterum non temere *Petron. Eumolpum* introducit verſus recitantem, in quibus metaphorae diuerſae, ſibique repugnantes, iunguntur; quia poëtas, ex tempore canentes, riſui volebat exponere.

v. 7. nitebas] Hunc verſum in *Cod. Samb. Trag.* etiam *Ed. pr.* excipit verſ. 9. *At nunc* etc. quem ſequitur verſ. 11. *Ridentes* etc. cui demum ſubiectus eſt verſ. 8. *Phoebo.* etc. quia ordo eorum perturbatus eſt; ſed eum iam reſtituit *Samb.* in *Ed. Plant.* et *Turneb. aduerſ.* l. 4. c. 19.

v. 8. Phoebi] Poſt hunc verſum

At nunc laeuior aere, vel rotundo
Horti tubere, quod creauit vnda,
Ridentes fugis, et times puellas.
Vt mortem citius venire credas,
Scito, iam capitis periſſe partem.

## CAP. CX.

*Gitona, ab ancilla exornatum, Tryphaena oſculatur. Ornato etiam Encolpio, Eumolpus multa in muliebrem leuitatem coepit iactare.*

(Encolp.) Plura volebat proferre, credo, et ineptiora, praeteritis; cum ancilla Tryphaenae Gitona in partem nauis inferiorem ducit, corymbioque dominae pueri adornat caput. Imo ſupercilia etiam 2
pro-

ſum ponitur in *Codd.* verſ. 10. *Horti* etc. ſubiectis duobus vltimis.

v. 9. laeuior aere] In *C. Trag.* verba, metri ratione repugnante, ſic ſunt tranſpoſita: *At nunc aere, vel rotundo laeuior.*

v. 10. tubere] Haec *C. Samb. Trag.* et aliorum lect. recte ſe habet; nam *tuber terrae* vel eſt *graec. cyclaminus,* vel *hydnon* potius, *quod,* vti ex *Plin.* 19, 2. ſ. 11. apparet, *ſine radice et folio et flore naſcitur in locis ſiccis, cum imbres autumnales ac tonitrua crebra ſunt,* vti ex c. 3, ſ. 13. intelligitur; huic recte caput caluum comparatur, quod capillis eſt deſtitutum, vt *tuber terrae* fibris, radicibus et foliis. Ex vltimo *Plin.* loco etiam patet, lect. *Samb. quod creauit vnda,* quae confirmatur lect. mendoſa *C. Trag. quod creauit in vda,* eſſe probam. Cum enim *vnda* a poëtis aqua dicatur, hic aqua imbris commode hoc nomine inſignitur; neque aliud quid ineſt in *Ed. pr.* vitioſa ſcriptura: *Hortis tubere, quod cecauit vnda.* *Aurat.* coniicit: *Ponti ſidere, quod errauit.*

v. 11. times] *C. Bitur. paues;* reliqui *times;* alterutrum, fortaſſe poſterius, eſt gloſſema.

v. 12. credas] *Anonym. credant.*

v. 13. partem] Hic *Petron.* alludit ad opinionem veterum, qui credebant, a *Proſerpina* radi homines morti vicinos. vid. *Virg. Aen.* 4, 698. *Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat.*

C. CX. §. 1. corymbioque] Haec *C. Samb.* et *Trag.* lect. eſt genuina: ſic enim dicitur redimiculum comarum muliebrium; cui reſpondet §. 5. *non minus decorum capillamentum.* Male editum eſt in *Ed. pr.* *connubioque dominae,* quod etiam *Auratus* legi vult. *Braſſican.* malebat *corymboque.*

§. 2. Imo ſup. — profert] *Leid. Et ſupercilia producit.*

profert de pyxide, ſciteque iacturae lineamenta ſe-
3 cuta, totam illi formam ſuam reddidit. Agnouit
Tryphaena verum Gitona: lacrymisque turbata, tunc
4 primum bona fide puero baſium dedit. Ego, et-
iamſi, repoſitum in priſtinum decorem puerum, gaude-
bam, abſcondebam tamen frequentius vultum, intel-
ligebamque, me non tralatitia deformitate eſſe in-
ſignitum, quem alloquio dignum nec Lycas quidem
5 crederet. Sed huic triſtitiae eadem illa ſuccurrit
ancilla, ſeuocatumque me non minus decoro exor-
nauit capillamento: imo commendatior vultus enituit,
6 quia flauicomum corymbion erat. Ceterum Eu-
molpus, et periclitantium aduocatus, et praeſentis
concordiae auctor, ne ſileret ſine fabulis hilaritas,
multa

ſciteque] Ita *Codd.* Male vulgo legebant, *ſcitaeque*, teſte *Samb.*

iacturae] *Samb.* coniicit *factura*, vel *naturae: natura* autem in *C. Trag.* margine legitur; *iacturae* vero, quod etiam hic *Cod.* habet in contexta oratione, eſt melius. Illa ſcilicet ſequebatur lineamenta iacturae; deraſis ſuperciliis factae, i. e. veſtigia ſuperciliorum, hoc modo amiſſorum. *Anonym.* proponit *iuncturae;* mauult autem *ſcripturae. Burm.* in *marg. Cod. Apuleii*, vidit a viro docto hunc locum ita correctum: *ſcitaque | ductura lineamenta ſecuta;* ipſe ſuſpicatur, forte ſcriptum fuiſſe: *ſcitaque formatura.*

§. 3. dedit] Hoc verbum ſine aliorum interuentu ſequuntur in *C. Samb. Trag. Colb.* et *Ed. pr.* haec: *Ceterum Eumolpus* §. 6.

§. 4. me non tralatitia deformitate] *Bourd.* legit: *me tralatitia formoſitate.*

nec Lycas] *C. Memm. ne Lyvas.*

§. 5. flauicomum] Hanc lect. a *Reisk.* receptam, habere *Codd.* ſcriptos, teſtatur *Bourd.* huius vero voc. compoſitio poteſt confirmari quodammodo *Prudentii Apotheoſ.* 563. voc. *flauicomans.* Atque hinc facile potuit naſci *flaucorum*, quod in *Edd. Patiſſon. Tornaeſ.* et *al. Edd. vett.* legitur, etiam a *Burm.* ſeruatum eſt. Amabant autem adeo flauos capillos, vt eos vel arte acquirere conarentur, teſte *Tertull. de cultu foem.* c. 6. *Video, quasdam capillum croco vertere. Anonym.* malebat *flauum*, quod alios legere, *Tornaeſ.* teſtatur, atque etiam a *Nod.* eſt editum; vel *glaucum*, idque etiam *Douſa* arbitrabatur ineſſe in *flaucor*, quod ipſe repererat in libro *Mſ.* dubitat tamen, an in his literis lateat germanicae cuiusdam gentis nomen, v. c. *Cauchorum. Marcil.* ad *Hor.* l. 2. *Od.* 2. coniicit: *quia laconicum corymbion erat.*

§. 6. auctor] alii *actor*, *Patiſſ.* monente.

multa in muliebrem leuitatem coepit iactare: Quam 7
facile adamarent; Quam cito etiam filiorum obli-
viſcerentur; Nullamque eſſe feminam tam pudicam,
quae non peregrina libidine vsque ad furorem auer-
teretur; Nec ſe tragoedias veteres curare, aut no-
mina ſeculis nota; ſed rem, ſua memoria factam, ex-
poſiturum ſe eſſe, ſi vellemus audire. Conuerſis 8
igitur omnium in ſe vultibus, auribusque, ſic exor-
ſus eſt:

## CAP. CXI.

*Eumolpus enarrat hiſtoriam de matrona Epheſina.*

(Evmolp.) Matrona quaedam Epheſi tam notae erat pudicitiae, vt vicinarum quoque gentium feminas



leuitatem] Hunc locum expreſſit *Sariſb.* l. 8, 11. hoc modo: *In muliebrem leuitatem ab auctoribus paſſim multa ſcribuntur. — Ex his liquet, quam facile ament, quanta oderint leuitate, quam cito obliuiſcantur affectuum, et naturae immemores, interdum in filios armentur — Sunt aliquae pudiciſſimae, licet Tragicus (dicat:) nullam eſſe foeminam pudicam, quae non peregrina libidine vsque ad furorem incendatur.*

§. 7. filiorum] Ita *Codd.* omnes, etiam *Ed. Burm.* atque, hoc quid ſibi velit, docet *Sariſb.* qui dicit: *leues feminas, obliviſci affectuum, naturae immemores interdum in filios armari;* adſcripſit etiam *virorum.* Quaedam *Edd.* etiam *Nod.* habent *philorum* a *graec.* φίλος. *Munker.* emendat: *quam cito et cariſſimorum.* *Gronov.* in *Obſ.* l. 4, 13. putat, olim ſcriptum fuiſſe *fidiorum,* pro *fidiſſimorum.*

*Nullamque*] *Colb. Nullam.*

auerteretur] Alii, teſte *Tornaeſ. auelleretur,* ſcil. ab officio. Sed etiam *Sueton. Neron.* 52. dixit: *a philoſophia eum mater auertit;* et hoc verbum plures ſic vſurpant.

Nec ſe] *C. Colb. Non ſe.*

ſeculis] ſcil. ſuperioribus, vel antiquis temporibus. *Cod. Colb. Scl.*

ſed rem — expoſiturum] Ita, vti etiam edidit *Reisk.* legitur in *Cod. vet.* obſeruante *Tornaeſ.* Etiam *Leid.* omittit *quam,* quod *Cod. Trag.* inſerit poſt *factam,* atque *Burm.* cum *Nod.* edidit. *Cod. Samb.* et *Ed. pr.* habent: *ſed ſua memoria facta, quae expoſiturum* etc.

§. 8. igitur] deeſt in *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.*

exorſus eſt] Ita edidit *Burm.* ex *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* alii, vt *Nod.* edidere *orſus eſt.*

C. CXI. §. 1. Matrona] *Sarisber.* l. 8. c. 11. totam hanc narrationem repetit atque indicat, *Flauianum* etiam auctorem

2 ad ſui ſpectaculum euocaret. Haec ergo, cum virum extuliſſet, non contenta, vulgari more, funus ſparſis proſequi crinibus, aut nudatum pectus in conſpectu frequentiae plangere; in conditorium etiam proſecuta eſt defunctum, poſitumque in hypogeo, Graeco more, corpus cuſtodire, ac flere totis noctibus

eſſe, *Epheſi* haec eſſe facta. Eadem carmine reddita eſt a *Romulo*, Grammatico veteri, *Fabular. Aeſopicar.* c. 48.

ad ſui ſp.] Ita *C. Samb.* et *Ed. pr.* etiam *Nod.* et *Burm. Cod. Trag.* et *Sarisber.* *ad ſpectaculum ſui.*

§. 2. funus] Ita *C. Trag. C. vet. Daniel.* etiam *Sarisber. Alii*, teſte *Patiſſon.* v. c. *C. Samb.* et *Leid.* *funeris officium*, quod ſapit gloſſam. *Ed. pr.* *funeris*, omiſſo voc. *officium.*

ſparſis] Hoc legitur in *C. Tr. Leid. Ed. pr.* et *al.* idque confirmatur auctoritate *Sarisb.* quia ita legit: *funus proſequi crinibus ſparſis et turbatis.* Alii, teſte *Patiſſon.* habent *paſſis*, quod recepit quoque *Nod.* ſed in *ſparſis crinibus* eſt maioris triſtitiae indicium; iique paſſim in carminibus, et apud *Iuſtin.* l. 24, 3. commemorantur.

nudatum pectus] *Prop.* l. 2. *El.* 24, 52. *plangis pectora nuda.* Hic habitus lugentium etiam c. 115, 12. commemoratur: *percuſſi ſemel, iterumque pectus.*

plangere] *Dorleans* ad *Tac. Annal.* 1. p. 23. volebat *plorans tangere:* inepte!

conditorium] Sic vertit *hypogeum Petron.* recte, nam *condi* dicuntur, qui *ſepeliuntur.* *Conditorium* etiam occurrit *Quinct. declam.* 8. et apud *Gruter.* p. 1134. 6.

proſecuta] *C. Memm.* et *Trag.* *perſecuta*, quod praefert *Burm.*

hypogeo] Hoc latet in *C. Samb.* et *Ed. pr.* *hippogeo*, et in *C. Trag.* *ippogio*, vel, vti in marg. ſcribitur, *ypogeo*, et in *Salisber.* *hypogato;* vnde et huius, et *Petron.* Editores plures *hypogaeo*, vel *hypogeo* exhibent. Sic autem dicitur ſepulchrum ſubterraneum, opere arcuato exſtructum, parietibus circumſeptum, in quod per gradus deſcendebatur, vt ex §. 7. apparet: *deſcendit in conditorium.* Etiam *Tert.* de *Anima* c. 28. commemorat *hypogeum.* Rectius autem *hypogeum*, quam *hypogaeum*, ſcribitur in lapide apud *Fabrettum*, c. 3. p. 122. quia *graec.* dicitur ὑπόγειον.

graeco more] *Graeci* enim, cum non comburerent, ſed conderent cadauera, ſubterranea ſepulchra fabricabant, vt oſtendit *Salmaſius* in *Exerc. Plin.* p. 849. et *Iac. Gothofred.* ad *leg.* 6. *Cod. Theod.* de *ſepulcr. violatis.*

cuſtodire] *C. vet. Dan.* *condire.* Sed *cuſtodire* rectius. Cuſtodes vero cadaueribus eſſe additos, apparet ex *Apuleii Metam.* l. 2. p. 124. vbi haec cauſſa indicatur: *ignoras Theſſaliae te conſiſtere, vbi ſagae mulieres ora mortuorum paſſim demorſicant: eaque ſunt illis artis magicae ſupplementa.* Ad morem cuſtodiendi funera alludit etiam *Prop.* l. 3. *el.* 17, 24.

*ſertisque ſepulchrum*
*Ornabit cuſtos, ad mea buſta ſedens.*

bus diebusque coepit. Sic afflictantem ſe, ac mor- 3
tem inedia perſequentem, non parentes potuerunt ab-
ducere, non propinqui: Magiſtratus vltimo repulſi
abierunt: complorataque ab omnibus ſingularis exem-
pli femina, quintum iam diem ſine alimento trahebat.
Aſſidebat aegrae fidiſſima ancilla, ſimulque et lacry- 4
mas commodabat lugenti, et, quoties defecerat po-
ſitum in monumento lumen, renouabat. Vna igi- 5
tur in tota ciuitate fabula erat; et, ſolum illud
aſſul-

§. 3. inedia] Lugentes cibis abſtinebant. vid. *Eurip. Medea* 1, 1. Κεῖται δ' ἄσιτος.

perſequentem] *Braſſican.* malebat *proſequentem*; ita *Sarisber.* in *Ed. Pariſ. pr.* ſed *perſequentem* rectius.

ab omnibus] *ab* deeſt in *vet. Cod. Tornaeſ.*

ſine alimento trahebat] Ita *Sarisber.* nec alia lect. in *C. Trag.* *ſe alimento trahebat* ineſt, *ſe* enim ex *ſine* facile oritur. *Ed. pr.* *ſe alimento ſubtrahebat.*

§. 4. ſimulque et] *C. Colb.* *ſimul;* in *Ed. pr.* verba: *fidiſſima ancilla ſimulque et:* exciderunt. *Aurat.* legi vult: *aegrae vna ancilla tantummodo lacrymas commendabat.*

commodabat] Ita *Burm. Nod.* et *al.* ediderunt, ex coniectura *Rittershuſ. Schopp.* et aliorum, probante etiam *Lindenbrogio* ad *Donati Commentar.* in *Andriam* 1, 1, 82. vbi *Donatus* ad verba: *Nonnunquam conlacrumat:* haec notat: *hic amore propter ſuam Glycerium conlacrumabat, qui alienis lacrymis ſuas commodabat.* Eadem formula vſus eſt *Zeno Veronenſis Epiſcopus, Serm.* de *continentia: Cui magis lacrymas commodabis? mortuone, an morienti? Mart.* l. 7, 71. dixit: *commodare vocem.* Sed *commodare lacrymas* adeo elegantius dicitur. Nimirum ſicuti praeficae eas *vendebant*, ita amici eas *commodare* dicuntur. Omnes tamen *Codd.* etiam *Sarisber.* habent *commendabat*, quod vtcunque poſſit explicari. *Giphan.* tamen malebat *commundabat lugenti;* et *Samb.* *commundabat lugentis*, partim ex *Cod. vet.* partim ex coniectura ſe edidiſſe, fatetur. *Patiſſon.* adeo ait, alios legere: *lacinias commundabat lugentis.*

lugenti] *Patiſſon. ingenti.*

quoties defecerat] Haec deſiderantur in *Cod. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* ſed habent alii. Nam in *Cod. Bongarſii* legitur: *quotiensque defecerat;* vnde fortaſſe ortum eſt, quod habet *Sarisb.* *et quotiescunque defecerat. Leid.* exhibet: *Quoties poſitum lumen in monumento defecerat;* et *Colb.* *defecerat in monumento.*

renouabat] Ita *Codd. Petron.* Sed *Sarisber.* *reuocabat*, quod mihi arridet, praeferre tamen dubitaui, cum etiam alii in *Sarisber.* habeant *renouabat.*

§. 5. fabula erat] ſcil. haec femina; vt dicitur *Hor.* 1. *Ep.* 13, 9. *et fabula ſias*, et *Epod.* 11, 8. *per vrbem fabula quanta fui.* Sed ſi ex auctoritate *Cod. Colb.* et *Sarisber.* etiam *Ed. pr.* et *Plantin.* in quibus vero *videlicet* additur poſt *ſolum*, deleto *et*, legeretur:

affulſiſſe verum pudicitiae amoriſque exemplum, omnis
ordinis homines confitebantur; cum interim Impera-
tor prouinciae latrones iuſſit crucibus affigi, ſecundum
illam caſulam, in qua recens cadauer Matrona defle-
6 bat. Proxima ergo nocte, cum miles, qui cruces
ſeruabat, ne quis ad ſepulturam corpora detraheret,
notaſſet ſibi et lumen, inter monumenta clarius fulgens,
et gemitum lugentis audiſſet, vitio gentis humanae,
7 concupiit ſcire, quis, aut quid faceret? Deſcendit
igitur in conditorium; viſaque pulcherrima muliere,
primo,

geretur: *fabula erat: ſolum* etc. ſenſus hic eſſet: *hoc vnum vbique narrabant.*

adfulſiſſe.] *C. Trag.* et *Ed. pr.* *affluxiſſe*, ortum fortaſſe ex ſynonymo *adluxiſſe*, cui tamen *adfulſiſſe* praeferendum, auctoritate reliquorum *Codd.*

omnis ord. homines] In *C. Trag.* et *Ed. pr.* voc. *homines* deeſt: hinc *Aur.* *omnes ordines* legi volebat; atque ſic etiam edidit *Samb.* quam lect. non ſpernendam eſſe, ex *Sueton. Aug.* 41. *liberalitatem omnibus ordinibus exhibuit*, colligi poteſt.

imperator] praeſes, ſiue propraetor, ſiue proconſul ſic dicitur. *Cic.* in *Piſon.* c. 16. *Appellatus eſt hic vulturius, ſi diis placet, imperator prouinciae;* et *Salluſt. B. Iugurth.* 24. *me, quem vos imperatorem Numidis poſuiſtis*, dicit is, qui regis nomen euitare volebat. Quoniam vero haec loquendi ratio eſt paullo inſolentior, *Burm.* vel poſt *imperator* interpungendum, vel *imperator P. R.* i. e. Populi *Romani*, legendum arbitratur.

ſecundum illam caſulam] Ita *C. Samb. Trag. Leid.* et *Ed. pr.* etiam *Sarisber.* In aliis, etiam in *Ed. Nod.* *eandem* eſt additum ex gloſſa; *caſula* vero hic dicitur ipſum *hypogeum.*

§. 6. ergo] *Mſ. Torn.* et *Leid.* *vero. vet. Cod. Rittersh.* et *Memm.* *autem*, ſed *C. Trag.* *ergo.*

cruce] *C. Trag.* *crucem.* Id. *Samb.*

ſeruabat] *C. Leid.* et *alii*, teſte *Patiſſon.* *aſſeruabat.* Ita *Caeſ. B. Civ.* 1, 21. *portas muroſque adſeruari iubet.*

ne quis] *C. Trag.* male *neque*, omiſit etiam *corpora*, quod in *C. Samb.* et *Sarisber.* exhibetur. *Ed. pr.* habet *corpus.*

ſibi] Ita recte *C. Trag.* nam formula, *notare ſibi*, *Petronio* valde frequens. Hinc ortum *ibi*, quod reperitur in *Ed. pr.* Vtraque lect. coniuncta eſt in *Cod. Samb.* et in aliis, qui, teſte *Rittershuſ.* habent: *ibi ſibi.*

audiſſet] *Vet. Cod.* *audiret.*

gentis] *Anonym.* *genii humani*, vel *mentis humanae:* poſterior lectio *Burmanno* arridet, quia ea formulae, *more ingenii humani*, conuenit, et *gens* et *mens* ſaepe confunduntur in *Mſſ.* Sed etiam *Salluſt.* dixit: *vitio generis humani*, vt *Pith.* teſtatur; atque *gens humana* eleganter dicitur pro genere humano *Hor.* l. 1. *Od.* 3, 26.

quis aut quid] *Reisk.* edidit *quis, quid.*

§. 7. igitur] *C. Memm.* *ergo.*

viſaque] *C. Colb.* *iuſſaque militi pulcherrima.*

primo, quaſi quodam monſtro, infernisque imagini-
bus turbatus, ſubſtitit. Deinde, vt et corpus ia- 8
centis conſpexit, et lacrymas conſiderauit, faciemque
vnguibus ſectam; ratus ſcilicet id, quod erat, deſi-
derium extincti non poſſe feminam pati: attulit in
monumentum coenulam ſuam, coepitque hortari lu-
gentem, ne perſeueraret in dolore ſuperuacuo, et
nihil profuturo gemitu pectus diduceret: omnium
eundem exitum eſſe, ſed et idem domicilium; et ce-
tera, quibus exulceratae mentes ad ſanitatem reuo-
cantur. At illa, ignota conſolatione percuſſa, la- 9
cerauit vehementius pectus, ruptosque crines ſuper
pectus iacentis impoſuit. Nec receſſit tamen miles, 10
ſed eadem exhortatione tentauit dare mulierculae ci-
bum

infernisque] *C. Colb. infernique.*

ſubſtitit] Alii *ſubſiſtit*, *Rittershuſ.* teſte; ita etiam *Sarisber.* In *Ed. Pariſ.* tamen *ſubſtitit* legitur, quod eſt melius, quia ſequuntur praeterita.

§. 8. vt et] *Sarisber. vbi et.*

ſectam] Hoc faciebant lugentes: vid. *Virg. Aen.* 12, 605. *Flauos Lauinia crines Et roſeas lacerata genas*, idque vetitum in XII. *Tabul. genas ne carpito;* et *Petron.* c. 137. 4, 2. *Conſecuitque genas.*

id, quod erat] *id* male abeſt in quibusdam; in plerisque tamen legitur.

attulit] Alii *contulit*, notante *Pith.* Ita *Memm.* et *Leid.*

diduceret] Ita *C. Trag. Tornaeſ. Patiſſon. Ed. pr.* et aliae, etiam *Sarisber. C. Samb. deduceret; Colb. deducerent. Ed. Hadr.* et *Nod. diducere.*

eundem] *Vet. Cod. Boſch. communem:* quae eſt gloſſa. *Sarisber.* habet: *omnium eadem eſſe, ſcilicet idem domicilium* etc.

§. 9, illa] in *C. Colb. abeſt.*

ignota] *Rittersh.* coniicit: *inopinata.*

percuſſa] Alii, monente *Torn. perculſa;* ſed *percutere* etiam *Hor.* l. 1. *Od.* 7, 11. et *Virg.* 1. *Aen.* 513. tropice dicitur; et *Cic.* l. 3. *Ep.* ad *Att.* 12. indicat, metaphoram a vulneribus repetitam: *Percuſſiſti autem me etiam de oratione prolata, cui vulneri, vt ſcribis, medere, ſi quid potes.*

ruptosque] Ita *C. Trag.* et *al. Sarisber. raptosque*, et in marg. *captosque.* Sed *ruptos* eſt melius. *Ouid. Her.* 3, 15. *rupique capillos.* Eundem morem lugentium deſcribit *Statius Thebaid.* l. 6. 144.

*Tergoque et pectore fuſam*
*Caeſariem ferro minuit, ſectisque iacentis*
*Obnubit tenuia ora comis.*

pectus] Ita omnes *Codd.* etiam *Edd. Nod.* neſcio, vnde, *corpus.*

§. 10. Nec] *C. Colb. Non receſſit miles tamen.* *Non* habent quoque *Trag. Leid.* et *Ed. Torn.*

tamen] *C. Trag. tum.*

mulierculae] *C. Colb. multi crede;* forte *mulieri, credo.*

bum, donec ancilla, vini certe ab eo odore corrupta, primum ipſa porrexit ad humanitatem inuitantis victam manum: deinde refecta potione et cibo, expugnare
11 dominae pertinaciam coepit. Et, (Ancilla) Quid proderit, inquit, hoc tibi, ſi ſoluta inedia fueris? ſi te viuam ſepelieris? ſi, antequam fata poſcant, indemnatum ſpiritum effuderis?

Id cinerem aut manes, credis, curare ſepultos?

Vis

certe ab eo] Sic *Cod. Samb. Trag. Ed. pr.* idque poteſt vtcunque ferri, etſi poſitus verborum eſt paullo contortior. *Sarisber.* habet: *humi* (*certum habeo*) *odore;* vel, vti in *Ed. Pariſ prima* legitur: *humi incertum habeo, an vini odore.* Hinc poſſit probari, olim ſcriptum fuiſſe: *vini, certum habeo, odore corrupta,* quae lectio mihi valde arridet, quia haec formula, *certum habeo,* ſaepe occurrit apud *Cic.* talisque affirmatio inſerta narrantis perſonam decet; nam etiam c. 110, 1. *credo* ita interpoſitum eſt, atque ex his verbis, *certum habeo,* vel *abeo*, vti in *Codd.* quibusdam ſcribitur, oriri potuit *certe ab eo. Gronov.* inde efficere malebat: *vini nectareo odore.* Alii habent *incertum ab eodem;* alii *incertum habeo;* quod plane exulat ex *Cod. vet. Tornaeſ. C. Autiſ.* habet *certo ab eo. Putſch.* volebat: *incertum, an ab odore. Bourd.* in *Mſſ.* reperiebat *vici citi,* vnde ille efficiebat *vini cibique,* probante *Gonſal. Douſa* eiicit, libri ſcripti auctoritate, *certe ab eo,* quod abeſt a *Cod. Memm.* vel *vini adeo* legendum exiſtimat, deleto *certe*, quod deeſt in *Leid.* Ab *Hadr.* proponitur: *vini incertum ab eo odore corrupta, an cibo,* vel *incertum adeo. Bongarſii* et *Dionyſii Codd.* exhibent: *incertum, an odore corrupta;* vnde *Boſ h.* coniiciebat: *donec ancilla incertum, an ab vini odore corrupta. Nod.* edidit ex ſuo fortaſſe ingenio: *vini certe grato odore.*

ipſa] deeſt in *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr.*

inuitantis victam manum] Hanc lect. *Cod. Trag. Sarisber.* et *Ed. pr.* recte ſeruarunt *Burm.* et *Nod.* quia etiam *Ouid.* l. 1. *Amor. el.* 2, 20. eadem constructione vtitur:

*Porrigimus victas ad tua iura manus.*

*C. Samb.* et alii, teſtante *Patiſſon.* habent *victa manum*, et hic dicit, vulgo legi *manu.* Poſſit tamen ſcribi: *ad humanitatem inuitanti victam manum.*

§. 11. Et quid] *Samb.* coniicit *Ecquid;* ſed nihil neceſſe.

indemnatum] Scil. *a Parcis,* quae fata ſcribunt homini. *Stat.* 8. *Theb.* 26. i. e. nondum morti deſtinatum. *Virg.* 4. *Aen.* 699.

*Stygioque caput damnauerat Orco.*

Id cinerem — ſepultos] Sic legitur hic verſus in omnibus *Sarisber. Edd.* atque etiam *Patiſſon.* habet: *curare ſepultos.* Hinc equidem hunc verſum reſtitui cum *Hadr.* et *Nod.* vt ſimilior redderetur verſui *Virg.* 4, 34.

Hac

Vis tu reuiuiſcere? vis tu, diſcuſſo muliebri errore,
quamdiu licuerit, lucis commodis frui? ipſum te ia-
centis corpus commonere debet, vt viuas. (Ev- 13
molp.) Nemo inuitus audit, cum cogitur aut cibum
ſumere, aut viuere. Itaque mulier, aliquot dierum
abſtinentia ſicca, paſſa eſt, frangi pertinaciam ſuam:
nec

*Hoc etiam manes credis curare ſepultos?* vnde eum repetitum eſſe, confirmant etiam *verſus Virgiliani* ab eadem c. 112, 2. recitati. Non longe aberrant *Codd. Tornaeſ.* et *Colb.* in quibus legitur: *credis ſentire ſepultos.* At in *Codd. Trag. Leid. Samb.* et *Ed. pr.* vitio librariorum, verba ſic mutata et tranſpoſita reperiuntur: *Id cineres aut manes credis ſepultos ſentire?* atque hos ſecutus eſt *Burm. Sentire* poſſit fortaſſe reſcribi horum auctoritate.

§. 12. Vis tu reuiuiſcere.] Hic adduntur, in *Edd. Burm. Nod.* et aliis, haec verba: *reluctantibus fatis extinctum*, ſolius *Sarisberienſis* auctoritate; nam in omnibus *Codd. Petron.* ea deſunt. Atque equidem putauerim, haec inſerta eſſe ab viro docto perſpicuitatis cauſſa, vti ſupra ad explicanda verba, *crinibus ſparſis*, addiderat, *et turbatis.* Sed hunc locum *Petronii* non videtur recte intellexiſſe, quia haec ad maritum matronae retulit: quod vix poteſt fieri, quia membrum ſequens ad ipſam pertinet; atque hoc additamento nexus vtriusque membri ita perturbatur, vt alterum *vis* explicandum ſit per *an non vis potius?* Totius vero loci contextus requirit, vt vtrumque membrum ad matronam referatur. Nam §. 10. dixerat: *quid tibi proderit: ſi te viuam ſepelieris, ſi ante tempus mortua fueris? hoc enim manes mariti ne ſentient quidem; ſi vero vis reuiuiſcere*, i. e. viua conſeruari: *ipſum corpus mortui te commonere debet*, vel *poteſt, vt vita fruaris*, quippe quod te doceat vitae breuitatem.

vis tu] Pronomen reſtitui ex *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr. Sarisber.* vero vel *vis*, vel, vti in *Ed. Pariſ. prima* reperitur, *visne* legebat. *Burm. Nod.* et alii habent *vis*, omiſſo *tu*. *Gonſal.* putat, poſt *Vis* excidiſſe *iam*, vel *ergo*.

commonere debet] Hoc reſtitui, quia in *C. Trag. Samb.* et *Edd. priorum* lect. *commouere* videtur latere. Praeterea *commonere*, habent *C. Leid.* aliique libri *vett.* obſeruante *Pith.* vnde facile naſci potuit *admonere* in *C. Autiſ.* quod ediderunt *Burm. Nod.* et alii atque adeo *poteſt*, quod habent *Codd. Leid. Tornaeſ.* et *alii*, mihi arridet.

§. 13. audit] i. e. *obedit*, vt apud *Virg. Georg.* I, 514. *nec audit currus habenas.* Temere ex mera coniectura edidit *Nod. obedit.*

cum] Ita *C. Samb. Trag. Leid.* et *Ed. pr. dum.*

aut cibum ſ. a. viuere] *Sarisber.* verba ſic poſita exhibet: *cum viuere cogitur, aut ſumere cibum.*

viuere] Male quidam *bibere*, vt *Schopp.* indicat.

nec minus auide ſe repleuit cibo, quam ancilla, quae prior victa eſt.

## C A P. CXII.

*Eiusdem narrationis continuatio.*

Ceterum ſcitis, quid tentare plerumque ſoleat humanam ſatietatem? Quibus blanditiis impetrauerat miles, vt matrona viuere vellet, iisdem etiam pudi-
2 citiam eius aggreſſus eſt. Nec deformis, aut infacundus iuuenis caſtae videbatur, conciliante gratiam ancilla, ac ſubinde dicente:

Placitone etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem, quorum conſederis aruis?

Quid diutius moror? ne hanc quidem partem corporis mulier

ſe repleuit] *Vet. impleuit ſe cibo*, teſte *Dan.* Sed *C. Samb. Trag. Sarisb. Ed. pr. repleuit*, *et Gloſſar. replebit.*

C.CXII. §.1. quid — plerumque] Vulgo *quod* legi, obſeruat *Samb.* quidam *al. plurimum*, teſte *Patiſſ. C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* verba ita ponunt: *quid plerumque ſoleat tentare humanam* etc. Sed *Sarisb.* haec [verba exhibet eodem, quo *Edd.* noſtrae, ordine.

ſatietatem] Hoc docet *Antiphanes Comicus*, qui dicit: ἐν πλησμονῇ Κύπρις. *C. Trag.* male *ſocietatem.*

viuere vellet] *C. Samb. Tr. Ed. pr. vellet viuere. Iuſtin.* l. 12, 14. eodem modo loquitur: *aegreque ab eo obtentum, vt viuere vellet.*

§. 2. infacundus] *C. Colb. facundus.*

Placitone] Sunt verſus *Annae* ad *Didonem*, *Virg. Aen.* 4, 38. 39.

Nec venit] Totus hic verſus eiectus eſt ex *C. Memm.* fortaſſe, quia non conuenit huic mulieri. Hinc *Cuperus* malebat: *quorum conſueueris aruis*, ratus, tropice hoc dici pro: *te nuptam fuiſſe. C. Colb. conſideris.* Sed cum *Codd.* reliqui, etiam *Sarisb. conſederis* exhibeant, vti in *Virg.* legitur; equidem malim ſumere: hunc verſum eſſe additum ab ancilla, ſenſum plane non curante, vel alium illi affingente, vt hunc: *non meminiſti, te verſari in ea terra, in qua viduae opprimantur?*

ne] *C. Memm. Leid.* et *Douſ. nec*

hanc partem] *Aurat.* ſuſpicatur, quaedam deeſſe; ſed *hanc partem* dixit honeſte pro nomine, huic parti proprio: tales vero ellipſes, in rerum obſcenarum mentione, ſunt ſolemnes. Infra c. 132, 12. de eadem *parte* circumlocutione vti maluit: *cum ea parte corporis, quam ne ad cogitationem quidem admittere ſeverioris notae homines ſolent.*

corporis] *Schopp.* proponit *torporis*; inepte! *Heinſ.* hunc locum

mulier abſtinuit, victorque miles vtrumque perſuaſit.
Iacuerunt ergo vna, non tantum illa nocte, qua nu- 3
ptias fecerunt, ſed poſtero etiam ac tertio die, prae-
cluſis videlicet conditorii foribus, vt, ſi quis ex notis
ignotisque ad monumentum veniſſet, putaſſet, expi-
raſſe ſuper corpus viri pudiciſſimam vxorem. Ce- 4
terum delectatus miles, et forma mulieris, et ſecreto,
quidquid boni per facultates poterat, coëmebat; et
prima ſtatim nocte in monumentum ferebat. Ita- 5
que cruciarii vnius parentes, vt viderunt laxatam cu-
ſtodiam,

cum ita emendat: *ne haec quidem puerilem partem corporis abſtinuit;* intelligitque partem poſteriorem, temere!

mulier] Hoc quidem loco ponit hoc voc. *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *Sarisber. Nod.* vero poſt *quidem; Burm.* illud plane omittit.

vtrumque] *Heinſ. vtramque.* Sed *vtrumque* indicat *cibum* et *nuptias.*

§. 3. Iacuerunt] Ita quidam *Codd.* recte, quia *iaceo* etiam c. 26, 4. ſic dicitur: *cum incluſi iacerent.* cf. etiam c. 81, 6. *iacent nunc amatores.* Alii, vt *C. Samb. Trag. latuerunt*, quia has voces librarii ſolent confundere.

ſed poſtero etiam] *Sarisber. ſed poſtera etiam et tertia. C. Memm. ſed et poſtero etiam ac.*

videlicet] *C. Leid. ſcilicet.*

vt ſi quis] Sic ex *C. Samb. Trag. Ed. pr.* recte edidit *Burm. Nod. quisque* ex *Cod. Autiſiod.* vti etiam habet *Sarisber.* ſed, hoc recepto, cum eodem *veniens*, pro *veniſſet*, legendum eſſet; vel concedendum, etiam *Petron.* vt *recentiores*, *quisque* pro *quicunque* vſurpaſſe, *C. Donſae* et *alii*, *Leid.* et *Memm.* notante *Pith. quisquis*, i. e. *quicunque*, quod eſt rectius.

ex notis ignotisque] Ita iam habet *Putean.* Verum in *Cod. Samb.* et *Ed. pr.* legitur *ignotis cognatisque*, et *Samb.* coniicit, *notis* pro *ignotis*, quod fortaſſe ortum eſt ex veteri ſcriptura *gnotis. Trag. ignotis cognitisque* habet. Sed *noti* et *ignoti* ſaepius iunguntur ita, vt *noti* primo loco ponantur, vt *Cic.* 1. *Verrin.* 7. *putabam, non ſolum notis, ſed etiam ignotis, probatam meam fidem eſſe. Douſa* emendat, *notis agnatisque. Lipſ. agnatis cognatisque.*

§. 4. et forma] *et* deeſt in *Colb.*

mulieris] exulat ex aliis libris, etiam ex *C. Trag.* et *Ed. Burm.* Sed equidem hoc addidi ex *C. Memm. Sarisber. Ed. pr.* et *al.* cum *Nod.* et *Hadr.* quia non commode poteſt abeſſe.

per fac. poterat] Alii, nominatim *Samb.* et quatuor *Codd.* a *Boſchio* inſpecti, etiam quidam libri, teſte *Patiſſon.* addunt *habere;* quod ſapit gloſſam.

§. 5. cruciarii] Ita *Codd. Samb. Trag.* et *al.* teſte *Putean.* id etiam in *C. Autiſ. cruciariae* ineſt. Idem verbum reperitur *in Sen.* l. 3. *Controuerſ.* 6. vbi ſic dicuntur *in crucem ſublati;* alibi etiam hoc voc. vſurpatur de *digno cru-*

ſtodiam, detraxerunt nocte pendentem, ſupremoque
6 mandauerunt officio. At miles, circumſcriptus dum
reſidet, vt poſtero die vidit vnam ſine cadauere cru-
cem: veritus ſupplicium, mulieri, quid accidiſſet,
exponit: nec ſe exſpectaturum Iudicis ſententiam, ſed
gladio ius dicturum ignauiae ſuae: commodaret modo
illa perituro locum, et fatale conditorium familiari,
7 ac viro faceret. Mulier non minus miſericors,
quam pudica: (MVLIER) Nec iſtud, inquit, Dii
ſinant, vt eodem tempore duorum mihi cariſſimorum
homi-

*ce.* In marg. *C. Trag.* et textu *Sariſb.* legitur *cruciati*, quod reperitur in *C. Samb.* et *Ed. pr.* Hoc ſi defenderetur; ad parentes eſſet referendum.

§. 6. At miles] *Tornaeſ.* et *Memm. ac miles.*

circumſcriptus] Ita *Codd. Samb. Trag. Sariſb. Ed. pr.* idque recte ſe habet; nam *circumſcribere* ſignificat *decipere*, vt *Cic. Roſc. Com.* 8. Sed vnus *Cod. Boſch.* et *alii* habent *circumſpectus*, quae varia lectio etiam ad *Sariſb.* eſt notata, eaque arridet quibuſdam, edita quoque eſt a *Nod.* in *Ed. pr.* quia ironice hic miles *incautus* ſic dici poterat. Neque ego dubitarem, hanc lect. praeferre, ſi liceret totum locum ita legere: *At miles circumſpectus dum rediiſſet poſtero die, vidit vnam* etc. Alii *libri vett. Patiſſon.* teſte, habent *circumpectus*, ita etiam *Tornaeſ.* qui in marg. exhibet *pecus;* putatque *Guilielm.* in *Bacchid. Quaeſt.* c. 2. *circumpectus* a *circumpectere*, eſſe idem, quod *circumuentus*, *defraudatus;* at *Putſchius circumſpectus*, aut *circumſpectans* malebat.

reſidet] *C. Leid.* et *Sariſb. deſidet*, quod, quia *Sueton. Iul.* c. 11. et alibi, dicitur de iis, qui vltra debitum morantur, huic loco eſt valde aptum; ſed *reſidet* etiam poteſt dici de milite, vltra tempus commorato apud matronam.

quid] Ita quidam, etiam *Nod.* pro *quod*, lect. *C. Samb. Trag. Ed. pr.* etiam *Burm.* ediderunt; recte, quia ſi *quod* legeretur, *acciderat* ſcribendum eſſet.

commodaret] Ita *C. Autiſ. Tornaeſ.* quod requirit ſequens *faceret. Ed. pr.* habet *commodet*, addicentibus *Codd. Memm.* et *Leid.* hinc ortum *commode*, quod erat in *Cod. Samb.* et *al.* Sed *commodaret* confirmatur etiam *Cod. Trag.* vitioſa ſcriptura: *commendaret. Sariſb.* habet: *commendans, modo perituro locum prouideret;* quibus verbis obſcurum hoc loco verbum *commendaret* circumſcribitur.

illa] deeſt in *C. Colb.*

fatale] *Anonym. familiare* mauult.

faceret] Ita plerique; quidam, teſte *Patiſſ. faciat;* nominatim *Memm.* et *Leid.*

§. 7. Nec] *Heinſ. Ne iſtud,* atque ſic *C. Samb.* Sed etiam c. 103, 1. legitur: *Nec iſtud dii hominesque patiantur, Eumolpus exclamat:* ſcilicet, *et*, quod in *nec* latet, pertinet ad *inquit*, *ne*

vero

hominum duo funera ſpectem: malo mortuum impendere, quam viuum occidere. (Evmolp.) Secun- 8
dum hanc orationem iubet, corpus mariti ſui tolli ex arca, atque illi, quae vacabat, cruci affigi. Vſus eſt miles ingenio prudentiſſimae feminae; poſteroque die populus miratus eſt, qua ratione mortuus iſſet in crucem.

## CAP. CXIII.

*Lycas iraſcitur; Tryphaena Gitona oſculatur. Encolpius contemtus luget; Dominus eum amare incipit. Ancilla autem eundem ab amore feminae alicuius auocat, timentem Eumolpi carmina.*

(Encolp.) Riſu excepere fabulam nautae, et erubeſcente non mediocriter Tryphaena, vultum ſuum ſuper ceruicem Gitonis amabiliter poſuit. At non 2
Lycas riſit, ſed iratum commouens caput, (Lycas) Si

vero ad *ſinant.* Verum *inquit* deeſt in *C. Trag.* quo omiſſo, neceſſario eſſet legendum: *ne iſtud.*

hominum duo] Has voces *Codd. Leid. Memm.* et *Douſ.* non agnoſcunt; ſed iſta repetitio, *duorum — duo funera*, animo commoto, cui iam vnum funus erat terribile, eſt valde apta; eaque reperitur in reliquis *Codd.* et apud *Sarisb.*

impendere] *Bourd.* mauult *pendere;* temere, nam c. 102, 7. *Petron.* dixit *ſpiritum impendere,* pro *morti condonare.*

§. 8. Secundum] In *C. Trag.* ex huius voc. compendio ortum eſt *ſed.*

orationem] *Sarisb. rationem;* ſed in eius *Edd.* etiam varia lect. *orationem* commemoratur; quae eſt verior.

iubet — arca] In *C. Samb. Trag. Sarisb.* et *Ed. pr.* hic eſt ordo verborum: *iubet ex arca corpus mariti ſui tolli.*

ex arca] Ita *C. Samb. Trag. Ed. pr.* alii *arca*, quod habet etiam *Sarisber. Ed. pr. Pariſ. C. Coib. ex aurea corpus m. ſ. t.*

Vſus eſt] *Ed. pr. Pariſ. Sarisber.* addit *ergo.*

in crucem] *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr. ad crucem.* Sed etiam c. 137, 2. occurrit: *ibis in crucem.*

C. CXIII. §. 1. erubeſcente] Coniici poſſit *erubeſcens;* ſed eadem conſtructione vſus eſt *Petron.* c. 76, 10. *nolente me exorauit;* et *Flor.* l. 4. c. 1. *ſeque palam profeſſo, incendium ſuum reſtincturum minaretur.*

ſuum] deeſt in *Leid.*

poſuit] *Nod.* edidit *ponente* cum *Hadr.* copula *et* ante *erubeſcente* deleta, et *que* vocabulo *vultum* addito.

§. 2. commouens] vt faciunt, qui aliquid improbant.

Si iuſtus, inquit, Imperator fuiſſet, debuit patrisfa-
miliae corpus in monumentum referre, mulierem affi-
3 gere cruci. (Encolp.) Non dubie redierat in ani-
mum cubile, expilatumque libidinoſa migratione naui-
4 gium. Sed nec foederis verba permittebant memi-
niſſe; nec hilaritas, quae praeoccupauerat mentes,
5 dabat iracundiae locum. Ceterum Tryphaena, in
gremio Gitonis poſita, modo implebat oſculis pectus,
6 modo concinnabat ſpoliatum crinibus vultum. Ego
moeſtus, et impatiens foederis noui, non cibum,
non

mulierem] *C. Memm.* praemittit *et*, non male.

cruci] *Flauianus* tradit, *mulierem impietatis ſuae, et ſceleris parricidalis, et adulterii poenas dediſſe*; vt *Sarisber.* docet.

§. 3. cubile] Hanc lectionem, quam *Patiſſon. Torn.* et *Anon.* in *Mſſ.* ſe reperiſſe, teſtantur, equidem recepi, quia reliquae nullum ſenſum admittunt: *expilatum* autem *cubile* commode poteſt dici lectus, cui ſubrepta erat vxor *Tryphaena*, videtur ergo ea rapta, vel vi abducta ab *Encolpio*; idque nauigio, quod et ipſum per huius *peregrinationis libidinoſae*, vel libidinis cauſſa factae, occaſionem expilatum videtur. Hoc vero nauigium *Schopp.* putat a *Lyca Iſidi* conſecratum, et largis muneribus oneratum, pro more iſtius temporis, cuius mentionem facit *Lactant* l. 1, 11. *Ed. Walch.* p. 72. *certus dies habetur in faſtis, quo Iſidis nauigium celebratur.* Atque haec opinio confirmatur c. 106, 2. vbi *Lycas* iraſcitur *Encolpio et Gitoni, memor vxoris corruptae*; et c. 114, 5. vbi *Lycas Encolpium* rogat, *vt veſtem, illam diuinam ſiſtrumque reddat nauigio.* In *C. Autiſ.* reperiebatur: *E le. C. Samb. Trag.* et *Ed. pr* habent *edile*, *Leid.* et *al.* teſtante *Pith. hedile*; vnde efficiebat *Aurat. debile*; *Anonym. Hedylie* vel *Edilie* vel *Hedylii*, quia perſonam comicam hic ſuo loco eſſe putat. *Douſa P.* recepit *moechile*, quod putat eſſe idem, quod *moechimonium*. *Cupero* primum in mentem veniebat *aedes*, i. e. templum, quod, vt ipſe *Encolpius* c. 130, 2. fatetur, violauerat; ſed poſtea ille praetulit *cubile*; quod eodem, quo ego, ſenſu dictum putat.

libidinoſa] *C. Trag. libidines*, forte *libidinis*.

§. 4. praeoccupauerat] *C. Memm. Colb.* et *Leid. occupauerat*, quod eſſet melius.

§. 5. in gremio] vt noua nupta. *Iuuenal. Sat.* 2. 120.

modo] reſcripſi ex *C. Samb.* quia ob praecedens *modo* eſt melius, atque *interdum*, quod habet *C. Trag.* et *al.* etiam edidit *Burm.* cum *Nod.* eſt gloſſa huius vocabuli.

concinnabat] Ita *C. Trag.* idem in lectione *Cod. Samb. concernebat*, et *Ed. pr. concrunabat* latet.

ſpoliatum] Sic *C. Trag.* et alii, teſte *Pith. C. Memm. ſpoliatis*, male!

vultum] Inde ab hoc voc. deſunt reliqua in *Codd. Trag. Colb.*

non potionem capiebam, ſed obliquis trucibusque ocu-
lis vtrumque ſpectabam. Omnia me oſcula vulne- 7
rabant, omnes blanditiae, quascumque mulier libidi-
noſa fingebat; nec tamen adhuc ſciebam, vtrum ma-
gis puero iraſcerer, quod amicam mihi auferret, an
amicae, quod puerum corrumperet. Vtraque inimi-
ciſſima oculis meis, et captiuitate praeterita triſtiora.
Accedebat huc, quod neque Tryphaena me alloque- 8
batur, tanquam familiarem, et aliquando gratum ſibi
amatorem, nec Giton, me aut tralatitia propinatione
dignum iudicabat, aut, quod minimum eſt, ſermone
communi vocabat: credo, veritus, ne inter initia
coëuntis gratiae recentem cicatricem reſcinderet. In- 9
undauere pectus lacrymae dolore paratae, gemitusque,
ſuſpirio tectus, animam paene ſubmouit. *[Moerenti
tamen mihi, cum nouum decus adderet flauum corym-
bion, Lycas nouo etiam incenſus amore, amaſiis oculis
sui nictitabat, et]* In partem voluptatis tentabat ad- 10
mitti, nec Domini ſupercilium induebat, ſed amici
quaerebat obſequium, *[et diu fruſtraque tentauit: tan-
dem omnino repulſus, amorem vertit in furorem, et vi
gratiam extorquere conatus eſt, cum inexpectata Try-
phaena,*

*Colb. Samb.* et *Ed. pr.* vsque ad c. 118, 1. *Multos* etc.

§.6. non potionem] *C. Memm. nec.* vtrumque] et *Gitonem* et *Tryphaenam.*

§. 7. captiuitate] in qua fuerant *Encolpius* et *Giton*, cum *Lycae* nondum placati, naue quaſi capti tenerentur.

§. 8. vocabat] *Anonymo* ap. *Hadr.* videbatur *vocabat* delendum, vel *ſermoni communi vacabat* legendum; ſed temere: queritur, quod ipſum ne appellauerit quidem allocutione vulgari, qua vnumquemque appellamus.

*cicatricem*] *Tryphaenae*, vt videtur; ille timebat, ne cicatricem, quae remanſerat in animo *Tryphaenae* ex vulnere, vel dolore, ex eius fuga percepto, *reſcinderet*, (quod verbum proprie dicitur de vulnere, quod ſecando aperitur) i. e. ne dolorem priſtinum renouaret, ſi familiaritatem, quae ipſi cum *Encolpio* olim intercesſerat, videretur denuo contrahere, cum ipſo colloquendo.

§. 9. paratae] Quid, ſi legeretur *partae?*

ſubmouit] Hic quaedam deeſſe, certum eſt; quia, quae ſequuntur, non de *Gitone*, ſed de *Lycæ* agunt, qui olim dominus *Encolpii* fuiſſe videtur.

*phaena, oppido ingreſſa, illius procacitatem notauit. Ille perturbatus diligenter amicitur, et fugit. Hinc Tryphaena, maiori libidine concitata,* (TRYPHAENA) *quo pertinet, inquit, illa petulans Lycae molitio?* (ENCOLP.) *et fari coëgit: narratione ardentior facta, et antiquae familiaritatis memor, ad priſtinas me voluit reuocare voluptates. Aſt ego, tot voluptatibus fatigatus, illius blanditias reſpui. Illa autem amore furens, amplexu effuſiſſimo me inuaſit, et tam arcte me complexa eſt, vt ſubito exclamauerim. Ex ancillis vna ad clamorem accurrit, facileque credidit, me, quam gratiam Dominae negaueram, ab ea extorquere conari; et irrumpens amplexus ſoluit. Tryphaena ſic repudiata, furorisque libidinoſae impatiens, durius me excepit, et, additis minis; conuolat ad Lycam, vt eum in me magis commoueret, meque vindicta communi inſectarent. Scies autem, me olim huic ancillae acceptiſſimum fuiſſe, cum Dominae familiaris eram: itaque iniquo tulit animo, me cum Tryphaena deprehendiſſe, et gemitus duxit altiſſimos, quorum ardenter cauſam ſciſcitatus ſum,*]

11 Dum ancilla reſtitans in haec erupit: (ANCILLA) Si quid ingenui ſanguinis habes, non pluris illam facies, quam ſcortum: Si vir fueris, non ibis ad ſpurcam. (ENCOLP.)

§. 11. Dum — erupit] Hoc fragmentum *Pariſinae Editionis*, alienum ab *Edd.* vetuſtiſſimis, hic inſertum eſt etiam a *Gonſalio*, quia huic loco conuenit; videntur enim haec verba commode tribui ancillae, quae *Encolpii* amorem captatura, in odium adducere conabatur *Tryphaenam*. Sed cum ante haec verba quaedam exciderint: non poteſt certo pronunciari, quaenam hic loquatur?

Dum] forte *Tum*.

ancilla] *Nod. illa.*

ſcortum] Ita reſcripſi cum *Nod.* quia haec lectio, contextui valde apta, videtur latere in *C. Memm. ſportum*, et in aliorum *ſportam*, quod *Burm.* cum *Hadr.* aliisque edidit. *Putſchius* malebat *ſcorium*. *Anonymus, ſporiam* vel *ſporium* pro *ſpurium*, niſi quis malit *ſporam* vel *ſporum*. *Boſch.* probat *ſpuriam*. *Douſa* legebat *foriam*, vti antique dicitur *ſtercus*. *Scaliger* margini adſcripſerat: *ſpingem*.

vir] ſc. honeſtus; vel *vir* eo ſenſu, quo *Polyaenus* c. 129. 1. dicit: *non intelligo, me virum eſſe.*

ad ſpurcam] Hanc lect. quorundam,

(ENCOLP.) Haec animi pendentem angebant. Sed me 12
nihil magis pudebat, quam ne Eumolpus ſenſiſſet,
quidquid illud fuerat, et homo dicaciſſimus carmini-
bus vindicaret creditam noxiam: *[hoc enim ardens ſtu-*
*dium haud dubie me traduxiſſet, et illud valde time-*
*bam. Cum autem apud me perpenderem, quo pacto,*
*ne id reſciret Eumolpus, efficere poſſem, ecce ſubito*
*ipſe ingreditur rei peractae haud ignarus: Tryphaena*
*enim omnia Gitoni retulerat, ipſaque repulſae meae*
*penſationem, fratris ſumtibus, habere tentauerat:*
*vnde vehementer excandeſcebat Eumolpus, et eo magis,*
*quod petulantiae illae ſignatum foedus aperte violarent.*
*Cum Senex me conſpexit, ſortem meam dolens, narra-*
*re iuſſit, vt res ſe habuerat. Lycae ergo ſtuproſam*
*petulantiam, Tryphaenaeque libidinoſum impetum iam*
*bene monito ingenue expoſui: quibus auditis,]* Iurat 13
Eumolpus verbis conceptiſſimis, *[ſe nos haud dubie*
*vindicaturum, et Deos aequiores eſſe, vt tot crimina*
*paterentur impunita.]*

rundam, vt teſtatur *Patiſſon.* librorum, malui edere cum *Nod.* quam *ſpuitam* cum *Burm.* quia obſcena et turpis mulier ſic dicitur; *Boſch.* etiam *ſpurcam*, vel *ſpurcum* probat. Alii malebant *ſportam. C. Memm.* habet *ſpintham;* hinc quidam *ſpintriam*, probante *Douſa*, quia *ſpintriae*, *Suet. Tib.* 43 *monſtroſae libidinis mancipia* dicuntur; quae lect. etiam mihi arridet. *Burm.* proponit *ſputum*, opinatus, ſic poſſe dici contemtiſſimam mulierem.

§. 12. Haec — Sed] Etiam haec abſunt ab *Edd.* antiquiſſimis.

angebant] Ita *Burm. Nod. Hadr. al.* Sed *Reisk.* edidit *agebant*, niſi forte hoc ſit vitium operarum.

pudebat] *Douſa* coniicit *vrebat.*

creditam noxiam] In his verbis quoque eſt additamentum *Edd.* recentiorum.

§. 13. conceptiſſimis] i. e. verbis tam expreſſe pronunciatis, quaſi ſolemnem iurisiurandi formulam, alio ipſi praeeunte, recitaret; non obiter inſerto voc. *Me Hercules!* aut ſimili. Etiam *Plaut. Pſeud.* 1. 3, 119. dixit, *conceptis verbis iurare;* et *Cic.* pro *Cluent.* c. 48. *conceptis verbis peierare.*

## C A P. CXIV.

*Tempeſtate orta, Lycas Encolpium rogans, vt veſtem diuinam et ſiſtrum reddat, in mare excutitur; Tryphaenam ſerui in ſcapha abducunt. Encolpius naufragium veritus, Gitona amplectitur et oſculatur. Hic vtrumque zona praecingit, vt iuncti pereant. Eis autem, naui fere euerſa, piſcatores ſuccurrunt.*

Dum haec taliaque iactamus, inhorruit mare, nubesque vndique adductae, obruere tenebris diem. Diſcurrunt Nautae ad officia trepidantes, velaque tempe-
2 ſtati ſubducunt. Sed nec certos fluctus ventus impulerat: nec, quo deſtinaret curſum, Gubernator ſcie-
3 bat. Siciliam modo ventus dabat, ſaepiſſime Italici littoris Aquilo poſſeſſor conuertebat huc illuc obnoxiam ratem: et, quod omnibus procellis periculoſius erat, tam ſpiſſae repente tenebrae lucem ſuppreſſerant, vt ne proram quidem totam Gubernator videret.
4 Itaque, Hercules! poſtquam tempeſtas conualuit, Lycas

C. CXIV. §. 1. inhorruit] *Sen.* l. 8. *excerpt. contr.* 6. *Subito fluctibus inhorruit mare — Dimiſſa eſt nox coelo.*

officia] Al. *officium.*

§. 2. nec certos] *Non certi fluctus* ſunt, explicante *Burm.* *qui inopem conſilii, et quid ſperare debeat, incertum faciunt gubernatorem*, vti ap. *Hor.* l. 2. *Od.* 16, 3. *certa ſidera* ſunt, *ad quae curſus nauis dirigi poteſt.* *Iungermann.* mauult *certus;* hoc vero voc. plane deeſt in *C. Memm.*

curſum] *Lucan.* l. 5, 645.

*Neſcitque magiſter,*
*Quam frangat, cui cedat aquae,*
*Vt cum mare poſſidet Auſter*
*Flatibus horrificis.*

Eadem figura dixit *Hor.* 1. *Od.* 3, 15. *arbitrum Adriae Notum.*

§. 3. dabat] *Torn.* tradit, *al.* habere *oſtendebat;* ſed hoc eſt gloſſatoris.

Italici] *Tornaeſ. in oram Italici lit.*

poſſeſſor] eleganter pro perpetuo eius infeſtatore. *Lucan.* l. 2. 454.

obnoxiam] *C. Memm. ad noxiam.*

ratem] *Torn. proram. Leid. partem.*

periculoſius] *Vet. Cod. Douſae, procelloſius.*

§. 4. tempeſtas] Hoc voc. equidem reſtitui, quia illud contextus requirit, idque in vocabulo *manifeſta* latere videtur, orto ex compendio voc. tempeſtas, *t* ab initio, *s* a fine ſublato, et *p* propter ſoni ſimilitudinem cum *f* commutato. *Pith.* malebat: *maris aeſtus conualuit*, *Meurſ.* *inualuit.* *Putſchius* et *Cuperus:* *tempeſtas manifeſta*, quod probat *Burm.* qui putat, ſic dici *tempeſtatem grauem;* ſed mihi et hoc et aliud epitheton moleſtum videtur, cum addatur *conualuit*, i. e. *grauis reddita* eſt; praeterea audacius

cas trepidans ad me ſupinas porrigit manus: et,
(Lycas) Tu, inquit, Encolpi, ſuccurre periclitanti- 5
bus, id eſt: veſtem illam diuinam, ſiſtrumque redde
nauigio. Per fidem, miſerere, quemadmodum qui-
dem ſoles. (Encolp.) Et illum quidem vociferan- 6
tem in mare ventus excuſſit, repetitumque infeſto gur-
gite porcella circumegit, atque hauſit. Tryphae- 7
nam autem prope iam fideliſſimi rapuerunt ſerui, ſca-
phaeque

dacius videtur, inſerere totum vocabulum, quam ex *manifeſta* efficere *tempeſtas;* cum omnes *Codd.* habeant, vti in *Ed. Burm.* eſt editum, *manifeſta*, nullo alio voc. addito, exceptis *Mſſ. Bourdelot.* qui exhibere dicuntur: *poſtquam ſpes omnis manifeſto euolauit:* quam lectionem et ego cum *Gonſal. Hadr. Nod.* et *al.* recepiſſem, niſi fides *Codd. Bourd.* quos nemo praeter eum vidit, in dubitationem vocaretur. *Reisk.* edidit *nox manifeſta* ex ſuo ingenio.

trepidans] alii, teſte *Patiſſ.* *trepidus.*

veſtem illam] *Scriuer.* mauult: *Iſidem illam.* At *veſtis deae*, fortaſſe *Iſidis*, ab *Encolpio* rapta, videtur intelligenda: quam vult deae reddi, vt ira eius, per quam tempeſtas orta videbatur, placaretur.

ſiſtrumque] crepitaculum aeneum, quod ea, vti ſacerdotes eius, geſtabat. Nam *Apul.* l. 11. *Ed. Elmenh.* p. 258. *Iſis*, e mari emergens, ita depingitur: *Dextra quidem ferebat aeneum crepitaculum: cuius per anguſtam laminam, in modum balthei recaruatam, traiectae mediae paucae virgulae, criſpante brachio, tergeminos ictus, reddebant argutum ſonorem.* Mirifice conſpirant haec cum *ſiſtri* imagine, quae apud *Gruter.* exhibetur p. 82. n. 3. et 4.

quidem] *Böſch.* reperiebat ad oram libri *quondam.*

§. 6. Et illum quidem] *Barth.* ad *Stat.* 5. *Theb. verſ.* 421. arbitratur, haec coniungenda cum §. 3. *videret, et illum quidem* etc. §§. autem 4. 5. a librariis eſſe interpoſitas; ſed hoc non eſt probabile, cum non gubernatorem, ſed *Lycam* ſubmerſum eſſe, ex c. 115, 11. appareat.

repetitumque] i. e. *bis, terue in gyrum circumactum.* In animo habuiſſe videtur *Virg. Aen.* 1, 120.

*Illum ter fluctus ibidem*
*Torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vortex.*

Poſſit alicui in mentem venire *raptatumque;* ſed *repetitum* recte ſic dici, ex *Liv.* l. 4. c. 19. *repetitumque ſaepius cuſpide ad terram adfixit:* et aliis locis *Heinſ.* demonſtrat.

§. 7. prope iam] Ita *Codd.* omnes; quibus verbis *Burm.* arbitratur indicari, eam *prope excuſſam* rapuiſſe ſeruos; at ſi nihil excidit: *prope* ad *rapuerunt* eſt referendum: i. e. eam inuitam, prope vi adhibita, ſcaphae impoſuerunt. Vir doctus in *Cod. Almelouenii*, etiam *Palmer.* malebat *propere iam*, quod et mihi in mentem venerat, et quod *Nod.* edidit, deleto *iam.* *Barth.* cum *Guilielm.* et aliis malebat *properam*, antique pro *propere;* ſed veteres dixerunt *properatim* et *properiter;* neque *Encolpius*, vt

phaeque impoſitam, cum maxima ſarcinarum parte, ab-
8 duxere certiſſimae morti. Ego, Gitoni applicitus, cum clamore fleui: et, Hoc, inquam, a Diis meruimus, vt nos ſola morte coniungerent; ſed non cru-
9 delis Fortuna concedit. Ecce! iam ratem fluctus euertet. Ecce! iam amplexus amantium iratum diuidet mare. Igitur, ſi vere Encolpion dilexiſti, da oſcula, dum licet, et vltimum hoc gaudium fatis pro-
10 perantibus rape. Haec vt ego dixi: Giton veſtem depoſuit, meaque tunica contectus, exſeruit ad oſculum caput; et, ne ſic cohaerentes malignior fluctus diſtraheret: vtrumque zona circumuenienti praecin-
11 xit: et, (GITON) Si nihil aliud, certe diutius, inquit, iuncta nos mors feret; vel, ſi voluerit, miſe-

vt *Trim.* amat *archaismos.* *Cuperus* malebat: *Tryphaenam autem properantes ſ. r. ſ.*

abduxere] Alii *abduxerant.*

certiſſimae morti] i. e. *in certam mortem*, et periculum, quod non euaſiſſe videtur, etſi eius nulla ſit mentio.

§. 8. *Ego Gitoni*] Haec verba ſunt inſerta ab editoribus recentioribus, ſi non ex *Cod.* aliquo, certe ex coniectura valde probabili; quia *Encolpium* hic agere cum *Gitone*, ex §. 10. intelligitur. Atque *Bourdel.* quidem teſtatur, ſe voc. *Gitoni* in *Mſſ.* reperiſſe. *Putſchius* et vir doctus in *Cod. Almelouenii* malebant: *Ego certiſſimae morti applicitus.*

ſed non] *Burm.* ſuſpicatur *ſed ne hoc*, pro *ſed ne hoc quidem.*

§. 9. diuidet] *C. Leid. diuidit.*

da] Ita pro *Edd. vett.* et *Codd.* *ad* edidi, tranſpoſitione facili admiſſa, cum *Nod.* et *Hadr.* quia non auſim cum *Barth.* *ad oſcula* ex formula, *ad arma*, explicare. *Burm.* qui ſeruauit *ad*, putat, aliquid excidiſſe: equidem vero arbitrer, potius *ad* eſſe delendum; vel pro eo *et* legendum, ſi *vltimum hoc gaudium* ab *oſculis* diſtingui, atque *amplexum*, *oſculis iunctum*, ſignificare poſſit. In *C. Leid.* poſt *licet* excidit *et.* *Reisk.* edidit, *admoue oſcula.* Eodem vero modo dixit *Mart.* l. 7. *ep.* 46, 11.

*Viue velut rapto, fugitiuaque gaudia carpe.*

§. 10. diſtraheret] Al. *detraheret.*

§. 11. iuncta nos mors] Hanc lect. antiquam cum *Burm.* ſeruavi, quia *hypallage: iuncta nos mors*, pro *nos iunctos mors*, *Petronio* digna, *proſopopoeia* autem, *mors nos feret*, pro *nos mortui feremur*, valde eſt ſolemnis; neque temere *mors*, *miſericors* dicitur, quae, quia non dirimit mortuos, zona iunctos, poteſt dici efficere, vt expellantur ad idem littus. *Petr. Faber* malebat: *iunctos nos mare*, quod edidit *Nod.* ſuadente etiam *P. Daniele;* idque etiam *Burm.* placet.

miſericors, ad idem littus expellere: aut praeteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit, aut, quod vltimum eſt, iratis etiam fluctibus, imprudens arena
componet. (Encolp.) Patior ego vinculum ex- 12
tremum, et, veluti lecto funebri aptatus, exſpecto
mortem iam non moleſtam. Peragit interim tem- 13
peſtas mandata fatorum, omnesque reliquias nauis expugnat. Non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis, aut remus: ſed quaſi rudis atque infecta
materies ibat cum fluctibus. Procurrere piſcatores, 14
paruulis expediti nauigiis, ad praedam rapiendam: deinde

cet. *Reisk.* edidit: *iuncta nos morte feret* (ſc. fluctus.)

miſericors] *Burm.* credit, excidiſſe *Deus*, vel *ſors*

expellere] *Reisk.* edidit: *expellet.*

tralatitia humanitate lapidabit] Temere quidam malunt: *tralatitia humatione*; nam lect. *Codd.* habet ſenſum hunc commodum: *humanitate vulgari lapidibus, vel arena exigua obruet.* Hoc explicat *Quinct. in aegro redemto Declam.* 5. *Hinc et ille venit affectus, quod ignotis cadaueribus humum congerimus, et inſepultum quodlibet corpus nulla feſtinatio tam rapida transcurrit, vt non quantulocunque veneretur aggeſtu.* Alii pro *lapidabit*, teſte *Torn.* habent *tumulabit*, quae eſt gloſſa.

quod] Ita recte editum eſt ex *Cod. Leid. Hadr.* edidit *quae.* Senſus eſt: *id, quod denique etiam faciunt fluctus irati*, vel exaeſtuantes; vt indicat *Quinct. Declam.* 6. *Non ſepelis? Vide, quaeſo, ne, dum litigas, arenam fluctus aggerat;* et *Sen. Excerpt. Contr.* 8, 4. *Omnibus natura ſepulturam dedit, naufragos idem fluctus, qui expulit, ſepelit.*

imprudens arena] non conſcia huius officii arena, vento temere allata. De eadem re *Prop.* l. 3. 7, 26.

*Paetum ſponte tua, vilis arena, tegas.*

§. 13. arbor] *Anon.* coniicit *malus;* atque putat, *arbor*, ad marginem notatum, irrepſiſſe. Sed non tantum poëtae, verum etiam iurisconſulti, *arborem* pro *malo* poſuerunt. vid. *l.* 3. *l.* 6. *D. de leg. Rhod.* atque *Frontin.* l. 2. *Stratagem.* c. 5, 46. *Hoſtes procul conſpicati numerum arborum, et ex eo nauium quoque coniectantes.*

fluctibus] Poſt hoc voc. in *Ed. Burm.* et *Hadr.* inſerta ſunt haec: *Hoſpites veluti conclamans.* Quia vero a mala fortaſſe manu intruſa, abſunt ab *Ed. Tornaeſ.* et aliis vett. ea eieci cum *Nod.* eo impunius, quia nec cum ſuperioribus, nec cum ſequentibus cohaerent, atque nexum, qui, his eiectis, non deſideratur, perturbant.

§. 14. Procurrere] Ita pro *percurrere*, legendum eſſe, iam vidit *Richard.*

inde, vt aliquos viderunt, qui ſuas opes defenderent, mutauerunt crudelitatem in auxilium.

## C A P. CXV.

*Eumolpum, ſub diaeta magiſtri verſus facientem, inuitum extrahunt. Triſti nocte exacta in caſa piſcatoria, mane videt Encolpius Lycae corpus ad littus deferri, quod, philoſophatus de morte, homines ſubito opprimente, et de ſepultura, in rogo adolet.*

Audimus murmur inſolitum, et ſub diaeta ma-
2 giſtri, quaſi cupientis exire belluae gemitum. Per-
ſecuti igitur ſonum, inuenimus Eumolpum ſedentem,
3 membranaeque ingenti verſus ingerentem. Mirati
ergo, quod illi vacaret in vicinia mortis, poëma facere,
extraximus clamantem, iubemusque bonam habere
4 mentem. At ille interpellatus excanduit, et, (Eumolp.) Sinite me, inquit, ſententiam explere; labo-
5 rat carmen in fine. (Encolp.) Iniicio ego phre-
netico manum, iubeoque Gitona accedere, et in ter-
6 ram trahere Poëtam mugientem. Hoc opere tan-
dem

C. CXV. §. 1. Audimus] Huic voc. in *Edd. Burm. Nod.* et *al.* praemittuntur haec: *Tum vocum concurſu facto.* Verum neque haec admittunt ſenſum commodum, quia non *concurſus vocum* effecit, vt audirent poëtam, quare *Reisk.* pro *facto* malebat *ſedato.* Equidem autem etiam haec verba, quae ex mera coniectura videntur occupaſſe *Edd.* recentiores ad lacunam explendam, quae nulla eſt, aut ſaltem vna particula *Tum* poterat expleri, non dubitaui delere.

murmur] Eodem modo pingit *Fulg.* de *Alleg. librorum Virg.* poëtas: *Quales vatum imagines eſſe ſolent, dum, aſſumtis ad opus conficiendum tabulis, ſtupida fronte arcanum quoddam latranti intrinſecus tractu ſub murmurant.*

exire] Vir doctus in ora *Cod. Almeloven. excire* notauit. *Lindenbrog.* vero ad *Donatum* in *Andr.* 1, 1. legit: *Quaſi rugientis ex ira gemitum.*

gemitum] *Anon. grunitum.*

§. 2. membranaeque] *Torn. membranaque.*

§. 3. extraximus clamantem] *Boſch.* coniecit *calamum:* ſed *clamans poëta* dicitur, verſus, quos ſcribebat, voce clara recitans; et *extraximus* eſt *extrahere conati ſumus*, vel *extrahere coepimus.*

§. 5. poëtam] Hoc reſcripſi cum *Nod. Scaligero* et *al.* pro vulgari *porcam*, vel *portam*, quod habent *C. Leid.* optimus *Scali-*

dem elaborato, caſam piſcatoriam ſubimus moeren-
tes, cibisque, naufragio corruptis, vtcumque curati,
triſtiſſimam exegimus noctem. Poſtero die, cum 7
poneremus conſilium, cui nos regioni crederemus,
repente video corpus humanum, circumactum leui vor-
tice, ad littus deferri. Subſtiti ergo triſtis, coepique 8
vuentibus oculis maris fidem inſpicere. Et, Hunc 9
forſitan, proclamo, in aliqua parte terrarum ſecura
exſpectat vxor: forſitan ignarus tempeſtatis filius:
aut patrem vtique reliquit aliquem, cui proficiſcens
oſculum dedit. Haec ſunt conſilia mortalium; 10
haec vota magnarum cogitationum. En! homo
quemadmodum natat? Adhuc tanquam ignotum 11
deſle-

*Scaligeri* et *alii*, teſte *Pith.* nam ex *poëtam* facile potuit oriri *portam:* atque hinc fecerunt *porcam*, quod nomen neque *poëtae*, neque vocabulo *mugienti* conuenit. *Iungermann.* malebat *orcam*, qui eſt piſcis marinus, *Plin.* l. 9, 6. idque edidit *Burm.* *Douſa* proponit *phocam.*

mugientem] *Anon.* malebat *muginantem.* *Munker.* *poëtam mutientem*; ſed etiam *mugire* dicitur de magno clamore, aut murmure indignantis.

§. 7. poneremus] *Scheff.* mavult *componeremus;* at *ponere conſilium* eſt, *proponere quaeſtionem conſultandi cauſſa.* Dixit etiam *Phaedr.* *l.* 3. *f.* 14, 8. *quaeſtionem ponere;* et *Cic.* 1. de *Orat.* 22. *quaeſtiunculam ponere.*

crederemus] *Heinſ.* *crederemur.* Sed eleganter aliquis dicitur *ſe credere*, vel *committere* regioni, mari, procellis, qui pericula ſubit, quae ſecum ferunt. Sic *Aen.* *Virg.* 6, 15.

*Praepetibus pennis auſus ſe credere coelo.*

vortice] Ita *Torn.* et *Erh.* Alii *vertice.*

§. 8. ergo] *Pith.* mauult *ego.*

vuentibus] i. e. lacrymare incipientibus. Ita lego cum *Burm.* et *Lipſ.* nam hoc latet in *viuentibus*, quod eſt in libris quibusdam et *Ed.* *Nod.* confirmatur etiam *C. Leid.* et aliorum, a *P. Fabro* commemoratorum lectione: *humentibus;* nam haec eſt eius interpretatio: neque procul aberrat lect. *Tornaeſ.* *liuentibus.* *Iungermann.* legit *diligentibus*, alii *liuentibus*, alii *nictantibus.* *Anon.* coniicit *virentibus* (prae aegritudine) vel *vientibus.* *Munkerus* putat, olim ſcriptum fuiſſe *vmentibus* pro *humentibus.* Sed *vuentibus* eſt melius, quia adſpectu corporis ignoti, oculi paullatim *vuere*, atque, agnito demum homine noto, *humere* ſolent.

§. 9. aliquem] deſideratur in *C. Memm.* et *Douſae;* nec male omiſſum eſt a *Nod.* *Burm.* malit *aliquis*, vt filius intelligatur, relicto patre, mare ingreſſus.

§. 10. natat] Alii, *Tornaeſ.* teſtante, *natus.* Sed *natat* videtur

deflebam, cum inuiolatum os fluctus conuertit in terram, agnouique terribilem paullo ante, et implacabi-
12 lem Lycam, pedibus meis paene ſubiectum. Non tenui igitur diutius lacrymas, imo percuſſi ſemel iterumque manu pectus; et, Vbi nunc eſt, inquam, ira-
13 cundia tua? Vbi impotentia tua? Nempe piſcibus belluisque expoſitus es, et, qui paulo ante iactabas vires imperii tui, de tam magna naue ne tabulam
14 quidem naufragus habes. Ite nunc mortales, et magnis cogitationibus pectora implete. Ite cauti, et opes, fraudibus captas, per mille annos diſponite.
15 Nempe hic proxima luce patrimonii ſui rationes inſpexit; nempe diem etiam, quo venturus eſſet in patriam, animo ſuo finxit. Dii Deaeque, quam longe
16 a deſtinatione ſua iacet! Sed non ſola mortalibus maria hanc fidem praeſtant. Illum bellantem arma decipiunt: illum, Diis vota reddentem, Penatum ſuorum ruina ſepelit: ille, vehiculo lapſus, properantem ſpiritum

tur rectius; expreſſit *Plauti* locum *Rud.* 1. 2, 66. *Homunculi, quanti eſtis! eiecti, vt natant!*

§. 12. manu] *C. Leid. manibus.*

et, Vbi] *Boſch.* malebat *heu vbi?* quae quidem particula ſaepe praemittitur, vt exempla, ab *Heinſ.* ad *Heroid.* 4, 150. allata, docent. Sed *et* vix poteſt abeſſe: atque *vbi* etiam ſine *heu* ſatis eleganter dicitur in increpationibus vehementioribus, vt *Phaedr.* 1. 9, 4.

§. 13. expoſitus] *Plaut. Rud.* 2. 6, 29.

*Piſcibus in alto, credo, praebent pabulam.*

Hoc valde miſerum videbatur veteribus. vid. *Barth.* ad *Stat.* 9. *Theb.* 300.

tabulam] qua nimirum vſus, potuiſſet enatare. *Cic.* 4. ad *Attic. ep.* 17. *Haec enim me vna ex hoc naufragio tabula delectat.*

§. 14. Ite nunc] *Prop.* l. 3. *el.* 18, 17. *I nunc, tolle animos.* Exprobrandi hanc formulam elegantem egregie illuſtrauit *Heinſ.* ad *Ouid.* l. 3. *Amor. El.* 3, 1.

captas] alii *partas. Boſch.* malit *raptas.*

§. 15. finxit] *Oeueringius* malebat *fixit.*

§. 16. non ſola] *Sen.* l. 7. *Excerpt. Controv.* 1. *Multas rerum natura mortis vias aperuit: — laqueus, gladius, praeceps locus, venenum, naufragium, mille aliae mortes inſidiantur miſerae huic animae.*

penatum] *C. Memm. penatium.*

ſepelit] *Douſ.* in *Cod.* reperiebat *coeperit;* vnde ille efficit: *coöperit.*

tum excuſſit. Cibus auidum ſtrangulauit, abſtinentem frugalitas. Si bene calculum ponas: vbique naufragium eſt. At enim fluctibus obruto non contin- 17
git ſepultura. Tanquam interſit, periturum corpus quae ratio conſumat, ignis, an fluctus, an mora?
Quidquid feceris, omnia haec eodem ventura ſunt. 18
Ferae tamen corpus lacerabunt. Tanquam melius ignis accipiat; imo hanc poenam grauiſſimam credimus, vbi ſeruis iraſcimur. Quae ergo dementia 19
eſt, omnia facere, ne quid e nobis relinquat ſepultura, quando etiam ita de inuitis fata ſtatuant? [*Secundum*

ſtrangulauit] *C. Memm. aſtrangulauit.*

eſt] non habet *Leid.*

§. 17. At enim] Vituperat vulgi opinionem, cui nihil triſtius videbatur, quam priuari ſepultura.

obruto] *C. Memm. obruti;* vnde *Douſa*, *obrutis.*

contingit] *Barth. continget.*

ratio] Alii *natio*, *teſtante Torn.*

an mora] Poteſt haec lect. vtcunque explicari de *mora in terra*, in qua tardius corpus ſoluitur, quam igne aut aqua. Simili plane modo *Senecam* dixiſſe, ex eius *Excerptis* colligerem: *Quid intereſt, ignis me, an fera conſumat, an tempus?* niſi videretur legendum *tellus. Ouid.* tamen l. 15. *Met.* 156. poſſit confirmare lect. vulg.

*Corpora ſiue rogus flamma, ſeu tabe vetuſtas*
*Abſtulerit.*

Hinc non temere *Burm.* cum *Nod. mora* ſeruauit: etiam *Barth.* qui tamen poſt *ignis* inſeruit *aër. Cruſ.* ſuſpicabatur *an terra*, quod recepiſſem, niſi a literis nimis longe recederet. *Bong.* malebat *mare;* ſed hoc non poteſt ferri, quia *fluctus* iam indicat *mare.* Quid? ſi legatur: *ignis, an fluctuans mare?*

§. 18. eodem] in eundem orcum. *Phaedr.* 4, 19, 16. *Abiturus illuc, quo priores abierunt.*

tamen] h. l. inſeruit obiectioni, vt §. 17. *At enim;* indicatur, cur durius ſit, perire mari. *Ferae* ergo ſunt *piſces* et *beluae*, §. 13. commemoratae.

accipiat] *Barth.* ad *Stat.* 12. *Theb.* 99. legit *abripiat.* Et *adverſ.* 16, 19. haec verba: *tanquam — accipiat:* ponit poſt *iraſcimur;* temere, nam his verbis refutat obiectionem.

hanc poenam grauiſſimam] Inter ſummas poenas grauiſſima erat viui crematio: vt *Paul.* l. 5. *Sent.* ad *l. Cornel.* de *ſicar.* et *veneſ.* indicat: *Ipſi autem magi viui exuruntur.*

vbi ſeruis] Ita *Edd. antiquiores Torn. Patiſſ. Wouw.* quas recte ſecutus eſt *Burm.* cum *Nod.* etiam *Cod. Leid.* nec patet, vnde *terris* in recentiores irrepſerit.

§. 19. quando — ſtatuant] Haec *Burm.* videntur ſuſpecta; ſed vix poſſunt abeſſe. Senſus eſt: cum *etiam ita*, i. e. *in tanto conatu*, corpus plane redigendi in cinerem,

*cundum has conſiderationes ſupremo cadauer manda-*
20 *vimus officio.]* Et Lycam quidem rogus, inimicis collatus manibus, adolebat; Eumolpus autem dum epigramma mortuo facit, oculos ad arceſſendos ſenſus longius mittit.

## C A P. CXVI.

*De monte proſpicientes Crotona, a villico docentur, omnes vrbis incolas vel captari, vel captare.*

Hoc peracto libenter officio, deſtinatum carpimus iter, ac momento temporis in montem ſudantes conſcendimus, ex quo haud procul impoſitum arce ſub-
2 limi oppidum cernimus. Nec, quid eſſet, ſciebamus errantes, donec a villico quodam, Crotona eſſe, cognouimus, vrbem antiquiſſimam, et aliquando Ita-
3 liae primam. Cum deinde diligentius exploraremus,

rem, vel in nihilum, a fatis pendeat ratio ſepeliendi homines vel inuitos.

ſtatuant] Hic nihil excidiſſe videtur.

§. 20. inimicis] i. e. meis, qui paullo ante eius inimicus fueram.

collatus] *Bourd.* ſcripſit *collectus.* Sed *conferre* eſſe proprium in hac re vocab. docuit *Gronov. Diatr. Statianae* c. 32.

C. CXVI. §. 1. deſtinatum] Quid decreuerint, *Petron.* non narrauit, ſed ex ſeqq. colligi voluit; niſi forte quaedam exciderint.

momento] *Barth. adv.* l. 12, 13. malebat *monimento*, quaſi temporis *admonitu;* ſed poſtea hanc emendationem retractauit in *Comment.* ad *Stat.* l. 6. *Theb.* 115.

impoſitum] *C. Memm. expoſitum*, i. e. *conſpicuum arce ſublimi.*

arce ſublimi] i. e. *in arce ſublimi.* Eandem conſtructionem *Suet. Ner.* c. 50. habet. *Edd.* priſcae habent: *impoſitum colle hortorum.* Eſt vero *arx* h. l. mons, vti ſaepe hoc voc. inprimis in carminibus dicitur, v. c. apud *Val. Flacc.* l. 3, 565.

*Iam pater vmbroſis Tirynthius arcibus ornos*
*Depulerat.*

et *Petron.* in carmine *de bello ciuili* c. 24, 292, vbi *Romanae arces* pro montibus vrbis *Romae*, i. e. pro ipſa vrbe, ponuntur. Videtur vero, ſi non tota vrbs *Croton*, quod non eſt probabile, quia *Liv.* l. 24, 3. *flumen medio oppido fluxiſſe* dicitur, at eius pars, quae in oculos incurrebat, in monte ſita fuiſſe; hinc *Sil. Ital.* l. 11, 18. vocat *altam Crotona. Cuper. l.* 2. *Obſ.* 117. legit: *Impoſitam arcem ſublimem oppido cernimus.*

§. 2. primam] Idem fere *Cic.* de *Inv.*

mus, qui homines inhabitarent nobile ſolum, quodue
genus negotiationis praecipue probarent, poſt attritas
bellis frequentibus opes. (VILLICVS) O mi, in- 4
quit, hoſpites, ſi negotiatores eſtis; mutate propo-
ſitum, aliudque vitae praeſidium quaerite. Sin 5
autem, vrbanioris notae homines, ſuſtinetis ſemper men-
tiri, recta ad lucrum curritis. In hac enim vrbe 6
non literarum ſtudia celebrantur, non eloquentia lo-
cum habet, non frugalitas ſanctique mores laudibus
ad fructum perueniunt, ſed, quoscumque homines in
hac vrbe videritis, ſcitote, in duas partes eſſe diuiſos.
Nam aut captantur, aut captant. In hac vrbe nemo 7
liberos tollit: quia, quisquis ſuos heredes habet, nec
ad ſcenas, nec ad ſpectacula admittitur; ſed omni-
bus

*Inv.* 2, 1. *Crotoniatae quondam, cum florerent omnibus copiis, et in Italia in primis numerarentur.* cf. *Strabo Geograph.* l. 6. *Iuſtin.* l. 20, 4.

§. 3. frequentibus] Alii *ciuilibus*, quae eſt gloſſa, petita forte ex *Suet. Aug* 40. *attrito bellis ciuilibus patrimonio.*

§. 4. mi] pro *mei*; ſic forte ruſtici loquebantur: contractum videtur ex *mii.* Nam *mius* pro *meus* quidam dicebant, teſte *Diomede* l. 1. de *pronomine* p. 319. Etiam *Plaut.* in *Ciſtell.* 4. 2, 8. et 9. dixit: *mi homines, mi ſpectatores.*

quaerite] Iisdem fere argumentis *Mart.* l. 4. *ep.* 5. *Fabianum* ab vrbe *Roma* deterret; vnde apparet, *Petron.* eandem etiam vrbem in animo habere, etſi offenſionis nimiae vitandae cauſſa, *Crotona* hanc ſcenam transtulit.

§. 5. vrbanioris notae homines — mentiri] i. e ex opinione *Burm.* *ſimulare vrbanos*, vel *vrbanorum faciem induere:* vti
*Petron.*

*mentiri ſexum*, *Iuſtin.* l. 1, 2. Nec tamen plane contemnenda videtur *Erh.* interpretatio, qui putat, *mentiri* per ſe poſitum eſſe: vt in *Iuuenal. Sat.* 3, 41. *Quid Romae faciam? mentiri neſcio. Mentiri* vero h. l. eſſet *vanitati ſtudere, magnas diuitias crepare, vnicuique promittenda hereditate blandiri*, quod poſtea fecit *Eumolpus.*

aut captantur, aut captant.] Eodem ſenſu *Mart.* vſus eſt hoc verbo l. 6. *ep* 63.

*Scis, te captari: ſcis hunc, qui captat auarum:*

vbi etiam indicat, vnde metaphora ſit petita in v. 4. et 5.

*Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo:*
*Et piſcatorem piſcis amare poteſt?*

Hanc ſui ſeculi corruptelam caſtigat etiam *Plin.* praef. l. 14.

§. 7. ad ſcenas] *Bongarſ.* coniicit *coenas*, quod *Burm.* et mihi valde arridet. *Hadr.* tamen per *ſcenas* mauult *ludos ſcenicos*, per



*ſpecta-*

bus prohibetur commodis, inter ignominioſos latitat.
8 Qui vero nec vxores vnquam duxerunt, nec proximas neceſſitudines habent, ad ſummos honores perueniunt, id eſt, ſoli militares, ſoli fortiſſimi, atque etiam inno-
9 centes habentur. Videbitis, inquit, oppidum, tanquam in peſtilentia campos, in quibus nihil aliud eſt, niſi cadauera, quae lacerantur, aut corui, qui lacerant.

## C A P. CXVII.

***Hinc Eumolpus decernit, diuitis perſonam ſuſcipere, reliquisque, ad hanc fraudem adiuuandam paratis, partes ſuas mandat. Giton vix par eſt ſarcinis ferendis, et Corax mercenarius idem miniſterium detrectat.***

(Encolp.) Prudentior Eumolpus conuertit ad nouitatem rei mentem, genusque diuitationis ſibi non diſpli-

*ſpectacula* vero *gladiatorios*, et *pugnas beſtiarum* intelligi.

§. 8. nec vxores] *C. Leid.* ***non;*** idem *non proximas.*

id eſt] *C. Memm. bic,* forte *hi.*

§. 9. Videbitis] Ita, aut *adibitis*, legendum eſſe, iam vidit *Putean. Videbitis* enim latet in lect. *vet. audebitis;* etiam in *adibitis,* quod habent alii, teſte *Patiſſon.* libri.

cadauera] In his eſt imago diuitum, qui captantur.

corui] heredipetae, qui ab aliis vultures dicuntur, vt a *Sen. ep.* 95. *amico aegro aliquis aſſidet, probamus; at, ſi hoc hereditatis cauſſa fecit, vultur eſt, cadauer expectat.* Eadem imagine vtitur *Hor.* 2. *Serm.* 5, 56. *coruum deludit hiantem;* et *Mart.* l. 6 *ep.* 62. *Cuius vulturis hoc erit cadauer?*

C. CXVII. §. 1. Prudentior] *Torn.* alii *pudentior.*

diuitationis] Hoc, pro lect. *vulg.* etiam a *Burm.* edita, *diuinationis*, reſtitui cum *Nod.* ſuadente *Grutero* in *ſuſpic.* l. 1. c. 12. quia haec lect. contextui eſt aptiſſima. *Diuitatio* enim, a *diuito*, quod pro *dito* dixit *Accius* in *Aſtyanacte*, ductum, ſignificat *locupletandi* rationem, qualem expoſuerat ruſticus: ſingula vero eiusmodi vocabula, paullo inſolentiora, *Petronio* eſſe condonanda, quis ignorat? Atque hoc verbum obſoletum *Eumolpo*, poëtae ſcilicet, eo facilius poteſt condonari, quia talia ipſi videntur familiaria fuiſſe. Huius lect. veſtigia remanſerunt in lect. *C. Memm.* et *Douſae, diuitionis;* ex qua ſi quis malit cum *Douſa* elicere *ditationis*, quia verbum *dito* eſt ſitatius, equidem non repugnauerim, niſi ex *diuitationis* facilius potuiſſet oriri *diuinationis*, quod huic loco non ſatis aptum videtur. *Heinſ.* malebat *diae rationis*, vel *liquidae rationis. Boſch.* coniecerat: *negotiationis; Gronov. ſimulationis*, probante *Cupero. Reisk.*

diſplicere, confeſſus eſt. Iocari ego ſenem poëtica le- 2
vitate credebam, cum ille: (EVMOLP.) Vtinam quidem ſufficeret largior ſchema, id eſt, veſtis humanior, quae praeberet mendacio fidem. Non, me Hercules! peram iſtam

*Reisk.* putat, *diuinationem* hic eſſe *omen*, *Gonſal.* arbitratur, ſic dici *apotheoſin*, quod vix poteſt demonſtrari; nec vel ſic contextui ſuccurritur.

§. 2. ſchema] Ita, vel *ſcema*, *Palmer.* in *ſpicileg.* pro *ſcena* legit, et *Reisk.* edidit; recte, quia additur: *id eſt, veſtis.* Eodem voc. in *fem.* vſus eſt c. 44, 8. *Ganymedes;* neque illud indignum eſſe poëta, archaismos amante, ex loco *Plaut.* l. c. allato, apparet. *Schema* vero h. l. eſt *habitus, cultus*, vel, vt noſter explicat, *veſtis;* atque eum quidem, quem *cultu non ſpecioſum* eſſe, vidimus c. 83, 7. ſibi ad conſilium ſuum exequendum optaſſe *veſtem largiorem*, i. e. ditiorem, apparet ex reſponſione *Encolpii* §. 3. *Burm.* et *Nod.* ediderunt *ſcena;* quod defendit etiam *Douſa* ex *Plin. ep.* 7. *ſi latior ſcena et corona diffuſior*, ratus, de comitatu ſuo loqui *Eumolpum;* ſed huic interpretationi non fauet §. 3.

i. e. veſtis humanior] *Anonym.* haec pro gloſſa habet, eaque delet, putatque verba: *largior ſchema*, vel, ſi quis malit, *largius ſcnema*, *quae* vel *quod praeberet*, iungenda. Iterum *Anonym.* apud *Hadr.* ſublato etiam voc. *largior*, ita corrigit locum: *Vtinam ſuppilaretur ſchema, quae praeberet* etc. Sed haec ab ipſo auctore videntur addita, vt *ſchema* explicaretur; *humanior* autem *veſtis* dicitur *ea*, quae hominem, ingenuum nimirum, magis decet: non vero putem, eam opponi *diuinae veſti*, c. 114, 5. commemoratae; ea enim non erat indutus. Praeterea his ſtatim adduntur haec: *veſtimentum*, (vel *inſtrumentum*, vt *Leid.* et *alii* habent, teſte *Torn.*) *latius;* pro quo *Gronov.* qui ſupellectilem intelligit, mauult *lautius*. Sed haec *Burm.* cum *Nod.* et aliis eiecit; non temere, quia in his verborum: *largior ſchema:* eſt gloſſema luculentum: quod etiam ex copula neglecta fit veriſimile. Ceterum ſi *inſtrumentum* reperiretur in optimis quibusque *Codd.* equidem vix dubitarem, *et* inſerto, legere: *id eſt. veſtis humanior et inſtrumentum lautius:* nam *ſchema* non ſolum *veſtem*, ſed *totum habitum cultumque* ſpectare, ex reſponſione fit probabile: in qua non ſolum *veſtis* commemoratur, ſed et *quidquid Lycurgi villa graſſantibus praebuiſſet.* Atque *inſtrumentum* de omni ſupellectili dici, apparet ex *Iuſtin.* l. 15, 1. *Demetrio priuatum inſtrumentum ac familiam reddidit:* et c. 2. vbi *priuati inſtrumenti miniſtri* commemorantur.

praeberet] *Guilielm. Plaut. Quaeſt.* p. 145. mauult *praehiberet.*

peram] Ita *Pith. Torn.* et *Putean.* recte, nam *pera* non ſolum eſt philoſophorum, ſed et mendicantium. vid. *Mart.* l. 14. *ep.* 81.

*Ne mendica ferat barbati prandia nudi*
*Dormiat, et tetrico cum cane pera rogat.*

*Leid.* habet *penam.* Sed iam *Putean.* pro *poenam* ſubſtituendum eſſe *peram*, ſuſpicabatur; et

iſtam differrem, ſed continuo vos ad magnas opes
3 ducerem. (Encolp.) Atqui promitto, quid-
quid exigeret, dummodo placeret veſtis, rapinae co-
mes, et quidquid Lycurgi villa graſſantibus praebuiſſet.
Nam nummos in praeſentem vſum Deûm matrem pro
4 fide ſua reddituram. (Evmolp.) Quid ergo, in-
quit Eumolpus, ceſſamus mimum componere? Fa-
5 cite ergo me dominum, ſi negotiatio placet. (En-
colp.) Nemo auſus eſt artem damnare, nihil auferen-
tem. Itaque, vt duraret inter omnes tutum menda-
cium, in verba Eumolpi ſacramentum iurauimus, vri,
vinciri,

et *Douſa* adeo teſtatur, hoc voc. legi in *Cod. vno. Cuper.* coniicit: *ſcenam iſtam differrem.* Vir doctus in *Cod. Iunii: operam iſtam deferrem.*

differrem] i. e. huc et illuc ferrem, vel circumferrem, vt mendicus. *Ed. Patiſſ.* habet *deferrem; Heinſ. diu ferrem. Burm.* etiam proponit *diutius ferrem.*

§. 3. veſtis, rapinae comes] Ita *Torn.* et *Patiſſ.* alii male *rapina.* Poſſit intelligi *raptum latrocinio pallium* c. 12, 2. nam dicitur ibidem *ſplendida veſtis*, et c. 13, 7. *pretioſiſſima:* ſi appareret, quomodo illud ad manus *Encolpii* redierit. Sed plures veſtes ſplendidas *Lycurgi villa graſſantibus praebuiſſe* videtur: atque adeo *veſtis, rapinae comes,* videtur non tam pallium eſſe, latrocinio raptum, quam *veſtis, qua vtebantur in latrociniis.* Forte ſic dicitur *veſtis Iſidis*, quam ſecum ferebant, cum latrocinii occaſionem quaererent, ſpecie religionis homines decipientes, vel alia veſtis praetioſa, quam induebat is, qui ſub perſona hominis ditioris, irrepere volebat in aedes locupletiorum.

Lycurgi villa] *Anonym.* coniicit: *Lycae naufragium.*

Deûm matrem] *Leid. domini matrem. Deûm matrem* putant, auctoritate *Apuleii Metam.* l. 11. p. 259. dici h. l. *Iſidem*, a qua expectant diuitias, quia eius ſacris potiti, ſub eius praeſidio eſſe ſibi videbantur.

§. 4. ergo] *Heinſ.* coniicit *rogo.*

mimum] Hoc latere in omnium, quos *Boſch.* vidit, *Codd.* lect. *in vnum*, ipſe agnoſcit, atque ſic iam *Gulielm.* emendabat, quae emendatio confirmatur §. 10. *ne quid ſcenae deeſſet;* volunt quaſi fabulas agere: hinc ſuae cuique partes mandantur.

§. 5. ſacramentum] *Anon.* putat, hos fuiſſe verſus:

*In verba Eumolpi iurauimu' ſacramentum.*
*Vri, vinciri, virgis ferroque necari.*

Hoc ſacramentum eſt repetitum ex ea formula, qua illi gladiatores, qui vltro ſe addicebant pretio, iurabant: ſe omnia paſſuros, auſuroſque, quae decerent gladiatorem legitimum. Eiusdem iuramenti meminit *Hor.* l. 2. *Serm.* 7, 58.

*Quid refert vri ferroque necari*
*Auctoratus eas?*

verbe-

vinciri, verberari, ferroque necari, et quidquid aliud Eumolpus iuſſiſſet, tanquam legitimi gladiatores, domino corpora animasque religioſiſſime addicimus. Poſt peractum ſacramentum ſeruiliter ficti, dominum 6
conſalutamus, elatumque ab Eumolpo filium pariter condiſcimus, iuuenem ingentis eloquentiae, et ſpei: ideoque de ciuitate ſua miſerrimum ſenem exiiſſe, ne aut clientes ſodalesque filii ſui, aut ſepulchrum, quotidie cauſſam lacrymarum, cerneret. Acceſſiſſe 7
huic triſtitiae proximum naufragium, quo amplius vicies ſeſtertium amiſerit. Nec illum iactura moueri, ſed deſtitutum miniſterio, non agnoſcere dignitatem ſuam. Praeterea habere in Africa trecenties ſeſter- 8
tium fundis, nominibusque depoſitum. Nam familiam quidem tam magnam per agros Numidiae eſſe ſparſam, vt poſſit vel Carthaginem capere. Secun- 9
dum hanc formulam imperamus Eumolpo, vt plurimum tuſſiat, vt ſit modo ſolutioris ſtomachi, ciboſque

verberari] Hoc verbum *Gonſalio* videtur gloſſema verbi *vinciri*.

necari] Alii, referente *Patiſſon.* *ſecari*. *Turneb.* proponit: *virgis ferroque necari*. Sed ſana videtur *vulg.* lect. Nam etiam *Acro* ad *Hor.* l. c. dicit: *Gladiatores ita ſe vendunt, et cautiones faciunt, vri flammis, virgis ſecari, ferroque necari*. *Erh.* ſaltem volebat: *virgis verberari ferroque necari*.

addicimus] *Leid. condicimus*. Huc transferendum putat *Burm.* epigramma illud: *Nam citius flammas* etc.

§. 6. Poſt peractum] Alii: *Poſtquam eſt peractum*.

conſalutamus] *C. Memm. conſalutauimus*.

condiſcimus] Ita recte reſtituit *Gulielm.* pro *condicimus*. Nam poëta fabulam *docet*, vid. *Cic.* 4. *Tuſc.* c. 29. atque *actores diſcunt*, cf. *Ter. prol. Heaut.* 10. et *Hecyr.* 14.

iuuenem ingentis eloquentiae] *Quinct.* l. 6. *prooem.* dixit: *Atticae eloquentiae candidatum*.

ſodalesque filii ſui aut ſepulchrum] *Burm.* legi vult: *ſodales aut filii ſui ſepulchrum*.

§. 7. amiſerit] Alii *amiſerat*.

§. 8. capere] Audax *hyperbole*: habebat legiones, vel potius exercitum mancipiorum.

§. 9. tuſſiat] vt putent, ipſum eſſe aegrum, mortique vicinum. Idem de *Carino*, captatore teſtamentario, *Mart.* l. 5. *ep.* 40, 5.

*Aut ſemel fac illud,*
*Mentitur tua quod ſubinde tuſſis.*

modo] Alii, *Tornaeſ.* teſte: *et ſit morbus ſolutioris*. Quidam ad

que omnes palam damnet; loquatur aurum et argentum, fundosque mendaces, et perpetuam terrarum
10 ſterilitatem. Sedeat praeterea quotidie ad rationes, tabulasque teſtamenti omnibus renouet; et, ne quid ſcenae deeſſet, quotiescumque aliquem noſtrum vocare tentaſſet, alium pro alio vocaret, vt facile appareret, dominum etiam eorum meminiſſe, qui prae-
11 ſentes non eſſent. His ita ordinatis, quod bene feliciterque eueniret! precati Deos, viam ingredimur. Sed neque Giton ſub inſolito faſce durabat, et mercenarius Corax, detrectator miniſterii, poſita frequentius ſarcina, maledicebat properantibus, affirmabatque, ſe aut proiecturum ſarcinas, aut cum onere fugiturum. Quid

ad *Ed. Tornaeſ.* notauerat: *vt ſit morbo ſolutioris ſtomachi.*

omnes] *Burm.* mauult *communes*, i. e. vulgares. Sed *omnes* praeſtat: *omnes* debebat *palam*, in conſpectu aliorum, damnare, vt putarent, eum non multo poſt eſſe moriturum. *Cruſ.* mavult: *cibosque omnes palato damnet.*

ſterilitatem] Sic *C. Memm.* alii, teſte *Patiſſ. fertilitatem; C. Leid.* et alii, *felicitatem.*

§. 10. omnibus renouet] Ita reperitur in *Codd. Mſſ.* nec temere haec lect. in ſuſpicionem adducitur; eam tamen ſeruaui cum *Burm.* quippe quam putem hunc ſenſum admittere: *tabulas teſtamenti renouet in vniuscuiusque gratiam, qui ipſi munera obtulerit.* Si quid mutandum foret, difficile eſſet ad definiendum, quid tandem exciderit? vtrum *diebus*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr.* an *horis*, quod *Putſchius* proponit, an denique *momentis omnibus*, quod mihi, propter ſimilem fere exitum voc. praecedentis *teſtamenti*, a librario negligi potuiſſe viſum eſt. Idem fere *Carinus Mart.* l. 5. *ep.* 39. faciebat:

*Supremas tibi tricies in anno*
*Signanti tabulas;*

quamquam audaciore *Hyperbole*, huic loco ſatis apta, vſus eſſet *Petron.*

vocaret] His conuenit notatio *oſtentatoris pecunioſi* ad *Herenn.* l. 4. c. 50. *Cum puerum reſpicit hunc ſuum — alio nomine appellat, deinde alio atque alio: heus tu, inquit, Sannio, ne quid iſti barbari perturbent, vt ignoti, qui audient, vnum putent eligi de multis.*

§. 11. quod] Ita omnes *Codd. Boſch.* idque videtur recte ſeruatum a *Nod.* quia verba, quae dixerunt, ponuntur, non pronomen ad *his* refertur. Hinc etiam malim *eueniat. Burm.* edidit *quae.*

inſolito faſce] i. e. onere, cui ferendo puer non erat aſſuetus.

detrectator] *Torn. detractator.*

cum onere] *Barth.* mauult: *cum vno onere.* Quidni vero potuit minari, ſe velle cum toto onere fugere in latebras, quales habent ſiluae plures?

Quid vos, inquit, me iumentum putatis eſſe, aut la- 12
pidariam nauem? hominis operas locaui, non caballi;
nec minus liber ſum, quam vos, etſi pauperem pater
me reliquit. Nec contentus maledictis, tollebat ſub-
inde altius pedem, et ſtrepitu obſceno ſimul, atque
odore viam implebat. Ridebat contumaciam Giton, 13
et ſingulos ſtrepitus eius pari clamore proſequebatur.

## CAP. CXVIII.

*Quid ad verum carmen requiratur, Eumolpus exponit; eiusque exemplum promittit.*

(Evmolp.) Multos, inquit Eumolpus, o iuuenes, carmen decepit: nam, vt quisque verſum pedibus inſtruxit, ſenſumque teneriorem verborum ambitu

§. 12. lapidariam] *Torn.* conjicit: *Iapygarum nauem*, quae lapidibus onerabatur.

liber ſum] Hoc vrgent *Romani*, cum aliquis iis impotenter imperat, vt *Suet. Claud.* 40. *ſi quem alium, et ſe liberum eſſe.*

etſi] *Leid. etiamſi.*

ſtrepitu] Vir doctus in *Cod. Iunii*, *crepitu*, et infra *crepitus* mauult.

§. 13. clamore] Hoc ex *vett. libris* reſtitui, quia ore tantum imitatus videtur puer laſciuus ſingulos ſtrepitus: alio enim modo ne fieri quidem ſemper poterat. Alii, etiam *Burm.* et *Nod.* *clangore* propter additamentum.

proſequebatur] Ita *C. Memm.* quem ſecutus eſt *Nod.* Alii *vett.* quos ſequebatur *Burm.* *perſequebatur.* Huic voc. ſubiecta ſunt haec: *olfactui ne officeret*, quae, aliena ab *Codd. vett.* et contextu, ſi vetus lect. *clamore* retineatur, a male ſedulo interprete videntur aſſuta, et male edita a *Burm.* et *Nod.* Neque formula transeundi ad ſequentia: *Sed et hic ad ingenium redux Eumolpus*, videtur proba: cum in *C. Trag.* et *al.* legatur: *Multos, inquit Eumolpus:* hinc etiam eam eieci, vel contra *Burm.* et *Nod.* auctoritatem.

C. CXVIII. §. 1. inquit Eumolpus] Sic *C. Trag. Samb. Ed. pr.* Verum *Leid.* et *alii* haec ignorant.

iuuenes, carmen] Vnus *C. Danielis* legit *nimirum carmen.*

teneriorem] Sic *C. Trag. Samb. Daniel. Ed. pr.* et *al.* At *Samb.* mauult *teneriore*, ſcil. *ambitu;* i. e. verſificatione molliore. Idem *Douſae* et *Burm.* probatur. *Delben. ſeueriorem.* Verum *teneriorem* videtur ferri poſſe: deſcribitur is, qui ſenſum teneriorem, v. c. ſenſum amoris, expreſſit verſibus metro quidem adſtrictis, non autem ſpiritum poëticum ſpirantibus. Si quis tamen malit *teneriorem* a voc. *ſenſum* diſtrahere, equidem illi auctor ſim, vt legat *teneriorum verborum.*

bitu intexuit: putauit, ſe continuo in Heliconem ve-
2 niſſe. Sic forenſibus miniſteriis exercitati, frequenter ad carminis tranquillitatem, tanquam ad portum faciliorem, refugerunt, credentes, facilius poëma exſtrui poſſe, quam controuerſiam, vibrantibus ſenten-
3 tiolis pictam. Ceterum neque generoſior ſpiritus vanitatem amat, neque concipere, aut edere partum mens poteſt, niſi ingenti flumine literarum inundata. Effu-

putauit] *Barth.* ad *Claud.* 4. *Conſ. Honor.* 411. legit *putabit*, Sed etiam *praet.* interdum, in primis in carmine, dicitur pro *aoriſto* per *graecismum*. Vti enim *Hom. Iliad.* 1, 37. *ἀμφιβέβηκας* dicit, pro *qui ſoles tueri*, vel *tueris;* ita *Hor.* l. 1. *Od.* 1. *collegiſſe* pro *colligere*, et *Virg. Georg.* l. 4, 213. *rupere* pro *rumpunt* vſurpauit, atque hic *graecismus* decet poëtam, hic loquentem. Aetatis ſuae conſuetudinem tangit, vti *Perſius* in *prologo*.

§. 2. exercitati] *Samb.* coniicit *exerciti*, i. e. defeſſi: forte iam hic *Lucanum* in animo habet, qui forum reliquit.

ad portum] *Barth. in portum*.

vibrantibus] *C. Samb. Trag.* et alii, teſte *Patiſſ.* etiam *Ed. pr.* *vmbrantibus ſententiolis;* pro quo *vibrantibus* recte ediderunt *Burm.* et *Nod.* praeeuntibus aliis, quia hoc voc. quod in *vmbrantibus* latere poteſt, videtur aptius. *Iuuen. Sat.* 6, 449. dixit *rotatum ſermonem*. *Quinct.* 10. 1, 60. adeo *vibrantes ſententias* pro *incitatis*. Poſſit tamen *vmbrantibus* vtcunque defendi, quia *controuerſia picta* appellatur; pictura autem, *differentia colorum alterna vice ſeſe excitante, lumen atque vmbras* habere dicitur, *Plin.* 35, 5. Auctor *Dialogi* de *Orat.* c. 20. dixit *colorem ſententiarum*. Ceterum *Burm.* et *Nod.* neſcio, qua auctoritate, verba transpoſuerunt: *ſententiolis vibrantibus*.

ſententiolis] *Barth. ſententiis*.

§. 3. Ceterum] Quid requiratur ad verum poëtam, docetur.

vanitatem] Ita *Burm.* et *Nod.* recte pro *C. Trag. al.* et *Ed. pr.* *ſanitatem* ediderunt. *Alii*, *Tornaeſ.* teſte, *ſuauitatem*.

concipere] Hoc non temere ediderunt *Burm. Nod.* et *al.* conſpirante etiam *Ed. pr.* cum *edere* illud requirat. Neque aliud quid ineſt in *C. Leid.* lect. *conſpicere:* vnde ortum eſt in *C. Trag. Colb.* et *al.* *conſpici*.

ingenti flumine] Alii, teſte *Torn. ingens flumen*.

inundata] Sic quidam, teſte *Tornaeſ.* idque rectius videtur, quam *inundauerit C. Bitur.* et *Brit.* vel *inundauerat Codicis Colb.* Sed *C. Trag.* exhibet *mundetur*, vel potius *inundetur*, quod non eſt ſpernendum. *C. Samb.* habet *inundante;* pro quo iam *Samb.* malebat *inundata*. *Putean.* reperiebat in aliquo *Cod.* *inundanter*.

Effugiendum eſt ab omni verborum, vt ita dicam, vi- 4
litate, et ſumendae voces a plebe ſubmotae, vt fiat,

Odi profanum vulgus, et arceo.

Praeterea curandum eſt, ne ſententiae emineant extra 5
corpus orationis expreſſae: ſed intexto verſibus colore niteant. Homerus teſtis, et Lyrici, Romanusque Virgilius, et Horatii curioſa felicitas. Ceteri enim aut non viderunt viam, qua iretur ad carmen, aut verſu timu-

§. 4. vilitate] i. e. humilitate, qualis eſt ſermonis plebeii; addidit: *vt ita dicam;* quia *vilitas* verborum pro verbis, quibus viles homines vtuntur, ipſi paullo inſolentius erat dictum: nam *Quinct.* l. 8. c. 3. *vilem orationem* dicit, pro *non accurata.* Neque *Veget. praefat. Art. Veterin. ſermonis vilitatem* aliter videtur dicere. In *C. Trag. vt ita dicam*, ſtatim poſt *effugiendum* eſt poſitum; hinc *Burm.* coniicit, hanc formulam reſpicere inuſitatam locutionem: *effugiendum eſt a vilitate.* Sed vel *Cic.* pro *Sext.* c. 54. dixit: *a quibus vix effugit.*

vt fiat] *C. Bitur. itaque fiat.*

Odi — arceo] verſus *Hor.* ex *l.* 3. *Od.* 1. vbi alluditur ad *Eleuſiniorum myſteriorum* ſolemnem morem, a quibus abeſſe per praeconem iubebantur profani; ſenſus vero huius loci hic eſt: *vt poeta vel delectu verborum demonſtret, ſe procul remotum eſſe a vulgo.*

§. 5. extra corpus orationis] Haec lect. quae eſt quorundam *Codd.* vt teſtantur *Pith.* et *Torn.* videtur vera; certe eſt elegantiſſima: ſententiae nimirum, praeter modum adſperſae carminibus, dicuntur extra corpus orationis eminere, ſicut *venae*, aut *oſſa*, vti auctor *Dialogi de Orator.* c. 21. dicit: *Oratio autem, ſicut corpus hominis, ea demum pulchra eſt, in qua non eminent venae, nec oſſa numerantur, ſed temperatus ac bonus ſanguis implet membra.* Sed *Autiſiod. Colb.* et *Trag.* (a quo etiam *corpus* exulat) habent *rationis; Samb.* et *Ed. pr. extra rationis modum.*

intexto verſibus] Ita *Reisk.* recte edidit ex *C. Samb. Puteani Cod.* vno et *Ed. pr.* conſpirante etiam *Autiſ.* et *Trag.* in quibus eſt *intexto.* Nam idem verb. *intexere* §. 1. de verſibus eſt dictum. Neque lect. *C. Memm.* ab *Hadr.* edita: *intecto veſtibus;* neque lect. *C. Trag.* a *Nod.* et *Burm.* in *Ed. pr.* recepta, *intexto veſtibus*, videtur ferri poſſe, quia, alterutra admiſſa, ea oratio, cuius *corpus* paullo ante commemorabatur, iam *veſtium* nomine inſigniretur; rectius verbum proprium eius, de quo agitur, generis ponitur. Hanc lect. confirmat quoque *Vet. Cod.* a *Boſch.* commemoratus, qui habet: *ſed vt intexto verſibus:* ex quo *vt* recipiendum putabat *Boſch.* non male, nec tamen neceſſario.

enim] *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr. autem.*

iretur] *C. Memm. itur.*

aut verſu] Ita ex coniectura reſcri-

6 timuerunt calcare. Ecce! belli ciuilis ingens opus quisquis attigerit, niſi plenus literis, ſub onere labetur. Non enim res geſtae verſibus comprehendendae ſunt, quod longe melius Hiſtorici faciunt; ſed per ambages, Deorumque miniſteria, et fabuloſum ſententiarum tormentum, praecipitandus eſt liber ſpiritus, vt potius furentis animi vaticinatio appareat, quam religioſae orationis ſub teſtibus fides; tamquam ſi placet hic impetus, etiamſi nondum recepit vltimam manum.

CAP.

reſcripſi pro *verſum*, quod habent plerique *Codd. verſu* vero *calcare viam*, eſt in carmine conficiendo rationem poëſeos verae ſequi. *Verſus* vero ſaepe dicitur pro *carmine*, vt *Virg. Georg.* 3, 339. *Quid paſcua verſu Proſequar? Putean.* habet: *aut preſſum tumulum calcare. N. Faber.* malebat *aut viſam*, quod edidit *Burm.* cum *Nod. Hadr.* et aliis: neque ego dubitaſſem, elegantiſſimam hanc emendationem ſervare, niſi putem, ex *verſu* facilius oriri potuiſſe *verſum*, quam ex *viſam*.

§. 6. belli ciuilis] *Richard.* interpungit poſt *opus*. Hic procul dubio *Petron.* tangit *Lucanum*, quem e *poëtarum* numero excludit etiam *Quinct.* l. 10. c. 1. *Lucanus, ardens et concitatus, et ſententiis clariſſimus, et, vt dicam, quod ſentio, magis oratoribus, quam poëtis annumerandus.*

literis] In *C. Samb.* additur *fueris*, quod rectius abeſt a *Trag.* et *al.* etſi poſſit ferri.

faciunt] Additur in *C. Samb.* *quam poëtae*, quod non habet *C. Trag. Memm.* nec *Ed. pr.* ſapitque gloſſam.

ambages] *Virg. Georg.* 2, 46.

*Non hic te carmine ficto*
*Atque per ambages et longa exorſa tenebo.*

tormentum] *Barth.* ad *Statii* l. 4. *Theb.* 37. legendum eſſe, docet, *torrentem*, quod et mihi placet; poteſt tamen etiam *tormentum* explicari; quo ſeruato, alluditur ad machinas bellicas, quae tanta vi et vehementia effundunt et torquent tela, ſaxa et ſimilia, vt iis nemo poſſit reſiſtere. Simili comparatione, etſi in alia re, vtitur *Seneca. ep.* 108. *illa ſententia, velut lacerto excuſſa, torquetur.*

animi] deeſt in *C. Samb. Colb. Trag.* et *Ed. pr.*

tamquam] Ita *C. Torn.* neque aliud quid ineſt in *C. Trag. tamque;* dicitur vero h. l. pro *veluti:* vti *Marius Victorinus de arte Grammatica l.* 4. *Hoc genus metri maxime deſiderat ſeparari in duas clauſulas; tamquam: Super alta vectus Atys. C. Samb.* et *Ed. pr.* habent *iamque. Scaliger: quamquam, C. Memm. etſi. Anon. ſane quam. Putſchius, tangam* inepte.

recepit] *C. Trag. recipit.*

manum] Hic *Sambuco* quaedam deeſſe videbantur. Ceterum etſi indicat poëta, hoc carmen non-

## CAP. CXIX.

*Carmen de bello ciuili.*

Orbem iam totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua terrae, qua ſidus currit vtrumque,
Nec ſatiatus erat. Grauidis freta preſſa carinis
Iam peragebantur; ſi quis ſinus abditus vltra,
Si qua foret tellus, quae fuluum mitteret aurum,
Hoſtis

nondum omnibus numeris eſſe abſolutum; illud tamen eſt ſatis egregium. Hinc poſſit videri alienum eſſe a perſona *Eumolpi;* ſed non eſt, quia, vti ipſe ſignificat, hoc carmen non ex tempore compoſitum, ſed diligenter elaboratum eſt.

C. CXIX. v. 1. Orbem] i. e. maximam partem orbis terrarum, gentibus excultis habitatam. Imperium enim *Romanum* interdum *orbis* dicitur. *Flor.* l. 4. c. 2. *Iam paene toto orbe pacato, maius erat imperium Romanum, quam, vt extingui poſſet.*

v. 2. Qua mare] In animo videtur habuiſſe: *Virg. Aen.* 1, 240.

*Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.*

terrae] Ita *C. Samb. Trag. al. Ed. pr.* et *ſecunda.* At *Hadr. terras* edidit, i. e. ratione maris et terrarum. *Nod. terra*, metro repugnante. Sed ſana eſt lect. *Codd. Qua mare currit, qua terrae* currunt, i. e. patent, quod in *currit* latet.

ſidus — vtrumque] poëtice quaſi dicit *ſolem vtrumque*, vt *Claud.* de *Roma* in *Bell. Gild.* 48.

*Ad ſolem victrix vtrumque cucurri,*

i. e. od orientem et occidentem. *Claud.* etiam *praef.* 2. in *Eutrop.* 35. dixit *geminum ſidus:*

*Vtraque te gemino ſub ſidere regia damnat.*

*Graecis* quoque ſol dicitur ἀςὴρ. *Scholiaſt. Pind. Olymp.* 1. *Burm.* vero mauult per *ſidus vtrumque* intelligere *ſolem et lunam;* ſed ſuperior interpretatio poëtae ſpiritu eſt dignior.

v. 3. Grauidis] Ita *Cod.* i. e. *onuſtis; Rubenius l.* 2. *Elect. c.* 10. malebat *Graiis;* male.

preſſa] Ita recte edidit *Burm.* e *Cod. Trag.* quia hoc melius conuenit *grauidis carinis. Pulſa* vero, quod habet *C. Samb. Ed. pr.* et *ſec.* vt etiam a *Nod.* eſt editum, remis eſt aptius. Dixit tamen *Attius* ad *Feſtum: repercutio ratibus mare.* Etiam ſupra c. 89. 2, 33. *Petron. claſſes premunt mare.*

v. 4. peragebantur] recepi cum *Burm.* ex *C. Samb. Trag. Memm. Colb. Scalig. Putean.* et aliis: quia eſt magis poëticum, quam *perarabantur*, quod habent *alii* atque editum eſt a *Nod.* Nam etiam *Ouid.* dixit *Heroid.* 15, 65.

*Factum inops agili peragit freta caerula remo.*

*Delben.* coniicit *perarabantur.* Sed in *peragere* eadem eſt metaphora. Nam *Ouid.* 4. *Faſtor.* 693. dicit: *Ille ſuam peragebat humum.*

vltra] *Heinſ. alto.*

v. 5. quae fuluum] *Vet. Cod.* nominatim *Memm. Colladonio* teſte: *fuluum quae.*

Hoſtis erat: fatisque in triſtia bella paratis,
Quaerebantur opes, non vulgo nota placebant
Gaudia; non vſu plebeio trita voluptas.
Aſſyria concham laudabat miles in vnda;

Quae-

v. 6. Hoſtis erat] Idem *Tac. Vita Agric.* c. 30. *Raptores orbis, poſtquam cuncta vaſtantibus defuere terrae, et mare ſcrutantur: ſi locuples hoſtis eſt, auari; ſi pauper, ambitioſi.*

ſatisque] Ab his ergo poëta bella ciuilia decreta dicit: quorum fontem in luxu ineſſe, demonſtrat. Idem ſentit *Florus.* l. 3, 12. *Quae enim res alia furores ciuiles peperit, quam nimia felicitas? — Denique illa ipſa principatus et dominandi cupido, vnde, niſi ex nimiis opibus venit? Atqui haec Caeſarem, atque Pompeium furialibus in exitium reipublicae facibus armauit.* A *C. Memm.* et *Scal.* abeſt *que.*

v. 8. vſu] *Codex vet. Putean.* etiam *Scaligeri*, *riſu. Calladon.* quoque teſtatur, quosdam legere: *riſu plebeio tracta voluptas.*

trita] Sic *C. Samb. Ed. pr.* et *ſec.* Hinc forte *tricta* in *C. Trag.* ortum; niſi quis malit ſumere, hanc lect. natam ex *tractu*, quod habet *Codex Scaligeri* aliique, notante *Torn.* vnde adeo *tractabatur* irrepſit in librum *Putean.* Hinc *Heinſ. vſu* vel *ritu adſtricta voluptas* efficiebat.

v. 9. Aſſyria concham] Hoc equidem cum *Voſſio* et *Scaligero*, qui tamen *Aſſyriae* malebat, arbitror latere in *C. Trag.* et *Samb. Aes pyraeum cum*, quod edidit *Burm.* Nimirum ex *Aſſyria — Aespyra*, ex *concham* vero *eum cum*, paullatim potuit naſci: eiusdem lect. veſtigia inſunt in lect. *Ed. pr.* atque *Codd.* quorundam: *Ac ſpircum.* Vnde *Aurat.* malebat efficere: *Heſperia coccum. Salmaſ.* in *exercit. Solin. Heſperium coccum.* In *Cod. Autiſiod.* legitur: *Aes Epyrecum;* in *Bitur. Colb.* et *al. Ac ſe pyrecum*, vel *Ac ſepyre cum*, vel *piretium;* hinc *Pith. Aes Ephyrae regum;* et *Palmer. Aes Ephyreaeum*, i. e. *Corinthiacum*, et *Heinſ. Aes Ephyreiacum* effingebat. In *C. Leid.* et *Scaligeri* reperitur *Ac ſepiretum: alii* vero habent, teſte *Collad. ac ſe pyre cion:* al. *Aeſopyreum.* Vnde *Turneb. Aduerſ.* l. 4. c. 19. *Ac ſeſe pictum*, *Giſanius* vero *Aes pyreum conlaudabat* efficiebat. *Reisk.* edidit: *Aſſyriae baccam; Nod. concham;* quod hic requiri, atque purpuram ſignificare, inde apparet, quod in verſ. ſequ. *oſtro* comparatur *gemma*, cuius comparationis nulla cauſſa intelligeretur, niſi hoc verſu laudata eſſet *purpura.* Allatam vero eam eſſe etiam ex *Aſſyria*, apparet ex *Culicis* hoc verſu:

*Si non Aſſyrio fuerint bis lauta colore.*

laudabat] Iam *Samb.* reſtituebat ex coniectura: *conlaudabat*, quia, quid *cum* ſibi vellet, non non videbat. *Collad.* coniicit *lavabat.*

in vnda] Haec omnium *Codd.* lect. non eſt ſollicitanda, quia ſermo eſt de purpura. *Giſan.* tamen malebat *in vda* vel *ima*, idque referebat ad *tellure. Salmaſ.* reſcribebat *eadem*, ſcil. *tellure. Steph.* *in ora*, ſcil. *Heſperia. Heinſ. in vmbra*, opinatus, hoc dici: *ſub arborum vmbris in porticibus*

Quaeſitus tellure nitor certauerat oſtro;
Hinc Numidae accurant; illinc noua vellera Seres:
Atque

*bus ſtabant imagines fictae ex aere Corinthiaco; Burm.* vero mauult, *in vmbra* ſignificare: *in compotationibus ſub arboribus, in quibus aeris Corinthiaci vſum luxus introduxerat. Douſa* coniicit *in Inda.*

v. 10. nitor] Gemmae, ex terra eadem, ſcil. *Aſſyria*, effoſſae, intelligendae ſunt. Nam *Petron.* vult dicere, cultum ex oriente duplicem petitum, *purpuram* et *gemmas*. *Aſſyriarum* vero *gemmarum* mentio etiam fit apud *Sidon. paneg. maior. Salmaſ.* per *nitorem* intelligit *minium*. *Voſſ. cinnabari. Berkel. purpuram, ex herbis aut radicibus confectam.*

v. 11. accurant] Hoc reſcripſi ex *Codd. vett.* iis, in quibus ſic legi, teſtatur *Delbrn.* addicentibus iis, in quibus eſt *accurrant*, teſte *Patiſſ.* quia hoc verbum contextui eſt accommodatum. Nam etiam *Colum.* 12. *praef.* 2. dicit: *victus et cultus accurandus erat.* Ex *accurant in* ortum eſt in *C. Scalig. accuſant*, in *C. Bitur. accuſat*, cui additum eſt *i* in *C. Colb. accuſati, us* in *C. Trag. accuſatus*, et *ius* in *C. Samb. Ed. pr.* et *ſec. accuſatius*, quod edidit *Burm.* vnde *Buſch.* efficiebat *ac ſatius*. Vetus vnus liber *Puteani* habet *accuſatiue*. *Heinſ.* autem ratus, olim ſcriptum fuiſſe *acculant*, reſcribi vult *accumulant*. Alii, opinati, ex *Numidia* nihil, niſi *marmor* potuiſſe afferri, ſubſtituerunt vocabula, a literis *Codd.* longius recedentia. *Steph. ſilices*, quod etiam *Aurat.* propoſuit: *Palmer.* in *Spicileg. lapides. Weizius* et *al. cruſtas*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr.* et *al.* atque hoc facilius poſſet admitti, niſi verbum deſideraretur. *Reisk.* inſerto textui loco vocabuli aſteriſco, in nota *citros* proponit, in *Miſc. Lipſ. gallos.* Sed verſus ſanus eſt, ſi ſumamus, etiam hic eſſe ſermonem de veſtibus, quibus *Romani* ornari ſolebant, peregrinis. Nec improbabile eſt, etiam ex *Africa*, quae *Numidiae* nomine h. l. poteſt inſigniri, vt alibi dicitur *Libya*, veſtes ſericas allatas eſſe *Romam*. Etenim *Plin.* l. 5. c. 1. narrat: *radices Atlantis repletas eſſe ſyluis, incognito genere arborum, tenui eas obduci lanugine, quibus, addita arte, poſſint, quales e bombyce, veſtes confici.* Poſſint etiam *veſtes, Getulica purpura tinctae*, intelligi, ſuadente *Burm.*

vellera] Notae ſunt ſericae veſtes ex *Virg.* l. 2. *Georg.* v. 121. *Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres;* ex *Sen.* in *Hippolito* 2. 387. et multis aliis locis. Temere vero diſtinguere veteres *ſericum* a *bombycino*, et *Plinii* 6, 17. et *Ammiani Marcellini* l. 23, 6. auctoritate, colligere licet ex *Iſidor.* l. 19. c. 27. *Sericum dictum, quia id Seres primum miſerunt. Vermiculi enim ibi naſci perhibentur, a quibus haec circum arbores fila ducuntur.* Accedit *Baſilii Magni* auctoritas, qui in *Hom.* 8. *Hexam.* de verme *Indico*, cuius opus eſſe ait τὰ νήματα, ἃ πέμπουσιν ἡμῖν οἱ Σῆρες πρὸς τὴν τῶν μαλακῶν ἐνδυμάτων κατασκευὴν, talia narrat, ex quibus appareat, eum eſſe eundem, cum *bombyce:* ὁποῖα καὶ περὶ τοῦ Ἰνδοῦ σκώληκος ἱστορεῖται τοῦ κερασφόρου, ὃς εἰς κάμπην τὰ πρῶτα μεταβαλὼν, εἶτα προϊὼν βομβύλιος γίνεται. — Sericum ergo

Atque Arabum populus ſua deſpoliauerat arua.
Ecce! aliae clades, et laeſae vulnera pacis!
Quaeritur in ſyluis Mauro fera, et vltimus Ammon
Afro-

ergo eſt, vt *Salmaſ.* ad *Tertull. Pall. Ed. Pariſ.* p. 107. docet, *bombycini* genus, quod ex *Seribus* et *Indis* veniebat; quod etiam *Serv.* ad *Virg.* l. c. opinatur; atque illud plane idem eſſe cum *bombycino*, inde apparet, quod *Iuſtiniano* imperante, vermiculorum *Indicorum* ouis in *Europam* translatis, ſerici noſtri parandi ratio demum innotuit.

v. 12. Atque] Poſt hunc verſum in *C. Memm.* eſt lacuna; et plura deeſſe, exiſtimabat *Scaliger;* nec temere, ſi hic verſus ageret de vnguentis et aromatibus. Sed etiam in ipſo agi de materia veſtium, eſt probabile ex *Plin.* l. 12. c. 11. *Arabiae autem arbores, ex quibus veſtes faciunt, Cynas vocari, folio palmae ſimili: ſic Indos ſuae arbores veſtiunt.* Etiam veſtium materiam praebet *goſſypion*, in *Arabiae* vicinia naſcens, vti *Plin.* 19, 1. teſtatur: *Superior pars Aegypti, in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui goſſypion vocant, plures xylon, et ideo lina inde facta, xylina. Paruus eſt, ſimilemque barbatae nucis defert fructum: cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec vlla ſunt eis in candore mollitiaue praeferenda.* De his *Virg. Georg.* 2, 120.

*Quid nemora Aethiopum, molli canentia lana?*

*Reisk.* edidit *Stacte.*

populus] *Douſa* mauult *populis.*

deſpoliauerat] Similia ſunt illa *Statii l.* 1. *Sylv.* 2. *v.* 122.

*Quaeritur, iam Seres auaros Auguſtum ſpoliare nemus.*

v. 13. et laeſae] Sic edidi cum *Burm. Nod. al.* ex *C. Trag.* et *al.* pro *eliſae* lect. *C. Samb. Ed. pr.* et *ſec.* in qua *et laeſae* latere, iam vidit *Samb.*

v. 14. Mauro] i. e. *a Mauro*, *datiuo* poëtice vſurpato pro *ablatiuo.* Hanc coniecturam *Rich.* recepi, quia *feram* h. l. indicare *leonem*, ex v. 17. vbi *tigris* commemoratur, eſt probabile; in *Mauritania* autem multos leones fuiſſe, vel *Hor.* 1. *Od.* 22, 15. docet, vbi *Iubae tellus leonum Arida nutrix* dicitur. Primus vero *Romae* in ſpectaculis leones exhibuit *Scaeuola*, miſſis ad eos conficiendos iaculatoribus a rege *Boccho. Plin.* l. 7. c. 16. Poſſit etiam, eodem *Richardo* auctore, legi: *Mauri*, vel *Mauris*, quod edidit *Nod.* cum *Hadr.* Sed *Mauro* propius accedit ad literas *Codd.* quorum vnus, teſte *Collad.* etiam *Cod. Scal. Colb. Leid.* et *al.* habent *auro;* hinc ortum *a reo* in *C. Trag. an reo,* quod etiam *Burm.* ſeruauit, in *Ed. Ven. arcu* in *C. Samb.* et *arco* in *C.* a *Delben.* commemorato. Hinc *Aurat.* et *Henr. Stephanus, circo,* quod edidit *Reisk.* mihi etiam valde arridet. In *Ed. ſec.* editum eſt *an ſit,* quae editoris coniectura videtur. *Braſſic.* proponebat: *in ſyluis fera nunc leo. Collad. caucae fera. Heinſ. in ſyluis Euri,* i. e. Orientis; nec tamen *Mauris* vel *Mauro* improbat. Mihi in mentem venit *auſtri*, quia *Africa* verſus meridiem ſita eſt *Italis.*

Ammon] *C. Trag. Hamo. Samb.* et *Ed. pr. Hamon.* hinc *Ed. ſec. Hammon.* al. *Ammon. Vltimus Ammon* hic dicuntur vltima

Afrorum excutitur; ne deſit bellua, dente
Ad mortes pretioſa: fames premit aduena claſſes.
Tigris et aurata gradiens vectatur in aula,
Vt bibat humanum, populo plaudente, cruorem.
Heu

tima deſerta *Libyae*, in quibus *Iupiter Hammon* colebatur. In iis *Elephantos* fuiſſe frequentes, ex *Plin.* l. 8. c. 10. intelligitur: *In extremis Africae, qua confinis Aethiopiae eſt, poſtium vicem in domiciliis praebent dentes.*

15. dente] *Collad.* coniicit *poenae;* temere, cum *belua, dente pretioſa*, ſit *elephantus.*

v. 16. mortes] Vnus *C. Scal.* *ad mortem:* ſed *plural.* in carminibus non infrequens.

fames] *C. Memm.* *famens:* rel. omnes *fames:* quae lect. ſi proba eſt, ſenſus hic eſſe videtur: ne deſit elephantus: fames advena premit claſſes, i. e. ea naui, qua afferri debebat frumentum, aduehuntur elephanti, beluae voraces, quibuscum fames ipſa introduci videatur. Quam indignum hoc viſum ſit populo, ex eo licet colligere, quod *omnium odium in Neronem exarſit, cum nunciaretur, Alexandrinam nauem puluerem luctatoribus aulicis aduexiſſe. Suet.* c. 45. Pro *fames* vnus *Cod. Scaligeri* habet *ſuas*, editum ab *Hadr.* et *Nod.* quod et ego fere praetulerim, niſi hoc *pron.* plane redundare videretur. *Heinſ.* totum locum ita conſtituebat:

*Ne deſit bellua denti*
*Ad mortis pretioſa famem.*

*Burm.* malebat: *precioſa; Phari premit aduena claſſes Tigris.* *Reisk.* edidit: *furens premit a. c.*

v. 17. Tigris] Sic dicitur h. l. *panthera;* quae iam olim in ludis eſt exhibita populo, vid. *Plin.* l. 8. c. 17. *tigris* vero demum ab *Auguſto*, vt *Pomponius Sabinus* in *Cirin* docet: qui etiam narrat: *Claudium* quatuor tigres manſuefactos in caueis aureis oſtendiſſe. Poſſit *Petron.* etſi de temporibus priſcis agat, *Claudium* tamen tecte carpere; hinc forte pantheras dixit tigres, easque in aula quaſi aurea vectatas fingit.

aurata] *Ferrata* legit *Pius* ad *Valer. Flacc.* 1. 490. *Brouckhuſ.* malebat *aerata.* Sed *aurata* melius exprimit luxum ditiorum; *aula* vero eleganter dicitur pro *cauea*, vel domo tigris ſplendida, cum vel *Silius Italic.* 6. 216. ſerpentis antrum ſic dicat.

vectatur] Haec conſtans eſt lect. *Codd.* et *Ed. vett.* quae etiam latet in *C. Trag.* *nectatur.* *Sabinus* tamen ad *Cirin* ex memoria fortaſſe hunc locum ita exhibuit: *et aurata tigris iactatur in aula.* *Cuperus* mauult: *aurata rabidus ſpectatur in aula.* Sed *vectatur* eſt melius, quia hic agitur de ſtudio luxurioſorum conquirendi in toto orbe terrarum beſtias, quibus populus delectaretur: quod quidem non immerito inter detrimenta reipublicae ponitur; quia eo exhauſta ſaepe patrimonia immenſa; idque naſcebatur ex cupiditate populo placendi, eiusque adiumento, imperio in republica ſummo potiundi.

Heu! pudet eſſari, perituraque prodere fata!
Perſarum ritu, male pubeſcentibus annis,
Subripuere viros, exſectaque viſcera ferro
In Venerem fregere; atque vt fuga mobilis aeui
Circumſcripta mora properantes differat annos:
Quaerit ſe natura, nec inuenit; omnibus ergo
Scor-

v. 19. eſſari] Itā pro *affari* *C. Samb. Trag. Ed. pr. ſec.* et *al.* recte edidit *Samb.* ex coniectura veriſſima. Hi tredecim verſus in *Cod. Torn.* ſequuntur verſum 57. *Vulneribus reparantur.*

perituraque - fata] Nimirum expoſiturus, quae in iſta temporum prauitate quibusdam horrenda et nefanda acciderant, commode vtitur tali praefatione. Igitur *peritura*, i. e. digna, quorum memoria plane deleatur, quod legitur in *C. Samb. Trag. al.* non eſt ſollicitandum. Etiam *Prop. l.* 1. *el.* 3. 32. dixit *moratura lumina* pro iis, quae morari debuerant, *Velleius Patercul.* l. 2. c. 5. *moriturum militem*, et *Ouid. Met.* 11. 26. *ceruum periturum*, pro *morti deſtinato.* Alii, teſte *Patiſſon.* habent *parituraque fata.* *Burm.* malebat *periruraque facta.*

v. 20. male] i. e. *vix pubeſcentibus annis;* vt *Ouid.* l. 1. *A. A.* 524. *male vir* vir mollis dicitur.

v. 21. viros] i. e. caſtrarunt, quod apud *Perſas* vſitatum fuiſſe, intelligitur ex *Diodor.* in *Alexandr.* atque prauum iſtum morem *Petron.* aetate valde frequentatum eſſe, inde colligere licet, quod *Domitianus* eum interdicendum cenſuit. cf. *Stat.* 3. *Sylv.* 4. Idem intelligitur ex *Sen. Excerpt. Controv. l.* 5. 33. *Principes viri contra naturam diuitias ſuas exercent. Exciſorum greges habent, exoletos ſuos, vt ad longiorem patientiam impudicitiae idonei ſint, amputant.*

exſectaque] Ita recte *Burm.* et *Not.* cum aliis edidere ex *C. Samb.* et *al.* quia hoc eſt proprium in hac re verbum. At *Ed. pr. ſec.* et *C. Trag. Colb. Cod. Scaligeri* et *al.* monente *Patiſſon.* habent *exactaque.*

v. 22. fregere] Hanc veriſſimam lect. ſeruauit *C. Trag.* liber vetuſtus a *Buſchio*, et quidam a *Collad.* commemorati. *Stat.* l. 3. *Sylv.* 4. eodem verbo vtitur;

*Iam frangere ſexum*
*Atque hominem mutare nefas.*

Eandem conſtructionem vſurpauit *Hieron. Epiſt.* ad *Salv.* *hiſtrio fractus in feminam.* *Ed. pr.* et *ſec.* exhibent *fugere.* Hinc *Braſſican.* legi vult: *Tunc Venerem fugere.* At *C. Colb. fringere.*

mobilis] *C. Samb.* et *Trag.* *nobilis aeui* Sed *Ed. pr.* et *ſec.* *mobilis*; quod *fugae* melius conuenit.

aeui] *C. Colb. aeuo.*

v. 22. 23. atque vt — annos] *Claudian.* eandem rem ſic exprimit:

*Arte retardatam Veneri ſeruire iuuentam.*

vid. *Barth.* ad *Claudian. l.* 1. in *Eutrop.* verſ. 343. et 345. cf. etiam locum ex *Sen.* paullo ante allatum.

v. 24. Quaerit ſe natura, nec] Hanc lect. nobis ſeruauit *Vincent.*
*in*

Scorta placent, fractique enerui corpore greſſus.
Et laxi crines, et tot noua nomina veſtis,
Quaeque virum quaerunt. Ecce! Afris eruta terris
Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum

Citrea

*in Specul. doctrin.* l. 4. c. 120. Eodem fere modo loquitur *Mart. l.* 2. *ep.* 83. *Et ſe, qui fuerant prius, requirunt.* Senſus vero hic eſt: *natura marium ita corrumpitur, vt, ſe mares eſſe, non amplius ſentiant. C. Samb. Trag. al. Ed. pr.* et *ſec.* habent *Quare ſe natam non inuenit.*

v. 25. Scorta] *Heinſ.* ad *Ouid.* l. 3. *A. A.* 238. citat: *Serta placent.*

fractique enerui] *Ed. pr.* etiam *C. Trag. factique,* ſed *fracti,* quod habet *C. Samb.* et alii, teſte *Colladon.* eſt efficacius. *Vincent. fractique nerui in corpore-greſſus*; metrum vero docet: *enerui* requiri. *Daniel* in *Vinc.* reperit *ſerpere* pro *in corpore.* Eodem modo loquitur *Quinct.* l. 5. c. 9. *Vt fortaſſe corpus vulſum, fractum inceſſum, veſtem muliebrem, dixerit aliquis mollis et parum viri ſigna.*

v. 26. laxi] Ita *C. Samb.* et *al.* idem latet in *C. Trag. laſſi. Douſa P.* proponebat: *fluxi*, vel *lixi*, quaſi lixiuio loti. *Heinſ.* malebat *pexi* vel *flexi:* putat tamen, *laxos* poſſe dici pro *flexis.* Mihi videntur ſic dici crines, quos pueri delicati habebant promiſſos: vnde *Trim. capillatus* dicebatur c. 29, 3.

veſtis] hic demum carpitur luxus mulierum. Idem *Plaut. Epid.* 2. 2. *Quid iſtae, quae veſti quotannis nomina inueniunt noua?*

v. 27. Quaeque] Ante hunc verſum in *C. vet. Tornaeſ.* leguntur verſ. 61 — 63. *Tres tulerat fortuna duces.* etc.

Quaeque virum quaerunt] Haec recte reſtituta ſunt ab Editoribus ex *Vincent.* addicente ex parte *C. Samb.* qui habet: *Quaeque virum quaerit,* i. e. omnia, quae virum ad libidinem poſſint allicere. *C. Trag.* et *Ed. pr.* habent: *Quaeque iure quaerit.* Sed *Samb.* dicit, vulgo legi *mire*, et ſic fere *Ed. ſec. Quae mire quaerit. Aur.* volebat: *Quaeque viri quaerunt. Braſſican. Quo iure haec quaerit. Heinſ. Virque virum quaerit*, vel *Quisque virum quaerunt.*

terris] *Heinſ.* mauult *teſcis*, vel *tesquis* pro *ſyluis.*

v. 28. Ponitur] Hic verſus recte praemittitur verſui *Citrea* in *C. Scalig.* quia *ac maculis imitatur* etc. neceſſario ad *menſa* eſt referendum. Itaque hunc ordinem cum *Burm.* etſi in omnibus reliquis *Codd.* et *Ed.* etiam *Nod.* hic verſus poſtponitur. Has maculas deſcribit *Plin.* in locis paullo poſt commemoratis; earum mentionem etiam facit *Tertull. Hem! quantis facultatibus aeſtimauere ligneas maculas.*

imitatur] Ita *C. Samb.* et *Ed. pr.* i. e. vilibus maculis auro ſimilis videtur, quia in maiore adeo pretio habebantur, quam aurum, vt *Mart.* 14, 89. diſerte dicit: *Aurea qui dederit dona, minora dabit. Cod. Trag.* et *al. mutatur*, quod praefert *Heinſ. Bourd.* ait, ſe in *Codd.* reperiſſe: *minitatur vilibus auro. Gronov.* malebat: *imitatur vilius aurum.*

Citrea menſa, greges ſeruorum, oſtrumque renidens!
(Quae turbant cenſum;) hoſtile ac male nobile lignum

Turba

v. 29. Citrea menſa] Ita *C. Samb. al. Ed. pr.* et *ſec.* atque haec lect. eſt veriſſima. Nam *Romanos* inſaniiſſe in emendis *menſis citreis*, conſtat ex *Plin.* l. 13. c. 15. ſ. 29. vnde etiam ingens earum pretium intelligitur. Etiam *Cic. Verr.* 4. c. 17. talis menſae maximae et pulcherrimae mentionem facit, et *Tertull. de pallio* c. 5. p. 30. easque ex *Africa*, ſcil. ex monte *Atlantico* allatos eſſe, docet *Mart.* l. 14. *ep* 89. quod inſcribitur: *Citrea menſa. Accipe felices, Atlantica munera, ſiluas,* et l. 12, 67, 6. idem commemorat in ſupellectili pretioſa: *Mauruſiaci pondera rara citri. Lucan.* 10, 144. vocat *ſectos Atlantide ſilua orbes:* denique *Tertull.* l. c. appellat *menſam Mauritaniae. Eruta* haec menſa dicitur, quia, vt ex *Plin.* 16, 28. ſ. 73. et 13, 15. ſ. 29. apparet, radices iſtarum arborum praeſertim expetebantur. *Alii* habent *aurea*, teſte *Patiſſ.* hinc *Antea* ortum in *C. Trag. Collad.* coniicit *Cedrea.*

greges] Forte *ecce!* eſt intelligendum: *ecce greges ſeruorum*, adſtantes huic menſae; quod genus luxus valde frequens erat iſtis temporibus. cf. c. 37, 9. et *Tac. Annal.* l. 3, 53. qui dicit *ſeruorum familias et nationes.*

oſtrumque] Ita *C. Trag. Samb.* et *al. Ed. pr. aſtrum*, vitioſe; intelligendae ſunt *veſtes purpureae*, quibus lecti, menſae adiecti, ſternebantur.

v. 30. Quae] Hic verſus in *C. Scal.* male praemittitur verſui 29. *Citrea menſa.*

Quae turbant cenſum] Ita recte haec verba ponunt quidam, teſte *Torn.* etiam *Burm.* metro iubente. *C. Samb. Trag. Ed. pr. ſec.* et *al.* male exhibent: *Quae ſenſum turbant.* Praeterea *cenſum* cum *Burm.* pro *ſenſum*, quod *Reisk.* vt *Nod.* in *Ed pr.* edidit, legendum eſſe, ex contextu apparet. Ita *Putſchius, Wouw. Hadr.* et *al.* Indicatur, iſtum luxum turbare, vel conturbare, rem familiarem *Romanorum.*

hoſtile ac male nob. lign.] Ita *C. Samb.* atque idem latet in *C. Trag.* et *Ed. pr. hoſtiale ac m. n. l.* Sic appellatur menſa, et lectus ex *ligno hoſtili*, i. e. peregrino; (nam *hoſtis* olim dicebatur *peregrinus*, teſte *Cic. Offic.* l. 1, 12.) et *male nobili*, i. e. in damnum *Romanorum* nobili, conſtructus. *C. Bituric.* exhibet: *Quae ſenſim trahat hoc ſterile ac male nobile lignum. C. Scalig.* et *Leid. Quae ſenſum trahat hoc ſterile ac m. n. l. Antiſiod. Quae ſenſum trahat hoſterile. Memm.* et *Colb. Quae ſenſum trahat hoſtile ac m. n. l.* Alii, vt *Tornaeſ.* ediderunt: *Quae ſenſum turbant hoſtile ac nobile lignum.* In *Appendice Virg. Lugduni* 1557. editi, legitur: *ac nobile lignum. Braſſic.* vult: *Et ſenſum turbat tandem male nobile lignum. Putſchius: Quae cenſum turbant hoſtile ac nobile lignum. Heinſ.* mauult: *Quae cenſum turbant ſterilem: ac m. n. l.* Fuit etiam, cum vellet *teres. Burm.* proponit totius loci hanc emendationem:

*Poni-*

Turba ſepulta mero circumuenit: omniaque orbis
Praemia, correptis miles vagus exſtruit armis.
Ingenioſa gula eſt. Siculo Scarus aequore merſus
Ad menſam viuus perducitur; atque Lucrinis
Eruta littoribus condunt conchylia coenas,

Vt

*Ponitur ac maculis limatur millibus orbis*
*Citrea menſa, greges ſeruorum, oſtrumque renidens,*
*Quae turbant cenſum. hoc vile ac male nobile lignum,*
*Turba ſepulta* etc.

v. 31. Turba ſepulta mero] Tranſit ad luxum in potu et cibo deſcribendum.

v. 32. correptis] Ita *C. Trag. Leid. Samb. Ed. pr.* et *ſec. Bourd.* malebat *corruptis*. *Gonſalii* editio habet *conceptis*, conſpirantibus *Codd.* non nullis, teſtante *Heinſ. Burm.* proponit: *contemtis*. Sed *correptis* poteſt vtcunque defendi: ſcil. miles hanc ob cauſſam *corripit* arma, vt *exſtruat*, i. e. colligat, quaſi in cumulum, *omnia orbis praemia.* (cf. *Hor.* 2. *Od.* 3, 19.)

exſtruit] Sic *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *ſec.* at *alii*, teſte *Patiſſon. eſurit;* ita etiam *Leid.* duo *Codd. Boſch.* et vnus *Scalig.* alter eiusdem *eſſurit. Heinſ.* proponit *adferit* vel *adſtruit.* Vir doctus *Codici Heſſelii* adſcripſerat: *extulit,* vel *extudit,* i. e. *extorſit.*

v. 33. Ingenioſa] quia ad nouas delicias excogitandas impulit homines. Eius inuenta recenſet *Hor.* l. 2. *Serm.* 2, 21. *ſqq.* et *Valer. Max. l.* 9. *c.* 1. quaedam etiam h. l. poëta.

merſus] Apud *Erk.* proponitur *verſus* ex *Hor. Epod.* 2, 50. *Scari, ſi quos — Hyems ad hoc vertat mare. Plin.* l. 32. c. *vlt.* dicit, *Scarum principalem eſſe;* atque *Scarum Siculum* in primis in ſummis deliciis fuiſſe, patet ex *Gell.* l. 7, 16.

v. 34. perducitur] Alii, teſte *Torn. deducitur.* Idem narrat de *mullo Seneca* l. 3. *Nat. Quaeſt.* c. 17. *Parum videtur recens mullus, niſi qui in conuiuae manu emoritur. Heinſ. Ad menſam hinc viuus deducitur.*

atque] Ita *Codd. Samb. Colb. Trag. Ed. pr.* et *ſec.* alii vero, referente *Collad.* et *Torn. inde;* hinc ille coniicit *inque*, quod edidit *Burm.* vel *aequ..*

Lucrinis — littoribus] i. e. ex *Lucrino lacu* in *Campania:* vnde afferebantur *oſtrea nobiliſſima,* vt *Mart.* l. 13. *ep.* 82. docet:

*Ebria Baiano veni modo concha Lucrino,*
*Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.*

cf. *Valer. Max. l.* 9. *c.* 7.

v. 35. condunt] Hanc lect. quorundam librorum, teſte *Torn. Patiſſ. Aurat. Steph.* recepi cum *Heinſ.* quia *condere coenas* poteſt dici pro *finire:* quo ſenſu apud *Stat.* l. 10. *Theb.* 54. *Condiderant iam nota diem,* et *condere certamina* paſſim occurrit. Solebant autem in fine coenae apponi *oſtrea,* vt ex *Mart.* 10, 37, 9. apparet:

*Et fatuam ſumma coenare pelorida menſa,*
*Quosque tegit leui cortice concha breuis.*
*Oſtrea Baianis quam non liuentia teſtis.*

*C. Trag. Samb. al.* et *Edd. vett.* habent *vendunt conchylia coenas,* quod putant ſignificare: *totarum coenarum pretiis conchylia comparantur;* ſed vereor, ne haec interpretatio nimis contorta ſit. *Cuperus* mauult *tendunt* pro *exten-*

Vt renouent per damna famem. Iam Phaſidos vnda
Orbata eſt auibus: mutoque in littore tantum
Solae deſertis aſpirant frondibus aurae.
Nec minor in Campo furor eſt, emtique Quirites
Ad praedam ſtrepitumque lucri ſuffragia vertunt;
Venalis Populus, venalis curia Patrum.
Eſt fauor in pretio. Senibus quoque libera virtus
Exciderat, ſparſisque opibus conuerſa poteſtas,
Ipſaque maieſtas, auro corrupta, iacebat.

Pel-

*tendunt.* *Waſſe* ad *Salluſt. Catil.* 13. legit:

*inde Lucrinis*
*Eruta litoribus vendunt conchylia coenis.*

v. 36. renouent per damna famem] i. e. vt ipſa caritas eorum appetitum excitet. *Claudian.* 2. in *Eutrop.* 329. dicit: *Qui ventrem inuitant pretio.* *Damna* vero poni pro nimio ſumtu, eſt notum, vid. *Barth.* ad *Stat.* 6. *Theb.* 83. et *Clauem Cic. Erneſtii*; vnde *damnoſi* dicuntur *prodigi*, vid. *Graev.* ad *Suet. Ner.* c. 31. *Cod. Trag. remouent,* vitioſe! *Cruſ.* reſcribendum putabat:

*atque Lucrinis*
*Eruta litoribus reddunt conchylia corno.*

*Vt renouent per ſtagna ſalem:* opinatus quippe, hoc dici: *conchylia, eruta ex litoribus Lucrinis, in vinaria ſalſa clauſa eſſe, priusquam apponerentur.*

vnda] In *Ed. ſec.* legitur *ora,* quae forte eſt coniectura Editoris. Etiam ex *c.* 93, 2. 1. intelligitur, phaſianum in deliciis fuiſſe.

v. 37. tantum] *Reisk.* edidit ex coniectura *Palmer.* in *Specileg. cantum:* quod ſatis eſt elegans: poteſt tamen *tantum* ſeruari, ſi *ſolae aurae* dicantur *ſolitariae.*

v. 39. campo] ſcil. *Martio.* Egregie haec illuſtrat *Caſaub.* ad *Sueton. Caeſ.* 19.

emtique] *Daniel.* coniicit *emtusque Quirites*, vt hic ſit locus, a *Sergio*, qui teſtatur, *Petron.* dicere *Quirites* in *ſing.* intellectus.

v. 40. Ad praedam ſtrepitumque] Apud *Laur. Vallam* in *Elegant. Ling. lat.* l. 4. proponitur: *Ad ſonitum ſtrepitumque lucri ſuffragia vendunt. Anonym.* apud *Hadr.* mauult *crepitum.*

vertunt] Ita *Samb. Trag. Ed. pr. ſec.* et *al.* i. e. ſuffragia mutant, prout praeda propoſita, vel ſtrepitus lucri, i. e. promiſſum lucrum requirit. *Vincent. vertit,* alii *vendunt,* al. *verrunt.*

v. 41. venalis] *Cato* apud *Salluſt.* in *Catil.* 52. dicit: *pecuniae ſeruitis,* et *Petron.* c. 14, 1. *ſola pecunia regnat.*

patrum] *Vincent. praemus.* Apud *Iac. Magni Sophol.* l. 5. c. 3. legitur *primum.*

v. 42. Eſt] *Stewech.* ad *Apul. En. Barth. Et*, niſi quis malit ſic diſtinguere: *curia: patrum Eſt fauor in pretio.*

v. 43. Exciderat] In *Cod. Anonym.* legitur: *Excidit et ſparſis. Anonym.* apud *Hadr. partisque opibus.*

v. 44. Ipſaque — iacebat] In *Magni Sophol.* l. 8. c. 6. exhibetur:

Pellitur a populo victus Cato: triſtior ille eſt,
Qui vicit, faſceſque pudet rapuiſſe Catoni.
Namque hoc dedecori eſt populo; morumque ruina
Non homo pulſus erat: ſed in vno victa poteſtas,
Romanumque decus. Quare tam perdita Roma
Ipſa ſui merces erat, et ſine vindice praeda.
Praeterea gemino deprenſam gurgite pridem
Foeno-

tur: *Iam quoque maieſtas a. c. iacebit.* Sed *l.* 5. *c.* 3. *latebit. Vincent. iacebit.* De re ipſa vid. *Barth.* ad *Claudian.* 6. *Conſ. Hon.* v. 4.

v. 45. Cato] De hac re procul dubio capiendus eſt locus *Senecae* c. 1. *de Conſtantia: Et tibi indignum videbatur, quod illi, diſſuaſuro legem,* (qua ſcilicet permitteretur *Pompeio,* ex *Aſia* cum magno exercitu in *Italiam* venire) *toga in foro eſſet erepta: quodque a roſtris vsque ad arcum Fabianum per ſeditioſae factionis manus tractus, voces improbas et ſputa, et omnes alias inſanae multitudinis contumelias pertuliſſet.* vid. etiam *Plutarch.* in *Catone.*

v. 46. Qui vicit] *Barth.* coniicit *Quos.*

pudet] Turpe inprimis erat populo ratio, qua praeturam petenti denegabant. Hic locus illuſtrari poteſt ex *Sen.* de *Conſtantia* c. 2. *Catoni tu putas iniuriam fieri potuiſſe a populo, quod aut praeturam illi detraxit, aut togam? quod ſacrum illud caput purgamentis oris adſperſit? Tutus eſt ſapiens, nec vlla adfici aut iniuria, aut contumelia poteſt.*

v. 47. dedecori eſt populo] Hoc mihi videtur latere in *C. Samb.* alterius *Scaligeri* et *Trag. Ed. pr.* et *ſec.* lect. *dedecoris populo.* Hinc natum eſt *dedecori populo* in *Cod. Leid. Memm.* et quinque *Boſch. Codd.* Alii, teſte *Patiſſ.* habent *dedecoris populi. Aurat.* coniiciebat: *dedecus eſt populo. Steph. dedecus eſt populi,* quod *Burm.* et *Nod.* cum aliis receperunt. *Barth.* corrigendum putabat: *Namque, (ô dedecora! o populi morumque ruinae!* vel *morumque ruinas!)* Totum verſum inſititium cenſet *Brouckhuſ.*

ruina] *Ouid. Her.* 12, 32. *Illa fuit mentis prima ruina meae.*

v. 48. victa poteſtas] ſcil. populi, i. e. *libertas.* Cui interpretationi et fauent ſequentia: *Romanumque decus,* et *Sen.* l. c. c. 2. *Simulque extincta ſunt, quae nefas erat diuidi. Neque enim Cato poſt libertatem vixit, nec libertas poſt Catonem.*

v. 49. tam perdita] Ita *Codd.* plerique: at *Ed. ſec.* et appendix *Virg. iam perdita,* et quidam libri, teſte *Patiſſ. tum prodita.* Hinc *Heinſ.* coniicit: *Quare a ſe prodita Roma.*

v. 50. merces] *Flor. l.* 3. *c.* 13. *Et miſera reſp. in exitium ſuum merces erat. Merces* h. l. eſt *praemium;* reſpondet ei *praeda.*

v. 51. Praeterea] alii *Porro,* quae eſt gloſſa.

gemino] Ita pro *geminam,* quod habent *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *al.* legendum eſſe, iam vidit *Stephanus;* nam *gemina praeda* quid ſit, non apparet; per *geminum gurgitem* autem duplex vitium, luxum et auaritiam intelligi, contextus docet. In *Ed. ſec.* legitur *vario.* In appendice *Virg. Porro tergemino deprenſam gurgite pridem.*

pridem] Hanc lect. *Codd.* vt teſta-

Foenoris ingluuies, vſusque exciderat aeris.
Nulla eſt certa domus, nullum ſine pignore corpus:
Sed veluti tabes, tacitis concepta medullis,
Intra membra furens curis latrantibus errat.
Arma placent miſeris, detritaque commoda luxu
Vulneribus reparantur. Inops audacia tuta eſt.
Haec

teſtatur *Patiſſ.* quorundam, pro *praedam C. Samb. Trag. Ed. pr.* etiam *Burm.* et *Nod.* reſcripſi, quia non ſolum inconcinna eſt repetitio voc. *praedam,* ſed etiam ne ſenſum quidem commodum admittit; *iam pridem* his vitiis deprenſa dicitur resp. quibus paullatim eſt euerſa. *C. Colb. praeda, Burm.* mauult *plebem;* quod etiam *Cruſio* in mentem venit.

v. 52. ingluuies] Ita pro *illuvies C. Samb. Ed. pr. et ſec.* recte edidit *Burm.* cum *Nod.* Hoc enim quosdam habere, teſtatur *Torn.* Idque aptius dicitur de *auaritia. Fulgent.* etiam l. 3. *Mythol.* 2. dicit *rapinae ingluuiem. C. Trag. illuuiens. C. Colb. Illumier.* In appendice *Virg.* legitur *Funeris illuuies*: quod quosdam libros habere, teſtatur *Patiſſon. Cuperus* totum hunc locum ita conſtituit:

*Ipſa ſui merces erat et ſine vindice Praedam*
*Praeterea gemino deprenſam gurgite foeda*
*Foeneris ingluuies.*

*Lucan.* l. 1. dixit:

*Vſura vorax, auidumque in tempore foenus.*

exciderat] Haec lect. *Codd.* videtur proba, nam quia remp. *Rom.* cum naue comparauerat: *excidere,* quod de domo dicitur, adeoque etiam de naue poteſt dici, melius conuenit, quam *exederat,* quod edidere *Burm.* et *Nod.* ex coniectura *Aurat.* et *Steph. Heinſ.* olim malebat: *verſuraque adederat aeris,* vel *et abuſus adederat aeris. Cruſ.* coniicit: *luxusque exederat acris.* Sed *vſus pecuniae,* ſcil. nimius, hic dicitur pro *luxu.*

v. 53. Nulla] *Heinſ.* coniicit *Nulli.*

certa] domino: foeneratoribus quippe omnia obtinentibus.

v. 54. tabes] Eadem metaphora vtitur *Salluſt. Cat.* 36. *Tanta vis morbi, atque vti tabes, plerosque ciuium animos inuaſerat;* etiam *Liv.* 2, 23.

v. 55. curis latrantibus] Ita *Codd. Samb. Trag. Ed. pr.* et *ſec. C. Colb. cris latrantibus; al.* teſte *Patiſſ. lacerantibus. Collad.* proponit *latitantibus.* Sed etiam *Stat.* l. 2. *Sylv.* v. 338. dicit: *Et magnas latrantia pectora curas. Guilielm. Plaut. quaeſt. hiris latrantibus,* i. e. inteſtinis famelicorum auarorum quaſi latrantibus. Atque ſic edidit *Nod.* cum *Hadr.*

v. 56. Arma placent miſeris] *Miſeri* ſunt aere alieno oppreſſi, qui ſemper procliues fuerunt ad bella ciuilia. cf. *Cic. Or.* in *Cat.* 2, 8. et 9.

detrita] hoc etiam latet in *C. Trag. detrictaque.*

v. 57. Inops audacia] i. e. *audacia inopis tuta ſibi videtur,* quia plus lucrari poteſt bello ciuili, quam amittere.

Haec merſant coeno Romam, ſomnoque iacentem
Quae poterant artes ſana ratione mouere,
Ni furor, et bellum, ferroque excita libido?

## CAP. CXX.

*Idem carmen continuatur.*

Tres tulerat Fortuna Duces, quos obruit omnes
Armorum ſtrue diuerſa feralis Erinnys.
Craſſum Parthus habet, Libyco iacet aequore Magnus,
Iulius ingratam perfudit ſanguine Romam.
Et, quaſi non poſſet tot tellus ferre ſepulchra,
Diuiſit cineres. Hos gloria reddit honores.

Eſt

v. 58. Haec] *C. Trag.* et *Ed. pr.* *Hoc:* ſed *C. Samb.* et *Ed. ſec.* *Haec*, quod requiritur, ſi *merſant* ſeruetur auctoritate *C. Samb. Leid. Trag. Ed. pr. ſec. al.* Etiam *Lucret.* 5, 1006. dixit: *Nunc rerum copia merſat.* Eodem tropo vſus eſt *Claud.* 3. de *R. P.* 29.

*Diſſuaſor honeſti,*
*Luxus et humanas oblimat copia mentes.*

*Burm.* et *Nod.* edidere: *Hoc merſam;* quod quosdam legere, iam *Collad.* admonet. *Barth.* in *Racem.* exhibet, neſcio, vnde: *Inverſam coeno.*

v. 60. Ni furor] Poſt hunc verſum eſt lacuna in *C. Memm.*

excita] Ita pro *Codd. exciſa* et *exciſſa* legendum eſſe, iam vidit *Aurat.* atque hoc habet adeo *Cod. Scaligeri.* *Heinſ.* dubitat, an *accincta* legendum ſit.

C. CXX. v. 61. Tres] *Pompeium, Craſſum, Caeſarem.*

tulerat] *Nod. dederat;* et ſic *Cod.* membranaceus *Douſae.* Sed *tulerat* eſt melius, ſignificat enim *pregenuerat*, vt *Hor.* l. 3 *Od.* 6, 46. *aetas parentum, peior auis, tulit nos nequiores.*

omnes] Ita *C. Trag.* Sed *Samb. Ed. pr.* et *ſec. omnis.*

v. 62. feralis Erinnys] Sic *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *ſec.* *Al.* etiam *Burm.* et *Nod.* ediderunt *Enyo.* Verum etiam infra, c. 124, 255. commemoratur *horrida Erinnys, Et Bellona minax:* ea enim bella mouere putabatur.

v. 63. Craſſum] Nam a *Parthis* captus periit, vt notum eſt.

Magnus] ſcil. *Pompeius*, quem ad *Peluſium* in *Libya*, ad *Nili* oſtium, occiſum et ſepultum, tradunt plerique. vid. *Rader.* ad *Mart. l.* 5. *ep.* 71. etiam *Florum l.* 4, 2.

v. 64. Iulius] Ita *C. Trag. Colb. Tullius.* At *Samb. Ed. pr.* et *ſec.* *Tertius*, idem alii, teſte *Torn.* quod fortaſſe verius, quia *Iulius* poſſit eſſe gloſſa. *Ingratam* autem *vrbem ſanguine perfudiſſe* dicitur, quia priusquam occideretur *Romae*, multis inſtitutis vtilibus bene meritus erat de *Romanis.*

v. 65. Et] *Stewech. En.*

tot tellus] *Delben.* mauult *tellus tot.* Sic *C. Memm.* et *Douſ.*

Eſt locus, exciſo penitus demerſus hiatu,
Parthenopen inter magnaeque Dicarchidos arua,
Cocyta perfuſus aqua: nam ſpiritus extra
Qui furit, effuſus funeſto ſpargitur aeſtu.
Non haec autumno tellus viret, aut alit herbas
Ceſpite laetus ager: non verno perſona cantu
Mollia diſcordi ſtrepitu virgulta loquuntur:
Sed chaos, et nigro ſqualentia pumice ſaxa
Gaudent ferali circum tumulata cupreſſu.
Has inter ſedes Ditis pater extulit ora
Buſtorum flammis, et cana ſparſa fauilla:
Ac tali volucrem Fortunam voce laceſſit:

Rerum

v. 67. Eſt locus] Ante hunc verſ. legitur in *Cod. vet. Tornaeſ. verſ.* 79. *Rerum humanarum.*

v. 68. Parthenopen] Haec eſt *Neapolis. Aurat.* malebat *Parthenopes.*

magnaeque] alii *magnae.*

Dicarchidos] Ita *Ed. pr.* et *ſec.* etiam *C. Samb.* ſic fere. Alii, teſte *Aurat. Dicaearchidos. Braſſic.* volebat: *Dicearchidos. C. Trag. magne elichartidos.* Ceterum recte obſeruauit *Gonſalius*, hic deſcribi *Phlegraeos campos*, qui ſunt montis *Veſuuii*, vti ex *Diodor.* l. 4. intelligitur; quosque ſitos eſſe inter *Puteolos* et *Neapolin*, docet *Plin.* l. 3. c. 5. *Dein Putroli, colonia, Dicaearchia dicti; poſtque Phlegraei campi, Acheruſia Palus, Cumis vicina. Littore autem Neapolis Chalcidenſium, et ipſa Parthenope a tumulo Sirenis appellata.*

v. 69. Cocyta] *C. Trag.* et *Memm. Cocytia*, metro repugnante, *Leid.* et *al. Cocyti*, teſtante *Patiſſ. Samb.* et *Braſſ. Cocyta* poteſt dici, vt *Ceraunum Saxum* pro *Ceraunio Prop.* l. 2. *El.* 16, 3. Geographi autem circa *Lucrinum lacum* conſtituunt fluuium *Cocytum.*

v. 72. perſona cantu] *Auſonius* ad *Paulinum:*

*Eſt et arundineis modulatio muſica ripis,*
*Atque arguta ſuis loquitur coma pinea ventis.*

v. 73. loquuntur] *C. Colb. locantur.*

v. 75. circum tumulata] *Collad.* coniicit *circumcumulata:* ſed *tumulata*, ſcil. corpora, dicuntur pro *ſepultis*, vel *ſepulchris*, quod indicat *cupreſſus*, quam *funebrem* dicit *Hor. Epod.* 5, 18.

v. 76. ſedes] *C. vet. ſepades:* hinc *Scaliger* coniiciebat *ſaepes.*

Ditis] Hic eſt *nom.* Nam *Serv.* ad *Virg.* 6. *Aen.* 273. ait: *dicimus et Dis et hic Ditis.*

v. 77. cana] *Ed. pr. caua*, pro quo *cana* legendum, vidit *Aurat.* et ſic *Cod. Trag.* et *al. Canam fauillam* vero paſſim poëtae dicunt. vid. *Heinſ.* ad *Ouid.* 2. *A. A.* 440.

v. 78. volucrem] etiam *Hor.* ei tribuit *pennas l.* 3. *Od.* 29, 53. Habet etiam *alas* in ſtatua apud *Sponium*, et *al.* vid. *Cuper. Harpocr.* p. 38. *Berger. Theſ.* 3. p. 297.

Rerum humanarum, diuinarumque poteſtas,
Fors, cui nulla placet nimium ſecura poteſtas,
Quae noua ſemper amas, et mox poſſeſſa relinquis,
Ecquid Romano ſentis te pondere victam?
Nec poſſe vlterius perituram extollere molem?
Ipſa ſuas vires odit Romana iuuentus,
Et, quas ſtruxit opes, male ſuſtinet. Adſpice late
Luxuriam ſpoliorum, et cenſum in damna furentem.
Aedificant auro, ſedesque ad ſidera mittunt.

Ex-

p. 297. Hoc epitheto indicatur, *Fortunam* praeter ſuam naturam paullo diutius manſiſſe apud *Romanos*. Quod eleganter exprimit *Plutarch.* in libro de *Fortuna Romana*, p. 317. vbi fingit, *Fortunam in Palatio alas depoſuiſſe, Romam intraſſe* ὡς μενῦσαν; hinc in numis Imperatorum *Fortuna Auguſti* exhibetur ſine alis, veſte talari firmiter conſiſtens, cum cornu copiae et gubernaculo.

laceſſit] *Cuper.* proponit *faceſſit.*

v. 79. Rerum] In *C. Trag.* legitur *Rex*, ex compendio ſcribendi ortum. Temere hunc verſum explodit *Torrent.* ad *Hor.* l. 1. *Od.* 35. cum poëtae plures tantam vim fortunae tribuant, ex vulgi opinione loquentes. cf. *Gronov. Diatr. Stat.* p. 251, et 253.

v. 80. Fors, cui] Hic verſus, quem non agnoſcit *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *ſec.* *Hadr.* ſuſpectus videtur vel propter mox geminatum *poteſtas:* hinc eum omiſit *Burm.* recte autem reductus eſt a *Reisk.* quia *Colladon.* eum reperit in *Cod. Mſ.* aptum ſatis huic contextui; facile autem potuit excidere propter ſimilem cum verſu ſuperiore exitum. Eiusdem vero voc. repetitio hic aliquam vim videtur habere; in eo enim, quod *Fortuna* eſt *poteſtas rerum humanarum et diuinarum,* ineſt cauſſa, cur ei *nulla placeat nimium ſecura poteſtas.* Ceterum *Reisk.* edidit *Sors* pro *Fors.* *Delben.* autem, neſcio, vnde coniiciebat, poſt *diuinarumque poteſtas* legi debere: *Cui nulla nimium nimium — poteſtas.*

v. 81. Quae noua] Alii, tradente *Torn. Tu.*

mox] *Barth.* coniicit *vix.*

poſſeſſa] Ita pro *poceſſa* legendum, vidit *Colladon.* atque ſic *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *ſec.* habent.

v. 82. Ecquid] *C. Trag. Et qui. Ed. ſec. Et quid.*

v. 83. perituram] Ita *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *ſec.* Sed *C. Colb.* habet *permiram.* *Collad.* coniicit *ruituram.* At *periturus* eſt *exitio deſtinatus.* cf. *not.* ad c. 118, v. 19.

v. 84. odit] *Liv.* in *praef. Iam pridem praeualentis populi vires ſe ipſae conficiunt.*

v. 85. ſtruxit] idem, quod *exſtruit* 119, 32. et *Hor.* 2. *Serm.* 2. 96. *conſtruxit.*

v. 86. cenſum] *Manil.* l. 4. v. 11. *Cenſus pretium eſt affundere cenſum.* *Damna* idem, quod c. 119, 36.

v. 87. auro] *Manil.* l. 5. v. 507.



*Tri-*

Expelluntur aquae ſaxis, mare naſcitur aruis;
Et permutata rerum ſtatione rebellant.
En! etiam mea Regna petunt. Perfoſſa dehiſcit
Molibus inſanis tellus; iam montibus hauſtis
Antra gemunt; et, dum varius lapis inuenit vſum:
Inferni manes coelum ſperare iubentur.

Qua-

*Triclinia templis*
*Concertant, tectique auro iam*
*veſcimur aurum.*

De inſanis *Romanorum* aedificationibus vid. *Gronov. Diatr. Stat.* c. 39. cf. etiam *Hor.* l. 2. *Od.* 18. l. 3. *Od.* 1, 34. Vir doctus *Cod. Almelouenïani* orae adſcripſerat *aulas;* ſed iterum induxerat.

v. 88. ſaxis] Idem *Hor.* l. 2. *Od.* 18, 20.

*Mariſque Baiis obſtrepentis*
*vrges*
*Summouere littora,*
*Parum locuples littora conti-*
*nente ripa.*

Carpitur illud luxus genus, quo diuites villas in ipſo mari aedificabant.

mare] Forte hic in animo habuit piſcinas magnas, quas ſibi faciebant luxurioſi. cf. *Sen. ep.* 90. et *Suet. Ner.* 31. vbi *Nero* dicitur habuiſſe *ſtagnum maris inſtar.*

v. 89. Et permutata] *Barth.* ad *Claud.* 4. *Conſ. Honor.* 239. legit: *Terrae mutata.*

rebellant] *Romani*, naturae rerum repugnantes in luxu. *Ed. ſec. rebellat.*

v. 90. En] Ita *C. Trag. Samb. Memm.* et *al. Aurat.* repererat *Et etiam.*

v. 91. inſanis] modum excedentibus, quorum fundamenta fere ad orcum vsque pertinent, vt verbis ſuperioribus indicabatur.

hauſtis] Haec lect. quorundam, teſtante *Delben.* recte eſt recepta. *Hauriebantur* enim *montes* tanta lapidum multitudine inde exciſa, vt montes toti fere ſublati viderentur. Ex *hauſtis*, *h*, vt ſolet in *Mſſ.* fieri, neglecto, facile potuit oriri *auſtris* in *C. Trag.* et *Ed. pr.*; hinc *auſtris* in *C. Samb. Delben.* coniiciebat *auctis.*

v. 92. Antra] quae iam reſtant ex montibus, priuata montium praeſidio. *Heinſ.* legendum exiſtimabat: *Aſtra premunt*, quia putabant veteres, aſtra inniti cacuminibus montium. Idem alibi mauult: *Aſtra tremunt*, ſubruto montium adminiculo, caſum minantia.

varius] Ita quidam, teſte *Patiſſ.* libri; alii, teſtante *Torn.* et *Collad. varios — vſus:* nec hoc male. *C. Trag. Samb. Autiſ. vanus — vſum*, pro quo *Delben.* malebat *vanos — vſus. Palmer.* in *ſpicil.* legi vult *Parius — vſus;* ſed *varius lapis* eſt *marmor*, vt *Hor.* 2. *Sat.* 4, 83. *Vitr.* l. 7. c. 5. commemorat *ruſtarum marmorearum varietates.*

v. 93. iubentur] Ita iam legerunt *Collad.* et *Delben.* recte quidem, nam etiam *Virg.* 4. *Georg.* 325 *Quid me coelum ſperare iubebas?* Senſus huius loci hic eſt: *iubentur ſperare, lucem coeli ſuperi aliquando ad ſe peruenturam.* *Codd. Samb. Bitur. Trag.* et alii: *fatentur:* male! *Gonſal.* malebat *ſpectare.* *Heinſ.* in no-

tis

Quare, age, Fors, muta pacatum in praelia vultum,
Romanosque cie, ac noſtris da funera regnis.
Iam pridem nullo perfundimus ora cruore,
Nec mea Tiſiphone ſitientes perluit artus,
Ex quo Syllanus bibit enſis, et horrida tellus
Extulit in lucem nutritas ſanguine fruges.

## CAP. CXXI.

*Continuatur carmen Capitum ſuperiorum.*

Haec vbi dicta dedit; dextrae coniungere dextram
Conatus, rupto tellurem ſoluit hiatu.
Tum Fortuna leui defudit pectore voces:
O genitor, cui Cocyti penetralia parent,

Si

tis ineditis ad *Ouid.* l. 5. *Met.* 348. mauult *ſpirare.* Sed *ſperare*, quod etiam dicitur pro *expectare* (vti c. 59, 2. *Homeriſtas ſperemus*,) atque adeo pro *timere*, vt c 122, verſ. 129. oſtendemus, poteſt ferri; alibi dicuntur *trepidare, immiſſo lumine, manes. Virg.* 8. *Aen.* 246

v. 94. age] deeſt in *Cod. Torn.*

v. 96. perfundimus] *Nod. perfudimus*, et ſic *C. Colb.* Sed alii *perfundimus;* poteſt vero *praeſ.* pro *praet.* poni.

v. 97. Nec mea] Poſt hunc verſum in *Cod. Torn.* legitur verſ. 105: *Vota mihi* et *ſeqq.*

perluit] *Collad.* coniicit *proluit.* Sed etiam *Ouid.* dicit *Met. l.* 3. 173.

*Dumque ibi perluitur ſolita Titania lympha.*

et *l.* 4. 310.

*fonte ſuo formoſos perluit artus;*

*Perluere* etiam eſt grauius; ſignificat enim *penitus madefacere.*

v. 98. Syllanus] *Lucan.* 1. 330.

*Sic et Syllanum ſolito tibi lambere ferrum Durat, Magne, ſitis.*

bibit enſis] *Virg.* 11. *Aen.* 804. de *haſta: alte bibit acta cruorem.*

horrida] *Collad.* coniicit *arida. Burm. ſordida.* Sed *horrida C. Samb. Trag. Leid. Memm. Colb. Torn. Ed. pr.* et *ſec.* Et *horrida* tellus hic vocatur, *horrens ariſtis;* nam, vti *Virg. Aen.* 11, 754. dicitur *ferreus haſtis horrere ager;* ita etiam *ariſtis horrere* poteſt dici. Nam *Varro L. L.* 5, 6. p. 53, 14. ait: *In corpore pili, vt ariſta in ſpica hordei, horrent*, et *Virg. Georg.* 3, 199. *Tum ſegetes altae — horreſcunt.*

v. 99. nutritas ſanguine] *Ouid. Heroid.* 1. 54.

*Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.*

C. XXI. v. 102. Tum] alii *Tunc.*

Si modo vera mihi fas eſt impune profari,
Vota mihi cedent: nec enim minor ira rebellat
Pectore in hoc, leuiorue exurit flamma medullas.
Omnia, quae tribui Romanis arcibus, odi;
Muneribusque meis iraſcor: deſtruat iſtas
Idem, qui poſuit, moles Deus. Eſt mihi cordi
Quippe armare viros, et ſanguine paſcere luxum:
Cerno equidem gemina iam ſtrictos morte Philippos,
Theſſa-

v. 104. vera mihi fas eſt] Sic verba transponenda eſſe propter metrum, iam vidit *Aurat. Codd.* habent: *Si modo fas eſt mihi vera impune. Braſſic.* malebat: *Haec modo fas impune mihi eſt, ſi vera profari.*

profari] *Aurat.* reperiebat *probare.*

v. 105. mihi cedent] Alii, *Torn.* monente, *tibi cedent:* et ſic edidit *Nod.* cum *Hadr. Anonym. Vota mihi cedis.* Sed *C. Samb. vota mihi cedent: Ed. pr. mihi cedunt*, et *Trag. mihi credent*, in quo latet *cedent.* Senſus eſt: *Iam, quod optaui, eueniet.* Significat *Fortuna*, ſe iam diu optaſſe bellis ciuilibus collidere *Romanos. Cedere* ſic dicitur, vt apud *Flor.* l. 3. c. 1. *Citra ſpem omnium fortuna ceſſit. Suet. Aug.* 91. *ceſſitque res proſpere.*

rebellat] Ita *Codd.* et *Burm.* quod poteſt vtcunque defendi, quia etiam *Sen. ep.* 69. dicit: *cito rebellat affectus. Erh.* mavult *rebullit*, quod receptum eſt a *Reisk. Nod.* et *al.* atque valde eſt probabile.

v. 106. leuiorue] Ita recte *Burm. Nod.* pro *leuiorque Codd.* ſuadente *Collad.*

v. 107. Omnia, quae] pro *Omniaque Codd.* recte reſcripſit *Samb.*

arcibus] *C. vet. Patiſſon. Samb.* et *Trag. artibus*, male: *Ed. pr.* rectius *arcibus;* nam ſequitur, *moles iſtas deſtruet, qui poſuit.*

v. 108. deſtruat] Ita *Ed. pr.* idem latet in *Cod. Dan. diſtruat. C. Samb.* habet *deſtruet*, quod etiam ineſt in *C. Trag. dextruet*, nec temere eſt editum a *Nod.*

v. 109. Deus] quidam putant *Fortunam* intelligendam: equidem *Martem* intelligo, auctorem gentis *Rom.*

Eſt mihi] Ita iam *Samb.* coniecit legendum, pro *et Mſſ. Burm.* et *Nod.* recte, quia *et* redundare videtur ſequente *quippe.*

v. 110. Quippe] Hunc verſum in *Cod. Tornaeſ.* excipit verſ. 116. *Pande age.* et *ſeqq.*

armare] Hanc *Gronouii* coniecturam, probatam etiam *Cruſio*, recepi pro *Mſſ.* et *Edd.* omnium, etiam *Burm.* et *Nod. cremare*, quod plane alienum eſt ab hoc loco: volebat enim *Fortuna* dicere, ſe hanc ob cauſſam, vt reſp. *Rom.* ab *Marte* etiam deſtrueretur, bella conflaſſe. *Reisk.* edidit; *Caede creare viros.*

luxum] *Anonym.* dubitat, an *luctum* ſit legendum. Alebatur enim luxus, cum victores caeſorum bonis potirentur.

v. 111. Cerno equidem] *Fortuna* bella imminentia iam ſuis oculis obuerſari videt. Alii putant, poëtam hic vaticinari.

gemina iam ſtrictos morte] hanc lect. *C. Samb. Trag. Leid. Ed.*

Theſſaliaeque rogos, et funera gentis Iberae.
Iam fragor armorum trepidantes perſonat aures;
Et

*Ed. pr.* et *ſec.* cum *Burm.* ſervaui, quia poteſt explicari. Nam poteſt, auctore *Gronov.* l. 3. *Obſ.* c. 11. per *mortem* intelligi *ſtrages*; idem docet, *Philippos*, *Theſſalicos* et *Macedonicos* a poëtis confundi; ſed h. l. hoc ne factum quidem videtur, ſi ſumas, *Philippos* hic poëtam pro vero *plurali* vſurpaſſe: atque *gemina morte Philippos* dixiſſe per *hypallagen*, pro *geminos ſtrictos morte Philippos*; amat enim noſter, vt alii poëtae, hypallagen. Vel, ſi quis malit, poſſit contendi, hic quidem agi de pugna *Philippenſi*, quae vulgo dicitur, in qua *Octauius* et *Antonius* vicerunt *Brutum* et *Caſſium*, atque *geminam mortem* hic dici ſtragem, quae fuit in vtraque parte magna, cum vtriusque exercitus cornua dextra viciſſent. Poſſit fortaſſe hoc eo facilius concedi, quia ſtatim commemorantur *Theſſaliae* rogi, quibus clades, facta in pugna *Pharſalica*, in qua *Pompeius* eſt victus, poteſt ſignificari: neque obſtat chronologiae neglectus, cuius ſtudioſi non eſſe ſolent poëtae, in tempora futura ſpiritu poëtico abrepti. *Stricta* vero ſtrage dicitur vrbs, quam ea fere attigit. Alii legunt: *gemino iam ſtrictos Marte Philippos*, eodem fere ſenſu: atque adeo ſic mihi videretur neceſſario legendum, ſi per *Philippos* indicaretur vtraque pugna; ne caeſorum in pugna *Pharſalica* bis mentio fieret hoc verſu et ſequ. *Structos* malebat *Palmer.* in *Spicileg.* quod edidit *Reisk.* putantque, ſic dici vrbem auctam cadauerum aceruis. *Anonym.* apud *Hadr.* etiam *inſtructos* proponebat. *C. Memm.* et *alii*, teſte *Torn.* habent: *ſtratos morte:* et *Heinſ.* malebat: *gemino iam ſtratos Marte:* quod edidit *Nod.* in *Ed. pr.* ſed in reliquis, vt in *Ed. Hadr.* legitur: *gemina iam ſtratos morte.*

v. 112. Theſſaliaeque rogos] His indicatur clades facta in pugna, commiſſa prope *Pharſalum*, vel prope *Philippos* in *Theſſalia* ſitos. Nam *Florus* l. 4. c. 2. de ea ita loquitur: *ſic praecipitantibus fatis, praelio ſumta eſt Theſſalia: et Philippicis campis Vrbis, imperii, id eſt, generis humani fata commiſſa ſunt.*

Iberae] i. e. *Hiſpanae:* nam in *Hiſpania Pompeii filii*, patre victo et occiſo, bellum repararunt.

v. 113. armorum] *Collad.* coniicit *Armeniae;* temere, cum bellum, a *Pompeio* illatum *Tigrani*, non pertineat ad bella ciuilia. Hoc dicit: *non ſolum video loca, vbi pugnarunt et perierunt Romani, ſed ipſum armorum ſonitum audio:* nec tamen nego, hunc verſum videri male interpoſitum his, in quibus *Fortuna* dicit: *Cerno equidem* etc. 111. ſqq. et verſui 114. *Et Lybyas cerno.* etc. Hinc malim eum verſui 111. praemittere, quam coniecturam adiuuat particula *Iam.* Verſibus ſic transpoſitis, *Fortuna* indicaret, ſe, iam audito ſtrepitu armorum, videre loca, vbi bellum ciuile geratur. At *Nod.* cum *Haar.* eum poſtpoſuit verſui ſequenti 114.

trepidantes p. aures] Ita *Codd. Samb. Trag.* alii. Sed in *Ed. ſec.* legitur *auras;* atque ita etiam *Tornaeſ.* legendum putabat. Praeterea *Palmer.* volebat: crepi-

Et Lybiae cerno, et tua, Nile, gementia caſtra;
Actiacosque ſinus, et Apollinis arma timentes.
Pande, age, terrarum ſitientia regna tuarum,

Atque

*crepitantum perſonat auras*, ratus, *Fortunae* aures non poſſe trepidare bella, quae decreuiſſet: ſed ea videtur hac formula belli magnitudinem indicare voluiſſe. *Cuperus* ita diſtinguendum et corrigendum exiſtimabat: *trepidantes perſonat aures In Libya. Ed. prima* ſic legit et interpungit: *Et Lybiae: cerno tua* etc.

v. 114. Et Libyae] *Aur.* legi vult: *Ex Libye. Reisk.* edidit *Et Libyas:* ego vero lect. *Edd. vett.* ſeruaui cum *Burm.* opinatus, hunc *gen.* a *caſtra* pendere. Videt ergo *Fortuna* etiam caſtra, in *Africa Caeſari* oppoſita a *Iuba*, *Mauritaniae* rege, et a nobilibus Romanis, *Pompeio* faventibus. Poſſit etiam *Cod. Trag.* auctoritate *Lybie* ſcribi, et pro vocatiuo haberi. *Nod.* qui in *Ed. pr.* ſeruauit: *Et Lybiae cerno,* in reliquis edidit: *Et Lybien cerno.*

et tua] *Et* inſerui cum *Burm. Nod.* et *al.* quia neceſſario requiritur, atque ob ſequens *t* facile poſuit excidere.

Nile] Ita *C. Samb.* et *al.* neque aliud quid latet in *C. Trag. ville. Nilus* autem dicitur pro *Aegypto;* et *Fortuna* duplicem exercitum *Aegyptiorum* videt, et illum, quem *Caeſar* vicit, *Ptolemaeo*, inſidias ipſi paranti, bello illato; et illum, quem ab *Antonio* et *Cleopatra* ſibi oppoſitum ſuperauit *Auguſtus*, quod pugnae naualis, apud *Actium* commiſſae, mentione facta paullo poſt confirmatur. Ceterum in locis, vbi bellum ciuile a *Caeſare* eſt geſtum, poëtam ordinem temporis non obſeruaſſe, apparet. *Florus*, vt hiſtoricus, in ſimili locorum iſtorum recenſione, l. 4. 2. eius erat tenacior: *Si locum et ſpatium, (inſpicias,) vbi commiſſum eſt (bellum ciuile;) intra italiam: inde ſe in Galliam Hiſpaniamque deflexit: reuerſumque ab occaſu, totis viribus in Epiro Theſſaliaque conſedit: hinc in Aegyptum ſubito tranſiliit: inde reſpexit Aſiam: inde Africae incubuit: poſtremo in Hiſpaniam remigrauit, et ibi aliquando defecit.*

caſtra] Ita *C. Trag. Samb. Ed. pr.* et *ſec. C. Leid.* habet *clauſtra*, *Burm.* et *Nod.* cum aliis edidere *cloſtra.*

v. 115. Apollinis] i. e. *Auguſti*, qui eius filius credi volebat, vel *Apollinis*, qui *Auguſtum* adiuuabat, vt *Virg.* l. 8. 704. indicat:

*Actius haec cernens, arcum intendebat Apollo*
*Deſuper: omnis eo terrore Aegyptus et Indi,*
*Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.*

Cuius praeſidium etiam agnouit hic imperator in iſta victoria, vt ex *Dion.* l. 51. initio intelligitur.

timentes] Hi ſunt *Aegyptiaci* et *Romani*, *Antonium* ſequentes. *Collad.* coniiciebat: *timentis*, ſcil. *Nili.* In *Ed. Lugdun.* legitur *trementis*, vnde *Richardo* videbatur effici poſſe *frementis*, ſcil. *Apollinis:* poſtea totum locum ita conſtituendum putauit:

*Et Libyae cerno, et tua, Nile, gementia clauſtra.*
*Iam fragor armorum trepidantes perſonat aures:*
*Actiacosque ſinus, et Apollinis arma timentes.*

v. 116. ſitientia] *Colb.* vitioſe *ſcientia.*

tuarum] *Cruſ.* mauult *cruorem;*

Atque animas arceſſe nouas. Vix Nauita Porthmeus
Sufficiet ſimulacra virûm traducere cymba;
Claſſe opus eſt. Tuque ingenti ſatiare ruina,
Pallida Tiſiphone, conciſaque vulnera mande:
Ad Stygios manes laceratus ducitur orbis.

## CAP. CXXII.

*Continuatur idem carmen.*

Vix dum finierat, cum fulgure rupta coruſco
Intremuit nubes, eliſosque abſcidit ignes.
Subſedit pater vmbrarum, gremioque reducto
Tellu-

*rum:* vt dicantur *regna Ditis ſitire cruorem terrarum.*

v. 117. arceſſe] *Colb. accreſce.*

Porthmeus] Ita pro *Proteus Codd.* multorum, vt *Trag. Samb. Colb. Edd. pr.* et *ſec.* iam edidit *Samb.* ex coniectura. Atque adeo ſic legitur in *C. Autiſ.* Alii habent *prora*, teſte *Patiſſ.* alii *certa*, teſtante *Torn. Leid.* et *Memm. certe. Scaliger: Proreus*, πρωρεὺς. *Collad.* coniicit *parua*, vel *picta*, vel *putri. Porthmeus* vero eſt *Charon*, qui *Portitor Orci* dicitur a *Virg. Georg.* l. 4, 502.

v. 118. Sufficiet] *C. Trag. Sufficit ad ſimulacra. Heinſ.* coniicit *Sufficit hac.*

ſimulacra] i. e. vmbras; eodem ſenſu ſaepe hoc vocabulum occurrit in *Virg.* v. c. *Aen.* 7, 89. et *Georg.* 1, 477.

v. 119. Tuque ingenti] Haec deſunt in *Cod. vet. Tornaeſ. Mſ.* vsque ad verſum 122. *Vix dum finierat. Hadr.* et *Nod. Tumque* ediderunt.

ſatiare] *Hor. l.* 1. *Od.* 2, 37.
*Heu! nimis longo ſatiate ludo.*

v. 120. Tiſiphone] Bellum a furiis immitti, fingunt poëtae, atque adeo hiſtorici; vt *Ammian. Marcellin.* paſſim.

conciſaque] *C. Samb.* et *Ed. pr. conſciſſaque.* Sed *Ed. ſec. conciſaque*, neque aliud quid latet in *C. Trag. conſiſſaque.*

vulnera] Sic *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *ſec. Collad.* proponit: *funera mande*, vel *viſcera.*

mande] Sic *Cod. Trag. Ed. pr.* et *ſec. C. Samb. manda. Bitur. Leid. Colb. pande. Cuper.* malit *lambe;* quod et mihi arridet: poteſt tamen *mande* ſeruari quia *ſanguine* paſtas *Furias* fingi, conſtat.

v. 121. ducitur] *C. Trag. dicitur.*

C. CXXII. v. 122. fulgure] *C. Colb. ſulfure.*

v. 123. Intremuit] *Collad.* coniicit *infremuit.*

abſcidit] *Reisk.* edidit *abdidit*, ex coniectura.

v. 124. Subſedit] Ita *Burm.* et *Nod.* cum omnibus, quae ante *Gonſalium* extiterunt, *Edd. Gonſal.* vero, et *Hadr.* ediderunt *ſubſidit*, non patet, vnde.

reducto] i. e. clauſo hiatu. *Heinſ.* mallet: *gremioque reductae Telluris pauitans. Tornaeſ.* redu-

Telluris, pauitans fraternos palluit ictus.
Continuo clades hominum venturaque damna
Auſpiciis patuere Deûm; namque ore cruento
Deformis Titan vultus caligine texit:
Ciuiles acies iam tum ſperare putares.
Parte alia plenos extinxit Cynthia vultus,
Et lucem ſceleri ſubduxit. Rupta tonabant,
Verticibus lapſis, montis iuga, nec vaga paſſim
Flumina

*reductus:* ita etiam *C. Samb.* et *Ed. pr.* Sed *Trag. reducto.*

v. 125. palluit] Ita *C. Samb. Ed. pr.* et *ſec. C. Trag.* et *Leid.* *polluit.*

fraternos — ictus] i. e. fulmina *Iouis*, quorum mentio facta eſt v. 122.

v. 127. namque ore] *Ed. ſec.* habet, neſcio, vnde, *ſolque. Colb. ora. Collad.* coniiciebat: *namque ora cruentus.*

cruento] *Aurat.* coniicit forte talem verſum ſubſequi debuiſſe:

*Noſtrum quadriiugi ſcandens ſol aethera curru.*

v. 128. Deformis] *Nod.* cum *Hadr.* edidit *Deformes. Braſſican.* malebat *Deformi*, ſicut *Collad.*

Titan] Hoc in *titubans Codd.* latere, iam vidit *Delben.* et *Ianus Paſſeratius. Colladon.* ita totum locum componendum putat:

*Namque ora cruentus*
*Deformi Titan vultus caligine texit.*

*Burm.* ſeruauit *titubans: Reisk.* et *Nod. Titan* recte ediderunt; videtur vitio librariorum, *s* huic voc. addito, *titans*, et hinc *titubans* ortum. Similia his oſtenta vide apud *Statium* l. 7. *Theb.* 404. Id certum eſt, hic deſcribi *ſolis defectum*, vt paullo poſt *lunae.* Vtriusque mentionem etiam facit *Lucan.* l. 1, 540. *ſqq.*

v. 129. ſperare] Hoc voc. reſtitui ex coniectura, pro *Codd.* et *Edd.* omnium *ſpirare*, quia *ſol* non dici poterat *ſpirare* pugnas imminentes; ſed vultum tegebat, quaſi iam eas ſperaret, i. e. timeret: nam *ſperare* ſic dicitur *Virg. Aen.* 1, 547.

*At ſperate deos, memores fandi atque nefandi:*

quo ſenſu et *ſperare lat.* et *graec.* ἐλπίζειν et *ſyn.* dici, multis exemplis probat *Hogeuen.* ad *Viger.* p. 239. *Cruſius* proponit: *veritum ſpectare*, quod mihi valde arridet; malim tamen: *iam tum ſpectare*, quia *Petron. pronomina* ſaepe negligit. Sed *ſperare* propius ad literas accedit.

v. 131. ſceleri] *C. Trag. celeri.*

Rupta tonabant] i. e. cum fragore rupti ſunt montes. *Delben.* legi volebat:

*Iam rupta tenebant.*
*Verticibus laſſis montes iuga.*

Idem fere *Lucan.* l. 1. 553.

*Veteremque iugis nutantibus Alpes*
*Diſcuſſere niues.*

Etiam *Dio* l. 31. commemorat terrae motus cum mugitibus coniunctos.

v. 132. lapſis] Hoc videtur latere in *Codd. Samb. Trag. Colb. Ed. pr.* et *ſec.* lect. *laſſis:* nam *ruptis montibus* melius conueniunt *vertices lapſi*, quam *laſſi*: putat tamen *Burm.* *laſſos montes* poëtice

Flumina per notas ibant morientia ripas.
Armorum ſtrepitu coelum furit, et tuba mortem
Sideribus transacta ciet: iamque Aetna voratur
Ignibus inſolitis, et in aethera fulmina mittit.

Ecce

poëtice dici a *frequenti et toties iterato illo ſonitu*, quem edebant. *Collad.* coniecit *quaſſis; Heinſ. laceris*, vel *laxis.*

v. 133. Flumina] Alii, teſte *Torn. fulmina*, mendoſe.

notas] Ita *Hor.* l. 4. *Od.* 11, 5. dixit *notas ripas. Barth.* ad *Claud. Conſul. Olybr.* et *Probr.* 220. malebat *latas. Buxhorn.* ad *Lamprid. Diadumenum* coniicit *noſtras.*

morientia] i. e. exareſcentia: vid. *Barth.* ad *Claud. Conſul. Olybr.* et *Probr. verſ.* 220. Hoc dicitur: *flumina vaga*, i. e. varias terras perfluentia, *non ibant*, vel fluebant, *per notas ripas, morientia* quippe, vel euaneſcentia. *Virg.* in loco ſimili *lib.* 1. *Georg.* 479. dicit paucis: *ſiſtunt amnes.* Sed *Rich.* mauult *torrentia*, quia putat, deſcribi flumina excedentia ripas. *C. Colb. muntia. C. Bitur. manantia. Ed. Helenop. orientia.*

v. 134. ſtrepitu] Notat hoc prodigium *Valer. Max.* l. 1. c. 6. *Burm.* mauult *crepitu.*

mortem] Ita *Codd.* plerique; idque poteſt vtcunque defendi, ſi *cladem* ſignificet. Sed *C. Memm.* habet *Martem*, quod fere praetulerim.

v. 135. Sideribus] *Collad.* coniicit *fulguribus.*

transacta] Hanc lect. *librorum* quorundum, vt teſtatur *Patiſſon.* edidi, ratus, eam etiam latere in lect. *C. Trag.* et *Samb.* a *Burm.* edita: *trinis acta*, quam metrum plane reſpuit. Dicitur vero *tuba transacta ſideribus*, pro *acta trans ſidera*, i. e. pro forma tubae, quae in coelo apparuit trans ſidera ſublata. Eiusdem prodigii mentionem facit *Lucan.* 1, 578.

*Inſonuere tubae, et, quanto clamore cohortes*
*Miſcentur, tantum nox atra ſilentibus auris*
*Edidit.*

*Ed. pr.* etiam *Plantin.* habet *armis*, repugnante metro. *Ed. ſec. Sideribus ſic acta.* Alii, teſte *Patiſſ.* habent *tremefacta*, ita etiam *Colb.* alii *tumefacta. Cod. Memm. timefacta. Canterus* legebat *tenus icta.* Alii *demiſſa*, quod probat *Aurat.* alii *transmiſſa*, quod *Nod.* edidit. *Baſſican.* volebat: *Sideribus ciet acta armis. Reisk.* edidit: *et tuba trinis ſideribus mortem acta ciet. Burm.* proponit: *Sideribus tribus acta;* putatque, tria ſidera dici *Pompeium, Craſſum* et *Caeſarem.*

voratur] Sic legendum eſſe, iam vidit *Samb.* cuius *Cod.* cum *Trag.* et *Ed. pr.* habet *voc. tur.* In *Ed. ſec.* editum eſt *micabat. Cuperus* non abhorret a *rotatur*, praefert tamen *voratur*, i. e. conſumitur et exhauritur; atque hanc lect. confirmat *Corn. Seuer. Aetn.* v. 113.

*Aut etiam incluſi ſolidum exedere vapores.*

v. 136. inſolitis] *C. Colb. in ſiluis.*

in aethera] *Burm.* coniicit: *in aequora flumina. Flumina*, quod etiam habet *Torn.* mihi arridet, quia ad ignis multitudinem exprimendam eſt aptius. Sed etiam *fulmina*, in aethera miſſa, poſ-

Ecce inter tumulos atque oſſa, carentia buſtis,
Vmbrarum facies diro ſtridore minantur.
Fax, ſtellis comitata nouis, incendia ducit;
Sanguineoque rubens deſcendit Iupiter imbre.

Haec

ſunt defendi; videbatur *Aetna* fulminibus quaſi ipſum coelum oppugnare, flammis altius, quam plerumque fit, ſublatis. Sed ratio prodigii paullo aliter explicatur a *Lucano* l. 1. 545.

*Ora ferax Siculae laxauit Mulciber Aetnae;*
*Nec tulit in coelum flammas, ſed vertice prono*
*Ignis in Heſperiam cecidit latus.*

v. 137. tumulos] Ita *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *ſec.* Sed *Cod. Pithoei cumu os*, male. *Lactant. l.* 2. c. 2. *Vulgus aeſtimat, mortuorum animas circa tumulos, et corporum ſuorum reliquias oberrare.*

carentia] Alii, teſte *Pith.* nominatim *C. Samb. Trag. Colb. Leid. Ed. pr.* et *ſec. arentia. Gronov.* mallet: *oſſa calentia buſtis*, i. e. recens cremata. Sed etiam vulgata lect. poteſt ferri; nam credebant, vmbras circumvolare inſepulta cadauera. vid. *Barth.* ad *Stat.* l. 5. *Theb.* 163.

v. 138. ſtridore] qui tribuitur vmbris. vid. *Brouckhuſ.* ad *Tibull. l.* 1. *eleg.* 2, 47. Idem fere prodigium commemorat *Lucan.* 1, 568.

*Compoſitis plenae gemuerunt oſſibus vrnae;*

et 570.

*Et venientes cominus vmbrae.*

minantur] *C. Trag. Samb. Ed. pr.* et *ſec. minatur.*

v. 139. ſtellis] *Ed. ſec. telis.*

comitata] *Delbr.* mauult *crinita;* videtur *cometa* indicari, vel aliud phaenomenon, quod putabant, bella aut incendia annunciare. Simile prodigium apud *Claud. bell. Get.* 242. occurrit:

*— — — paſſimque crematas*
*Perbacchata domos nullis incendia cauſſis,*
*Et nunquam coelo ſpectatum impune cometen.*

*Faces* nominatim commemorat *Ouid. Met.* 15, 787.

*Saepe faces viſae mediis ardere ſub aſtris;*

et *Lucan.* adeo, huius belli oſtentum, dicit, et cometam et faces fuiſſe: l. 1, 528.

v. 140. rubens] Hoc reſtitui ex *Cuperi* coniectura, quia *Claud.* l. 1. in *Eutrop.* 4. idem ita expreſſit:

*Nimboque minacem*
*Sanguineo rubuiſſe Iouem.*

Atque hinc facile potuit oriri *repens*, quod habet *Ed. pr.* etiam *Burm.* et *Nod.* at locis ab *Heinſ.* ad *Ouid.* 12. *Metam.* 61. non adeo ſimilibus vix poteſt defendi. Ex *repens* facile potuit naſci *recens* in *C. Samb. Colb. Trag. Reisk.* edidit *ruens*, ex coniectura *Collad.*

imbre] Ita *C. Tornaeſ.* et *al.* etiam *Burm.* et *Nod.* nec male, vt ex loco *Claud.* patet. Accedit et hoc, quod idem prodigium belli ciuilis diſerte commemorat *Appian.* l. 2 *Bell. Civ.* αἱμάτε γὰρ ἐδοξεν ὁ θεὸς ὕτῳ. Etiam *Ouid.* cuius locum *Petron.* in animo habuiſſe videtur, l. c. habet:

*Saepe inter nimbos guttae cecidere cruentae.*

Sed *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *ſec.* habent *igne:* quod non eſt ſpernendum:

Haec oſtenta breui ſoluit Deus. Exuit omnes
Quippe moras Caeſar, vindictaeque actus amore
Gallica proiecit, ciuilia ſuſtulit arma.
Alpibus aëreis, vbi Graio numine pulſae,
Deſcendunt rupes, et ſe patiuntur adiri,
Eſt locus, Herculeis aris ſacer; hunc niue dura
Claudit hiems, canoque ad ſidera vertice tollit,
Coelum illinc cecidiſſe putes; non ſolis adulti
Man-

nendum: at vel ſic *rubens* requiritur.

v. 141. oſtenta] Quidam, teſte *Collad. promiſſa*, quae eſt gloſſa.

v. 142. moras] Incredibilis *Caeſaris* celeritas, ex hiſtoria nota, ita a *Lucano*, l. 3, 299. exprimitur:

*Agmine nubiferam rapto ſuperuolat Alpem.*

vindictaeque] Conf. *Caeſ. B. Civ.* l. 1, 7. et ſqq.

v. 144. numine pulſae] Ita cum *Reisk.* et *al.* edidi, pro *nomine pulſo*, quod habet *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* etiam *Burm.* idque cum *Burm.* puto ſignificare idem, quod *ab Hercule*, qui a *Graecis* deus eſt habitus, *calcatae*, vel *tactae*, vt verſ. 178. *pepulitque meatibus auras;* idem tamen *preſſae* proponit. At *pulſae* legendum, iam coniiciebat *Samb.* quae lect. adeo reperitur in *C. Colb.* et *Leid.* Pro *nomine* autem legendum eſſe *numine*, ex *verſ. ſequ.* eſt probabile: et inde intelligitur, quod *Graio nomine* vel nullum ſenſum admittit, vel, ſi ita circumſcribi *Graias Alpes* ſumamus, concedi deberet, *Petronium* confudiſſe, *Graias Alpes* cum *Maritimis*. *Ed. ſec.* habet, neſcio, vnde, *vulſae*, quod edidit *Nod.* cum *Gonſalio* et *Erh. Dilben.* vult legi *ſurſum.* Etiam *Ed. Geneuenſis*, quae 1629. prodiit, in margine notat:

*Vbi Graio nomine ſurſum*
*Eſcendunt:*

quod habet quoque *Cluuerius* in *Ital. antiq. l.* 1. c. 32. *Barth.* putat *celſae*, vel *pronae*, vel ſimile quid, olim lectum eſſe.

v. 145. et ſe] *Nod. nec ſe.*

v. 146. Herculeis aris ſacer] Idem affirmat *Corn. Nepos* in *Annibale* c. 3. Hoc *Liv.* l. 5. c. 34. inter fabulas refert.

v. 147. canoque — tollit] *Sil.* 4, 746.

*et vertice celſo*
*Canus apex ſtricta ſurgebat ad aſtra pruina.*

v. 148. cecidiſſe] *Gronov. Obſ. l.* 3. c. 2. *illic ſediſſe.*

adulti] Ita edidi cum *Reisk.* et *Nod.* ex *Ed. pr. Cod. Pith.* et *al.* quia eleganter ſic dicitur ſol, cuius radii maiorem vim exerunt, vt ſub meridiem, vel redeunte aeſtate; priore ſenſu idem voc. vſurpauit *Sidon.* l. 4. *ep.* 3. *Iam ſol adultus roſcidae noctis humorem, radio creſcente, ſorbuerat;* poſteriore dicitur *Sen. Herc. Oetaeo* v. 1288. *Vicitque faces Solis adulti glaciale iubar.* *Aduſti* vero, quod habet *C. Samb. Trag. Ed. ſec.* etiam *Burm.* ſapit gloſſam. Nam *adultus* poteſt eandem fere vim habere; quia *Apul. Met.* 11. p. 269, 16. *flammis adulta fax* dicitur *plane ardens.*

Manſueſcit radiis, non verni temporis aura:
Sed glacie concreta algens, hiemisque pruinis
Totum ferre poteſt humeris minitantibus orbem.
Haec vbi calcauit Caeſar iuga, milite laeto,
Ornauitque locum: ſummo de vertice montis
Heſperiae campos late proſpexit, et ambas
Intentans cum voce manus ad ſidera, dixit:
Iupiter omnipotens, et tu, Saturnia Tellus,
Armis laeta meis, olimque onerata triumphis:
Teſtor, ad has acies inuitum arceſſere Martem,
Inui-

v. 149. Manſueſcit radiis] ſcil. locus. Sic cum *Reisk.* edidi ex libris quibusdam, quos ita legere, teſtatur *Collad. Burm.* et *Nod.* ediderunt: *Manſueſcunt radiis* ex *Cod. Trag.* quod poteſt vtcunque excuſari, quia *rupes* poſſunt intelligi ex v. 145. *Samb.* et *alii*, teſte *Patiſſ.* etiam *Ed. pr.* *Manſueſcunt radii.*

v. 150. algens] Ita ex coniectura *Collad.* reſtitui; quia *concreta* in *abl.* requiritur, cum locus *algens glacie et pruinis* deſcribatur. *Cuperus* notauit, *Hieronymum Aleandrum* legere: *ſed glacies concreta riget: Lipſ. rigent.* At *Burm.* ita interpungit: *ſed glacie concreta, rigens hyemisque pruinis;* verum, quo referat *concreta*, neſcio, niſi forte ad *nix:* quod durum eſſet.

v. 151. minitantibus] dicitur, vt *minantur ſcopuli* apud *Virg. Aen.* 1, 162. pro *eminentibus. Anonym.* mauult *nitentibus.* In *Ed. ſec.* editum eſt *mutantibus.*

v. 153. Ornauitque] Hoc reſcripſi ex coniectura, quae mihi videtur neceſſaria, quia non video, quid ſit *Orauitque*, quod habet *Ed. Burm.* omnesque *Codd.* excepto *C. Samb. Ornauitque* vero, pro *aptauit*, eſt valde aptum: facili autem lapſu ex *Ornauit* potuit oriri *Orauit.* In *C. Samb.* extabat *Intrauit:* pro quo *Samb.* malebat *Optauit,* quod *Nod.* cum *Hadr.* recepit. *Collad. Luſtrauitque.*

de] *Ed. ſec. dehinc.*

v. 154. late] Sic recte *C. Trag. Samb.* et *al.* pro *latae,* quod habet *Ed. pr.* Etiam *Sil. l.* 3, 418. dixit: *late proſpectat Iberos.*

v. 155. intentans] *Virg.* l. 10, 667. dicit: *Et duplices cum voce manus ad ſidera tendens. C. Trag.* habet *Intendens.*

v. 156. et tu] *C. Colb. et heu:* forte *et eheu.*

v. 157. laeta] *Anonym. foeta.*

onerata] Quia demum, confecto ciuili bello, ter triumphauit. *Burm. oneranda*, vel potius *ornanda* malebat. At *triumphi,* praeſertim in carmine, dicuntur etiam *victoriae. Valer. Flacc.* l. 3. *Arg.* 291. *Talesne acies, talesne triumphos Sorte dabant?* Quantopere laetati ſint *Romani* eius victoriis, ex ſupplicationibus, ipſi conceſſis, apparet. vid. *Suet. Caeſ.* 24.

v. 158. Teſtor] ſcil. *vos*, vt *Virg.* 2 *Aen.* 431. Etiam *graec.* μαρτύρομαι ſic dicitur. vid. *Salmaſ.* ad *Ius Attic.* et *Rom.* p. 808.

acies] *Palmer.* legi volebat *arces,*

Inuitas me ferre manus, ſed vulnere cogor,
Pulſus ab vrbe mea, dum Rhenum ſanguine tingo,
Dum Gallos, iterum Capitolia noſtra petentes,
Alpibus excludo: vincendo certior exul
Sanguine Germano; ſexagintaque triumphis
Eſſe nocens coepi. Quamquam quos gloria terret?
Aut qui ſunt, qui bella iubent? mercedibus emtae
Ac

*ces*, putabatque, *Maſſiliam* ſignificari, et ſubiecta *Inſubriae* oppida.

v. 159. ferre manus] Ita *Virg.* 5. *Aen.* 402. *Eryx in proelia ſuetus Ferre manum.* i. e. contendere: *conferre manus* vſitatius dicitur.

vulnere] dolore, quem percepi ex iniuriis, mihi illatis, quas iam enarrat. *Cruſ.* mauult *ſed vincere cogor.*

v. 160. Pulſus ab vrbe] quia nimirum ipſi, redeunti ſine exercitu, timendum erat, ne condemnaretur, vt *Milo. Vid. Suet. Caeſar.* c. 30. Haec vitioſe ſic leguntur in *Cod. Colb. Pulſus ad vrbem mandum ſanguine meo.*

tingo] Ita pro lect. *Codd. Trag. Leid.* et *Edd. vet. vinco* legendum eſſe, vidit *Iungermann.* atque ſic edidit *Burm.* cum *Nod.* addicentibus quibusdam *Codd. Palmer.* malebat *pingo*, i. e. dum cum *Germanis* bellum gero.

v. 161. iterum] vt olim. vid. *Liv. l.* 5 42.

petentes] i. e. *petituros*, vel *petere conantes.*

v. 162. certior exul] quia victoriis eius inuidentes, eum opprimere conabantur. *Reisk.* edidit ex ſuo ingenio: *vincendo exerceor exul. Vincendo* mihi videtur cum *ſanguine Germano* conſtruendum; certe ſic loci concinnitas augetur.

v. 164. Quamquam] Indignatur, ſe non reum factum a meliori parte reipublicae, ſed ab iis, quos gloria ipſius, tot rebus geſtis parta, terreret, et qui ideo eum hoſtem iudicandum decreuiſſent. *Ed. ſec. quamquam o quos.*

v. 165. iubent] Hanc lect. vnius *Cod.* vt *Boſch.* teſtatur, eo minus dubitaui recipere, cum eam iam dudum neceſſariam iudicarit *Guilielm. Quaeſt.* in *Plaut. Moſtell.* c. 4. et cum hoc ſit verbum comitiale, vt indicat formula, qua rogabant: *Velitis, iubeatis, Quirites*, quod bene conuenit *SCto*, cuius mentionem facit *Caeſ. B. C. l.* 1. c. 5. quo *Caeſ.* ad bellum ſuſcipiendum cogi ſibi videbatur. Etiam *Lucan.* 1, 306. dixit: *Terraque marique iuſſus Caeſar agi.* Potuit vero, *b* in *d* mutato, et literis *i* et *u* transpoſitis, facile oriri *vident*, quod habent reliqui *Codd.* et haec verba reuera ſaepe ſunt permutata a librariis, vt *Virg.* 1. *Aen.* 577. 4, 546. *Delben.* et *Colladon.* malebant *timent*. *Gronov. l.* 3. *Obſ.* c. 11. *vetant*, ratus, *Caeſarem* inuehi in eos, qui arma deponi ab eo volebant. *Reisk.* edidit: *bella cient* ex ſuo ingenio; at in *Miſc. Lipſ.* defendit lect. *vulg.* putatque, *videre* h. l. eſſe *probare, eligere*: certe ὁρᾷν ſic dici, exemplis allatis demonſtrat.

emtae] *Nod. emta. Ed. ſec. emti. Heinſ.* proponit: *mercede redemtae*, nihil tamen mutandum putat.

Ac viles operae! quorum eſt mea Roma nouerca,
Vt reor, haud impune; nec hanc ſine vindice dextram
Vinciet ignauus. Victores ite furentes,
Ite mei comites, et cauſſam dicite ferro.
Namque omnes vnum crimen vocat, omnibus vna
Impendet clades. Reddenda eſt gratia vobis:
Non ſolus vici. Quare, quia poena tropaeis
Imminet, et ſordes meruit victoria noſtra,
Iudice Fortuna, cadat alea. Sumite bellum,
Et tentate manus. Certe mea cauſa peracta eſt.

Inter

v. 166. Ac] *Nod. Ah.*

operae] Ita *C. Trag.* et *al.* atque ſic eleganter dicuntur illi, quos *campeſtres operas* vocat *Sueton. Aug.* 3. quibus vtebantur potentiores ad id, quod cupiebant, efficiendum; niſi quis malit h. l. eos intelligere, qui *in ſenatum coacti, quorum vocibus, et concurſu terrebantur infirmiores — pleriſque vero libere decernendi poteſtas eripiebatur,* vt narrat *Caeſ. B. C. l.* 1. *c.* 3.

quorum] Ita recte *Codd.* etſi voc. *operae* etiam, cum pro hominibus, quorum opera eſt conducta, dicitur, eſt *fem.* nam ad homines, qui latent in voc. *operas*, *pron.* poteſt referri.

nouerca] i. e. qui nec moribus, nec fortunis ſunt veri ciues.

v. 167. Vt reor] *C. Colb. Ac reor, hac impune. Heinſ. At reor.*

v. 168. Vinciet] Ita *C. Samb. Trag. Ed pr. ſec.* et *al.* Alii libri, *Patiſſon.* teſtante, *Incidet.*

furentes] Ita *Burm.* et *Nod.* ex *C. Trag.* ediderunt. *C. Samb. Ed. pr.* et *ſec.* habent *ferentes*, et alii, *Patiſſon.* teſtante, *frequentes. Collad.* vel *frequentes*, vel *nocentes*, vel *ſequentes* legendum exiſtimat. Eſt vero *furere* proprium militibus. vid. *Heinſ.* ad *Val. Flacc. l.* 1, 144.

v. 169. dicite] Ita recte legitur in *C. Trag. Samb. al. diſcite.* Similem formulam noſter c. 112, 6. vſurpauit: *— gladio ius dicturum ignauiae ſuae. Lucan.* l. 7, 262. dixit: *gladiis exſoluite culpas.*

v. 170. Namque omnes] *C. Trag. Namque vnum crimen omnes*, metro refragante.

v. 171. vobis] Ita *C. Samb.* et *al.* recte; dicit: *eandem, quam mihi, gratiam reddendam vobis putabunt Romani*, i. e. eodem modo vos inſectabuntur, ſocios quippe meae victoriae. *C. Trag.* habet *nobis. Palmer.* in *ſpicil.* volebat *votis.*

v. 174. alea] *Suet. Iul.* 32. *Eatur, inquit, quo deorum oſtenta, et inimicorum iniquitas vocat. Iacta eſt alea, inquit.*

Sumite] vt c. 89. *bellumque ſumunt. Flor. l.* 4. *c.* 12. *Hoc velut ſacramento bellum ſumſeranti*, i. e. ſuſceperant.

v. 175. Et tentate] *Collad.* coniicit: *Intentate.* Sed etiam c. 89, 2, 59. *Tentant in armis ſe duces.*

Inter tot fortes armatus neſcio vinci.
Haec vbi perſonuit: de coelo Delphicus ales
Omina laeta dedit, pepulitque meatibus auras.
Nec non horrendi nemoris de parte ſiniſtra
Inſolitae voces flamma ſonuere frequenti.
Ipſe nitor Phoebi, vulgato latior orbe,
Creuit, et aurato praecinxit fulgure vultus.

## CAP. CXXIII.

*Carmen ſuperius continuatur.*

Fortior ominibus, mouit Mauortia ſigna
Caeſar, et inſolito greſſus prior occupat auſu.
Prima

v. 176. armatus] *Lipſ. armatos*, vel *armatis neſcia vinci.*

v. 177. Delphicus ales] i. e. vel *coruus*, vid. *Gronov. Obſ. l.* 3. *c.* 11. vel *accipiter*, vt contendit *Gonſal.* nec temere, cum hic *Apollinis nuncius* dicatur. *Hom. Odyſſ.* l. 15, 525.

v. 178. Omina] Ita *C. Trag.* vti pro *omnia*, quod in ſuo *Cod.* reperiebat, *Samb.* legendum eſſe, iam coniecerat. Haec lect. confirmatur c. 123, 182. *Fortior ominibus. Anonym.* proponit: *Omnia laeua.*

meatibus] Ita ex *C. Memm. Samb* et *aliis*, teſtante *Tornaeſ.* cum *Burm.* et *Nod.* edidi, i. e. volatu ſuo. Nam etiam *Apulei. l.* 11. *Metam. volucres coelo meantes* commemorantur. *C. Trag. Ed. pr.* et *ſec. e mentibus;* alii *e montibus*, teſtante *Patiſſon.*

auras] *Steph.* mauult: *e mentibus iras.*

v. 179. de parte ſiniſtra] Ominis huius laeti etiam *Ennius* facit mentionem: *Cum tonuit laeuum bene tempeſtate ſerena;* et *Virg.* l. 2. *Aen.* 693. *Subitoque fragore Intonuit laeuum.*

v. 180. frequenti] Ita edidi cum *Reisk.* ex *Cod. Samb.* quia fulmen tonitru ſequi non poteſt dici. Ceterum cum *C. Trag.* et *Ed. pr.* et *ſec.* habeant *ſequenti*, quod edidit *Burm.* atque quidam etiam *inſolita*, poſſit, ſuadente *Braſſican.* legi: *inſolita voces flamma ſonuere ſequentes. Collad.* coniicit *luna ſonuere.*

v. 181. latior] Hanc lect. *C. Trag. Samb. Ed. pr.* et *ſec.* ſeruaui cum *Burm.* quia additum *creuit* eam requirit; indicatur: ſubito diſcuſſis nubibus, Solis orbem ſe totum exeruiſſe, atque adeo latiorem, quam ſolet, viſum fuiſſe: erat enim hoc fauſtum omen. *Sen. ep.* 92. *Burm.* mauult *laetior*, quod habet *C. Memm.* etiam *Nod.* edidit.

C. CXXIII. v. 183. Fortior] Alii, teſtante *Pith. laetior.* Sed *fortior* idem eſt, quod *confirmatus his ominibus*, conf. *Suet. Caeſar.* 52.

mouit] *Ed. ſec. nouit.*

v. 184. inſolito] *Aurat.* et *Steph.* malunt *inſoliti. Samb.* coniicit *inſolitos;* quod edidit *Nod.*

greſſus] Ita *C. Samb. Trag. Ed.*

Prima quidem glacies, et cana vincta pruina
Non pugnauit humus, mitique horrore quieuit.
Sed poſtquam turmae nimbos fregere ligatos,
Et pauidus quadrupes vndarum vincula rupit:
Incaluere niues; mox flumina montibus altis
Vndabant modo nata; ſed haec quoque (iuſſa putares,)
Stabant, et vincta fluctus ſtupuere pruina,

Et

*Ed. pr.* et *ſec.* Sed *Colb.* et *Leid.* *greſſu*, quod poſſit defendi, ſi *auſus* legatur, eiusdem *Cod. Leid. Samb.* et aliorum auctoritate, *inſolito greſſu prior occupat auſus:* i. e. omnium aliorum audaciam, vel fortitudinem praeuenit.

auſu] Ita neceſſario legendum erat *Burm. Nod.* et aliis, qui *greſſus* ſeruauerant, *Codd.* plurium auctoritate: atque eleganter dicitur *inſolito auſu prior occupaſſe greſſus*, qui inuicta audacia vel fortitudine omnes ſuperans, prior iter periculoſum ingreditur. *C. Trag.* et *Colb.* habent *hauſtus*. *Oeueringius* totum locum ita emendat: *Caeſar et inſolito greſſu prior occupat hoſtes.* *Burm.* proponit: *indomito greſſus prior occupat auſu.*

v. 185. vincta] Haec lect. quae latet in *C. Trag.* *vineta*, eſt elegantiſſima: terra enim conſtricta acie videtur quaſi ligata: hinc etiam v. 187. *vndarum vincula* commemorantur. *C. Samb.* et alii, teſte *Patiſſ.* etiam *Ed. pr.* et *ſec.* habent *iuncta:* quod ſaepe pro *vincta* irrepſit. *Putſchius* proponit: *glacieque et cana vincta pruina.*

v. 186. mitique horrore] Hanc lect. quorundam, vt teſtatur *Patiſſon.* librorum, etiam *Colb.* qui habet: *vitiique horrore q.* eſſe elegantiſſimam, obſeruauerunt interpretes: nam *horror* eleganter dicitur de frigorè adhuc tolerabili, conf. *Heinſ.* ad *Ouid. l.* 2. *A. A.* 213. Atque ſic legendum eſſe, valde fit probabile ex *Cod. Trag.* lect. *mitique honore quieuit:* nam *honore* hoc loco poſitum non admittit metrum: hinc etiam nata eſt transpoſitio in *C. Samb.* et *Ed. ſec.* *mitique quieuit honore*, quod dicit *Palmer.* pro *onere* poſitum, vti *honere* pro *honore* interdum occurrit. Sed quid eſt h. l. *tellus quieuit onere?*

v. 189. flumina] *Ed. pr.* vitioſe *fulmina.*

v. 190. iuſſa] Elegans haec *C. Trag.* lect. recte edita eſt a *Burm. Nod.* et *al.* eleganter enim flumina dicuntur, quaſi *iuſſa* diuinitus, ſtetiſſe, vt *Lucan.* 10, 217. dicit: *Oceanus iuſſus adeſt.* *C. Leid. Samb.* et *al.* teſtante *Patiſſ.* etiam *Ed. pr.* et *ſec.* habent *miſſa*. *C. Douſae iuſta*. *Colb. ſciſſa*. *Aurat.* malebat *ſpiſſa*. *Boſch* in ora *Cod.* ſui: *ſtare putares*, quod eſt a *Douſa* propoſitum.

v. 191. ſtabant, et vincta] Ita cum *Reisk.* reſcripſi ex *Cod. Colb. Memm.* et *Leid.* addicente etiam *Torn.* etſi *at* pro *et* exhibet; neque longe aberrante *Ed. pr.* *ſtabat victa*, et *C. Trag.* *ſtabat — iuncta*, in quo tamen, ſpatio relicto, lacuna indicatur. Sed in *C. Samb.* legebatur: *Vinctaque mox ſtabant*, quod ediderunt *Burm.* et *Nod.* In aliis legitur, *Patiſſon.*

Et paullo ante lues iam concidenda iacebat.
Tum vero maleſida prius veſtigia luſit,
Decepitque pedes, paſſim turmaeque, virique,
Armaque, congeſta ſtrue, deplorata iacebant.
Ecce! etiam rigido cóncuſſae flamine nubes
Exonerabantur, nec rupto turbine venti
Deerant, ac tumida confractum grandine coelum:
Ipſae iam nubes ruptae ſuper arma cadebant,
Et concreta gelu, Ponti velut, vnda ruebat.
Victa erat ingenti Tellus niue, victaque coeli
Sidera

*Patiſſ n.* notante, *ſtantibus et victa.* In appendice *Virg. ſtantibus at victa. Braſſican.* malebat *ſtabant et victa. Anonym. ſtantes ac vincta*, vel *ac ſtantes vincta.*

pruina] Offendit *Burm.* huius vocabuli, v. 184. lecti, repetitio: hinc *Reisk.* edidit *ruina.* Sed, tot verſibus interpoſitis, eam non moleſtam putem, praeſertim in carmine, cui nondum vltima manus ſit admota.

v. 192. lues] *Collad.* conicit: *Quae paullo ante fluens*, ſed praeter neceſſitatem: nam *lues* eſt *ſoluta aqua. Liv.* qui l. 21, 36. *iter Annibalis* ſimili modo narrat, vt adeo *Petron.* iſtam deſcriptionem imitatus videatur, vocat *fluentem labem liqueſcentis niuis;* et *tabidam niuem.*

concidenda] i. e. ita indurata, vt ſecuribus eſſet concidenda.

v. 193. maleſida] quia liquefacta, male ſuſtinebat veſtigia. *Flor.* l. 3. c. 4. ſatis poetice dixit: *per perſidum glacie flumen equitatur. Grotius* ad *Martian. Capell.* p. 18. c[illegible]at: *Tum vere maniſeſta prius v[illegible]ſtigia luſit.*

luſit] *C. Colb.* [illegible]*xit.*

v. 194. Paſſim] Sic *C. Samb. Ed. pr.* et *ſec.* Alii, teſtante *Patiſſ.* nominatim *Leid.* et *Colb. pariter.* Hinc ortum eſt in *C. Trag. partem.*

v. 195. congeſta] al. *coniecta. Silius l.* 3. vbi *Annibalis* tranſitus per *Alpes* ſimili ratione deſcribitur, adeo dicit:

*abſciſſa relinquunt*
*Membra gelu, fractusque aſper*
*rigor amputat artus.*

v. 196. rigido concuſſae flamine] Ita edidit *Reisk.* ex *Trag.* et *Samb. C. Colb. rigor concuſſo flamine;* alii, *flumine.* Sic *Burm.*

v. 197. Exonerabantur] ſcil. *pluuia.*

rupto] *Pith.* malebat *rupti*, et ſic legitur in *Ed. ſec.* et *Plant.* forte etiam in *C. Samb. Collad. rapti.* Sed *rupto* dicitur pro *erupto*, vt *Virg. Aen.* 2, 416. *rupto ceu turbine venti.*

v. 198. ac] Ita *Burm.* et *Nod.* ex *C. Trag.* et *Samb. C. Memm. aut t. c. turbine coelum:* hinc *aut* in multas *Edd.* peruenit; *al. vt.*

confractum] *Palmer.* malebat *confarctum.*

v. 200. Ponti velut vnda] *C. Trag. Memm. Colb. al.* teſte *Pith. vmbra*, vitioſe: *Auſ. Popma Collectan.* in *Varron. putri velut vnda ruebat.*

ruebat] ſcil. *vnda concreta gelu*, i. e. grando vel nix. *Erh. ruebant*, ſcil. *nubes.*

v. 201. Victa] Ita *C. Samb.* et *Trag.*

Sidera, victa ſuis haerentia flumina ripis;
Nondum Caeſar erat: ſed magnam nixus in haſtam,
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arua.
Qualis Caucaſea decurrens arduus arce
Amphitryoniades, aut toruo Iupiter ore,
Cum ſe verticibus magni demiſit Olympi,
Et periturorum deiecit tela Gigantum.
Dum Caeſar tumidas iratus deprimit arces;
Interea volucer, motis conterrita pennis,
Fama volat, ſummique petit iuga celſa PalatI:
Atque hoc Romanos tonitru ferit: omnia ſigna,
Iam

*Trag.* nec male, quia ſequitur: *Nondum Caeſar erat*, ſcil. *victus*. *Collad.* mauult *Vincta*, et mox *vinctaque coeli*, et paullo poſt *vincta ſuis*.

v. 203 magnam] *Palmer.* volebat *magnum*. aduerbialiter dictum. Sed *magna haſta* eſt *longa*, vt c. ſeq. 268. *ingens haſta*.

v. 205 arce] i. e. *monte Caucaſo*, vbi *Hercules* aquilam *Typhonis* et *Echidnae* filiam, *Promethei* iecur depaſcentem, ſagittis confecit, et *Prometheum* liberavit. Alii, teſte *Pith. axe*. Sic *C. Memm.*

v. 208. periturorum] conf. c. 119, 19.

deiecit] Ita *C. Samb. Trag. al. Ed. pr. ſec.* et *al. Deiicere* vero, in bello et venatione vſitatum, eſt *proſternere: tela gigantum*, i. e. *gigantes* cum *telis*; eorum autem tela erant arbores et montes, ſibi inuicem impoſiti, de quibus *Virg.* l. 1. *Georg.* 283.

*Ter pater exſtructos deiecit fulmine montes.*

*Reisk.* putat, hunc eſſe *graecismum*, per quem κατέβαλε βέλη τῶν γιγάντων idem ſit, quod ἔβαλε βέλη κατὰ τῶν γ. Fruſtra igitur *Gulielm. diſiecit* ſcribendum putauit, et *Nod.* edidit in *Ed. pr.* ſed in *ſeqq. deiecit* legitur.

tela] *Gronov.* malebat *bella*.

v. 209. Dum Caeſar] Haec leguntur in *Mſ. Tornaeſ.* poſt verſ. 123. *Intremuit nubes* etc.

tumidas] *C. Leid. timidas*.

arces] i. e. *Alpes*.

v. 210. volucer] Hanc lect. *Codd.* plurium, *Burm.* et *Nod.* retinuerunt, quia veteres, inprimis poetae, *volucer* et ſimilia etiam in *fem.* vſurparunt. vid. *Serv.* ad *Virg. Aen.* 5, 380. At *Cod. Memm.* habet *volucris*; quod praeceptis grammaticorum eſt accommodatius, non vero poëſeos, quae archaismos amat. Ceterum et hic conferri meretur *Lucan.* l. 1. quia eadem de rumoribus de aduentu *Caeſaris*, de ciuium perturbatione et fuga enarrat. 466. *ſeqq.*

pennis] *Autiſiod. pinnis*.

v. 211. volat] Idem *Virg. Aen.* 3, 121.

PalatI] i. e. *Palatii*, vel montis *Palatini*, quo *Roma* hic indicatur.

v. 212. hoc Romanos tonitru ferit] Ita reſcripſi ex *C. Memm.* vno *s* addito voc. *Romano*, ex con-

Iam claſſes fluitare mari, totasque per Alpes
Feruere Germano perfuſas ſanguine turmas.
Arma, cruor, caedes, incendia, totaque bella
Ante oculos volitant: ergo pulſata tumultu
Pectora, perque duas ſcinduntur territa cauſſas.
Huic fuga per terras, illi magis vnda, probatur;
Et

coniectura, et ex *Ed. ſec.* quae tamen habet: *haec Romano tonitru.* Certe haec lect. contextui valde apta, et poëta eſt digniſſima: *nuncium terribilem* dicit *tonitru*, quo *feriantur Romani. C. Trag.* non longe aberrat: *Atque haec Romano tonitrui ferit:* nec *Ed. pr.* in qua legitur: *Atque haec Romano toniton ferit:* cui conſentit *C. Samb.* niſi quod *tonito* exhibet: vnde *Samb.* coniiciebat, legendum eſſe *attonito*, quod poſſit ferri, ſi pro *ferit* legatur *fert.*

ferit] Ita plerique *Codd.* at *Colb.* habet *f'it.* *Aurat.* malebat: *attonito fert omnia ſcaeua. Braſſican. tonitru ferri omnia ſigna. Collad.* ita legit et interpungit: *Atque hoc Romano tonitru ferit omnia, ſigna* etc.

omnia ſigna] Sic *C. Samb. Trag. Ed. pr. ſec.* et *al.* At alii libri, notante *Patiſſ.* habent *ferit omina.* Sic etiam *Leid.* Hinc *Anonym.* ap. *Hadr.* malebat: *omnia dira. Hadr. Iun. omina ſcaeua. Cuper.* — *omina* legendum, et ſic diſtinguendum arbitrabatur:

*Fert omina: ſigna*
*Iam et claſſes fluitare.*

*Burm.* proponit: *fert omnia magna*, vel *Atque haec Romano attonitu* (ſ. *attonito*) *fert nuncia: ſigna*, opinaturque, duos ſequentes verſus, qui deſunt in *Mſ. Tornaeſ.* non ſuo loco legi, adeoque verſum 215. *Arma* etc. cum hoc eſſe coniungendum.

v. 213. claſſes fluitare] Haec *Fama* pro more ſuo augebat: nam ex hiſtoria conſtat, *Caeſarem* perſequentem hoſtes fugientes vsque ad *Brunduſium*, inopia nauium non potuiſſe vltra inſequi.

fluitare] Signa et claſſes eleganter dicuntur *fluitare mari;* audacius etiam *Stat.* l. 7. *Theb.* 808. dixit *bellum fluitans*, vbi recte *nauale* explicat *Barth.*

v. 214. Fernere] *Ferŭere* antique pro *ferūere* dici poterat a poëtis. cf. *Virg.* 1. *Georg.* 456.

Germano] Nam etiam *Germaniam* de bellauit *Caeſar.* vid. de *B. G. l.* 4.

v. 215. Arma, cruor] *Homerica* exaggeratio. *Iliad.* 11. 164.

totaque bella] i. e. omnes belli ſcenae terribiles. *Palmer.* in *Spicil.* malebat *notaque belli.* Vir doctus in *C. Almelouenii*, *torvaque.*

v. 217. perque duas — c.] Ita recte editum eſt ex *C. Trag. Leid. Memm. Douſ.* et *Ed. pr.* Oriebantur ſcil. duae cauſſae vel partes, quarum altera terra, altera mari fugere volebat. Sed *C. Samb.* et *Ed. ſec.* habent *per dubias.*

territa] *Palmer. tertia partes.* Sed *Codd.* rectius *territa. Collad.* coniiciebat; *territa curas.*

v. 118. vnda] *C. Colb. u'ba.*

Et patria eſt pontus. Sed iam timor eſt, magis arma
Qui tentata velit; fatisque iubentibus actus,
Quantum quisque timet, tantum fugit, ocior ipſe.
Hos inter motus populus, (miſerabile viſu!)
Quo mens icta iubet, deſerta ducitur vrbe.
Gaudet Roma fuga, debellatique Quirites
Rumoris ſonitu moerentia tecta relinquunt.
Ille manu trepida natos tenet: ille Penates

Oc-

v. 219. Et patria eſt] Ita *C. Trag.* et *Ed. ſec.* Senſus eſt: *etiam pontus nobis eſt patria;* etiam mare pertinet ad patriam. *C. Samb.* et *Ed. pr.* *Et patriae eſt pontus*, ſicque ed dit *Burm.* In *C. Leid. eſt* deeſt *Samb.* coniiciebat: *Et patria portus. Aurat. Et patria eſt timor ipſa* *Reisk* edidit: *Et pontus patria eſt.*

Sed iam] Ita pro *Cod. Trag. Samb. Ed. pr.* et *Burm* *et iam*, legendum eſſe, iam vidit *Samb.* Senſus eſt hic: *Sed timor eſt, qui magis velit arma tentata*, i. e. ipſe timor ad fortunam bello tentandam impulit. Idem *Statius* 10, 488. *Eſt vbi dat vires nimius timor.* cf. *Flor.* 2, 2. 3, 6. 12. *Reisk.* cui debeo hanc explicationem, locum hunc ita edidit:

*Etiam magis eſt timor, arma*
*Qui tentata velit:*

*Aurat* coniicit: *Et patria eſt timor ipſa.* Quidam, teſte *Collad.* legendum putarunt: *Et patria eſt portus iam tutior:* quod edidit *Nod. Burm.* coniicit: *Et patriae eſt cunctis etiam timor; eſt magis, arma.* etc.

v. 220. tentata] *C. Leid.* et *Memm. tentare* *Burm.* coniicit: *tentanda.*

fatisque] *Ed. pr.* et *Plantin.* male *ſatisque:* *C. Trag.* et *al.* rectius *fatisque.*

actus] Ita pro *acti*, quod habet *Ed. pr.* et *icti*, quod exhibet *C. Samb.* et *Trag.* legendum eſſe, iam coniecit *Samb.* Alii, teſte *Patiſſ.* nominatim *Memm. Leid. Colb.* *fatisque iubentibus vti* etc.

v. 221. tantum fugit] *Anonym.* apud *Hadr.* mauult: *tanto fugit ocyor, ipſe* etc. *Burm.* ita volebat diſtinguere: *tantum fugit ocior ipſe:* haec interpunctio mihi videbatur praeferenda eorum diſtinctioni, qui poſt *fugit* putant interpungendum; nam *ocior ipſe* indicat vtilitatem quam afferat *timor*, quia fugienti celeritatem addit.

v. 223. icta] *Erh* proponit *acta.* Sed *icta* dicitur mens perculſa, territa et attonita. cf. c. 100. 5. *tam inexpectato ictus ſono.*

ducitur] *Burm.* malit *educitur.*

v. 225. Rumoris ſonitu] propter leuem famam belli moerentem vrbem. cf. *Caeſ. B. C.* l. 1. c. 9.

relinquunt] Poſt hunc verſum *Reisk.* inſeruit verſum 230. *Grandaeuosque patres*, et duo *ſeqq.* ſecutus vnius *Cod. Tornaeſ.* auctoritatem; ſed *Burm.* et *Nod.* ſequuntur ordinem *Codd.* reliquorum.

v. 226. trepida] alii, teſte *Patiſſ.* *pauida.* *Ed. Patiſſon.* *panda*, quod eſt forte operarum vitium. *C. Memm.* *Illa m. pauida.* *Colb.* *Ille m. p.* Similis vrbis conſternatio deſcribitur a *Sil. l.* 4. initio.

Penates] vti *Aeneas.*

Occultat gremio, deploratumque relinquit
Limen, et abſentem votis interficit hoſtem.
Sunt, qui coniugibus moerentia pectora iungant;
Grandaeuosque patres oneris ignara iuuentus,
Et pro quo metuit, tantum trahit. Omnia ſecum
Hic vehit imprudens, praedamque in proelia ducit.
Ac velut ex alto cum magnus inhorruit Auſter,
Et pulſas euertit aquas, non arma miniſtris,
Non regimen prodeſt: ligat alter pondera pinus,
Alter tuta ſinu, tranquillaque littora quaerit:
Hic dat vela fugae, Fortunaeque omnia credit.
Quid tam parua queror? Gemino cum Conſule Magnus;

Ille

v. 228. votis interficit] *Eurip. Hippol.* 44. dixit κτείνειν ἀρωῖσιν. *Liv.* l. 22, 14. id vocat *votis debellare.*

v. 229. Sunt qui] *Collad.* ſuſpicatur, vel hic aliqnid excidiſſe, vel hunc verſum non loco ſuo collocatum eſſe.

moerentia] *Ed. ſec. ingentia.*

pectora] Haec lect. *Codd.* non videtur proba; nam non apparet, quomodo pectoribus iunctis fugerint: vix dubitem, *brachia* recipere. *Stewech.* ad *Arnob.* l. 5. p. 117. *pignora* coniicit: quod nec mihi diſpliceret, niſi iam liberorum mentio facta eſſet.

v. 230. oneris] Hoc reſtitui ex *C. Samb.* et *Tr.* nam *que* eſt moleſtum, neque neceſſario a metro requiritur, quia etiam *Virg.* interdum breuem ſyllabam in caeſura pro longa vſurpauit, duce *Homero.* Ergo hoc dicitur: *Coniuges vxores ſecum abducebant; iuuenes autem patres longaeuos,* quibus ferendis erant impares, *trahebant.* *Aurat.* malebat *humeris ignara.* In *append. Virg.* editum eſt: *oneris non gnara,* quod reperiri in quibusdam *Codd.* teſtatur *Patiſſ.* atque, hac lect. recepta, euitaretur breuis ſyllaba in *oneris* pro longa vſurpata.

v. 231. Et pro] Ita reſcripſi ex coniectura pro *Id pro:* niſi quis haec malit parentheſi includere, et ad *patres* referre, quod mihi tamen durum videtur.

v. 232. Hic vehit] alii, teſte *Patiſſ. Hic velut:* al. *Hinc vehit. C. Colb. Omnia fecit Hic ven.*

v. 233. Ac velut] eadem comparatione vtitur *Lucanus.* l. 1. 498.

magnus] *Virg. Georg.* 2, 334. dicit *magnos Aquilones.*

v. 234. euertit] *C. Trag. Et pulſat et vertit,* vitioſe.

arma] i. e. inſtrumenta nautica.

miniſtris] *Collad.* coniicit *magiſtris.* Sed nihil mutandum. vide *c.* 108, 8.

v. 235. pondera pinus] i. e. vt *Lucan.* dicit l. c. *pondera mali,* quem idem poëta l. 2 695. dicit *pinum:* eius vero *pondera Gonſal.* putat eſſe *antennas.*

v. 237. credit] *Pflugius* volebat *cedit,* temere. Hic eſt lacuna in *C. Memm.*

v. 238. Gemino cum Conſule] *Mar-*

Ille tremor Ponti, ſaeuique repertus Hydaſpis,
Et piratarum ſcopulus: modo quem ter ouantem
Iupiter horruerat, quem fracto gurgite Pontus,
Et veneratus erat ſubmiſſa Boſporus vnda,
Pro pudor! Imperii deſerto nomine, fugit,
Vt Fortuna leuis Magni quoque terga videret.

*Marcello* et *Lentulo*. cf. *Caeſ. B. C.* l. 1, 14.

v. 239 tremor Ponti] Vicit enim *Mithridatem*.

repertus] Ita cum *Steph.* ex quibusdam *Codd.* edidi: quia *repertor*, quod habent *C. Samb. Memm. Trag. Ed. pr.* et *ſec.* etiam *Burm.* non habet locum: *tremor repertus* dicitur, qui *terror exſtitit*: ſic *Virg.* l. 6. *A. n.* 343.

*Dic, age; namque mihi fallax*
*haud ante repertus;*

ex antiqua autem ſcriptura *repertos*, facile potuit oriri *repertor*. *C. Leid.* habet *ſaeuique terror*, quod ex gloſſa irrepſiſſe videtur. *Alii*, vt *Ed. Lugdunenſis*:

*Saeui quoque terror Hydaſpis.*

Sic edidit *Nod.* cum *Hadr.* non male: *Reisk.* ex coniectura recepit *repreſſor*.

v. 239. Hydaſpis] antiquus rex *Medorum*, a quo fluuius *Mediae* nomen accepit. Hic indicantur plurimi orientis populi, quos per belli *Mithridatici* occaſionem *Pompeius* ſubegit. Idem *Lucan.* memorat. *l.* 8. 227.

*Qua rapidus Ganges, et qua*
*Nyſaeus Hydaſpes*
*Accedunt pelago* etc.

v. 240. piratarum] quos omnia maria infeſtantes, intra paucos menſes vicit.

ſcopulus] Pro victore eleganter dicitur *Pompeius*, periculoſior quippe piratis, quam ſcopuli: *Flor. l.* 4. *c.* 9. *Scopulus publicae ſecuritatis Antonius.*

ouantem] hic ponitur pro *triumphantem*, vt demonſtrat *Barth.* l. 23, *Aduerſ.* c. 24.

v. 241. Pontus] Mare, cui adiacebat regnum *Mithridatis*, poëtice dicitur eum veneratum eſſe, cum ſentiret ſe victum.

v. 242. Bosporus] ſcil. *Thracicus*, quem *Pompeius* etiam adiit, cum *Mithridatem* debellaret.

v. 243. Imperii — nomine] i. e. imperio. Ita *nomen agelli* pro *agello* apud *Catonem* in *Diris* v. 90 cf. *Barth.* ad *Claud. Bell. Get.* 303.

fugit] Poſt hunc verſum *Nod.* inſerit hunc:

*Ignauaque fuga Romam fa-*
*mamque relinquit;*

nec conſtat vnde:

v. 244. videret] *Nod. videres*. *Ed. ſec.* habet. *Et F. l. M. q. t. tuetur.* Etiam hic eſt lacuna in *C. Memm.*

CAP.

## CAP. CXXIV.

*Carmen, per aliquot capita continuatum, finitur; poëta cum ſuis Crotona intrat, et heredipetas decipere incipit.*

Ergo tanta lues Diuûm quoque numina vidit?
Conſenſitque fugae Coeli timor? Ecce! per orbem
Mitis turba Deûm, terras exoſa furentes
Deſerit, atque hominum damnatum auertitur agmen.
Pax prima ante alias niueos pulſata lacertos,
Abſconditque olea vinctum caput: atque, relicto
Orbe, fugax Ditis petit implacabile regnum.
Huic comes it ſubmiſſa Fides, et, crine ſoluto,
Iuſti-

C. CXXIV. v. 245. vidit] Hunc verſum in *C. Tornaeſ.* proxime excipit verſ. 253. *Iuſtitia et lacera* etc. In huius verſ. initio pro *Ergo Guliel.* mauult: *Tergo t. l. Diui q. n. v.* putat vero, *tergo videre* eſſe *fugientem videre.* *Anonym.* coniicit: *Diuûm quoque nomine fidit,* aut: *Diuum quoque numina abegit.* *Bourdel.* olim ſic legebat:

*Ergo tanta lues Diuûm quoque numina fundit,*
*Conſenſitque fugae coeli timor?*

In *Ed. ſec.* editum eſt *cernit.* Sed nihil mutandum. Quia dixerat: *Fortuna vidit terga Pompeii:* iam interrogat: Ergo haec peſtis adeo *vidit numina,* i. e. huic peſti adeo dii interfuerunt? His ſibi parat tranſitum ad fugam deorum deſcribendam.

v. 246. fugae] ſcil. *Pompeii, Conſulum, Senatus.*

Coeli timor] Ita edidit *Burm.* ex *Codd.* i. e. *dii coeleſtes, timentes,* ne in hoc bello et ipſi perturbentur. *Reisk.* vero dedit *coelo timor.*

v. 247. terras] *C. Colb.* male *terrasque.*

v. 248. auertitur] eſt *graecum* ἀποςϱέφεται. *Ariſtoph. Pac.* 682. i. e. *auerſatur.*

v. 250. Abſconditque olea] Ita edidi ex coniectura *Collad.* quia *Abſcondit galea* paci plane non conuenit, ex *quolea* autem facile potuit oriri *galea,* propter ſoni ſimilitudinem. *Nod.* edidit *Abſcondit olea.* Sed *Burm. galea;* *Reisk. cauea.*

vinctum] Ita, teſte *Collad.* habent quidam libri, quod, recepto voc. *olea,* eſt aptiſſimum. Sed *C. Samb. Trag. Ed. pr. ſec.* et *al. victum.*

v. 251. Ditis petit — regnum] Quidni coelum? Nec hoc figmentum poëta indignum. Nam etiam *Ariſtoph. Pac.* 222. dicit: ὁ πόλεμος αὐτὴν ἐνέβαλ' εἰς ἄντρον βαθύ.

v. 252. ſubmiſſa] Ita *C. Douſae* et *Memm.* conſpirante etiam quodammodo *C. Trag.* in quem per contractionem *ſumma* irrepſit. *C. Samb. Leid. Ed. pr.* et *ſec.* habent *ſincera;* ſed *ſubmiſſa* melius; indicatur eius animus fractus.

crine] *C. Trag.* per vitium libra-

Iuſtitia, ac moerens lacera Concordia palla.
At contra, ſedes Erebi qua rupta dehiſcit,
Emergit late Ditis chorus, horrida Erinnys,
Et Bellona minax, facibusque armata Megaera:
Letumque, Inſidiaeque, et lurida Mortis imago.
Quas inter Furor, abruptis ceu liber habenis,
Sanguineum late tollit caput, oraque mille
Vulneribus confoſſa cruenta caſſide velat.
Haeret detritus laeuae Mauortius vmbo,
Innumerabilibus telis grauis: atque flagranti
Stipite dextra minax terris incendia portat.
Sentit terra Deos, mutataque ſidera pondus

Quae-

brariorum *crure; crinis ſolutus* hic dicitur pro *ſparſo;* nam triſtem habitum ei tribuit poëta.

v. 253. ac moerens lacera] *C. Memm.* et *Torn. ac lacera moerens.*

v. 255. Erinnys] *C. Trag.* vitioſe *crinis.*

v. 256. Bellona] Huic etiam *Sen.* ſedem tribuit apud inferos *Hercul. Oet.* 1311. *Abrumpat Erebi clauſtra, me ſtricto petat Bellona ferro.*

facibusque] *C. Trag.* et *Colb.* *que* omiſerunt.

v. 257. Letumque] Cum mox commemoretur *mortis imago,* apparet, *letum* a *morte* hic eſſe diſtinguendum. Videtur mihi vero *letum*, vti *Leſſingio*, (in libello germanico, in quo ratio, qua mors a veteribus effecta ſit, diſquiritur, p. 61.) *fatum mortiferum*, ſicut Κὴρ *Graecum; mors* autem moriendi neceſſitatem ſignificare: quia hoc diſcrimen verſu 280 l. 9. *Theb. Statii:*

*Mille modis lethi miſeros mors una fatigat,*

confirrmatur. Vtriusque imago quomodo differat, docet vir doctus l. c.

v. 258. Furor] recte, nam tempore pacis vinctus eſt. vid. *Virg. Aen.* 1, 298.

abruptis] *C. Colb. arruptis. Hadr.* eumque ſecutus *Nod. obruptis Scaliger, arreptis harenis.*

v. 261. detritus] *C. Trag.* in textu *deterritus;* in *marg.* recte *detritus*, longo nimirum vſu. *Virg. Eclog.* 6, 17. *attritam anſam* dicit.

laeuae] *Ed. ſec. laeua.*

v. 263. terris] *Ed. ſec. terrisque.*

portat] plerumque de re magna. *Virg.* 3. *Aen.* 539. *bellum — portas.*

v. 264. Sentit] Fingunt poëtae, deos ſuo pondere premere terram. cf. *Ouid.* l. 1. *A.* 560. et paſſim, atque adeo eorum aduentu tremere. *Valer. Flacc* 11, 197. *Venus — trementem Deſilit in Lemnon.*

mutataque] *Sidera mutata*, ſc. cum terra, i. e. ex quibus in terram deſcenderant Vt apud *Hor. mutare lares Carm. ſecul.* 39 et l. 1. *Od.* 17, 1. *Faunus Lucretilem Lycaeo mutare* dicitur. *Collad.* coniicit *mirataque. Ed. ſec.* habet

Quaeſiuere ſuum: namque omnis Regia coeli
In partes diducta ruit: primumque Dione
Caeſaris acta ſui ducit. Comes additur illi
Pallas, et ingentem quatiens Mauortius haſtam.
Magnum cum Phoebo Soror, et Cyllenia proles
Excipit, ac totis ſimilis Tirynthius actis.
Intremuere tubae, ac ſciſſo Diſcordia crine
Extulit ad ſuperos Stygium caput. Huius in ore
Concretus ſanguis, contuſaque lumina flebant:
Stabant aerati ſcabra rubigine dentes,

Tabo

habet *nutantia ſ. Reisk.* edidit *multatuque.*

v. 265 pondus Quaeſiuere] i. e. deſiderarunt pondus deorum, quod ſuſtinere antea ſolebant.

v. 266. in partes diducta] Male *C. Trag. in parte deducta.* Nam etiam c. 108, 7. dicitur *turba diduci in partes.*

primumque] *Reisk.* edidit *primamque*, ſcil. partem.

Dione] *Venus* a matre ſic dicta, a qua *Caeſar* originem ducebat.

v. 267. acta ſ. ducit] i. e. dirigit facta *Caeſaris. Ouid.* l. 11. *Met.* 222. *Qui fortibus armis Acta patri vincet. Collad.* coniicit *aſtra ſui. Paſſerat.* ad *Prop.* l. 4. *eleg.* 1. p. 558. legendum eſſe putat *arma. Reisk.* edidit *alma.*

v. 268. Pallas] quam *Caeſari* propter eruditionem fauere, fingit poeta.

Mauortius] videtur dici a *Marte* oriundus *Romulus,* qui in numerum deorum relatus, *Sabinorum* lingua *Quirinus* eſt dictus a *quiri*, haſta. Alii, teſtante *Torn.* legunt *Mars obuius.*

v. 269. Magnum] i. e. *Pompeium. C. Colb. Leid. Trag. Ed. pr.* et *ſec. Magnaque;* ſed *Magnum* neceſſario legendum eſſe, iam vidit *Barth. Aduerſ.* l. 36. 24. et *Caſpar Geuantius.*

cum Phoebo] qui illi fauebat, quia templum ipſi erexerat.

ſoror] *Diana.*

Cyllenia proles] *Mercurius.*

v. 270. totis — actis] ſc. *Pompeio: Burm.* coniicit *notis.*

Tirynthius] *Hercules.*

v. 271. Intremuere] Alii *infremuere. Calcagnin.* de *Concordia* mauult *Intonuere.* Ad exemplar *Gonſalii, Germanus* quidam notauerat: *Inſonuere*, vel *Ingemuere.* Sed *Intremuere* poteſt fortaſſe ferri, quia tubae edunt *ſonum tremulum.*

tubae] Alii, teſtante *Patiſſ. iubae.*

ac] deeſt in *C. Colb.*

Diſcordia] Haec repetita ſunt ex *Virg. Aen.* 8. 702.

*Et ſciſſa gaudens vadit Diſcordia palla,*

et ex l. 6, 280.

*Et Diſcordia demens*
*Vipereum crinem vittis innexa cruentis.*

v. 273. flebant] *Burm.* coniicit *ſtabant;* ſed hoc verb. ſequitur ſtatim.

v. 274. aerati] Ita quoſdam legere, teſtantur *Torn.* et *Collad.* atque haec lect. longe praeferenda



da

Tabo lingua fluens, obſeſſa draconibus ora,
Atque, inter toto laceratam pectore veſtem,
Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.
Haec vt Cocyti tenebras, et Tartara liquit,
Alta petit gradiens iuga nobilis Appennini,
Vnde omnes terras, atque omnia littora poſſet
Aſpicere, ac toto fluitantes orbe cateruas:
Atque has erupit furibundo pectore voces:
Sumite nunc gentes, accenſis mentibus, arma;
Sumite, et in medias immittite lampadas vrbes!
Vincetur, quicumque latet; non femina ceſſet,

Non

da eſt lect. *C. Samb. Leid. Trag. Ed. pr. ſec.* et *al. irati. Rubigo* dentes quaſi *aere*, aut *flore aeris viridi*, obduxiſſe dicitur. *Heinſ.* malebat *ſerrati. Burm.* coniicit *atrati. Cruſ. eroſi* proponit.

v. 276. inter toto] Ita *C. Samb. Trag. Ed. pr. ſec.* et *al.* Quidam vero, teſte *Tornaeſ.* habent *intertorto.* Sed hoc vocabulum quia eſt dubium, priorem lect. praetuli; dicitur ergo *inter veſtem laceratam toto pectore vibraſſe lampada.* Sed quia vix apparet, quomodo aliquis inter veſtem lampada quatere poſſit; mihi in mentem venit: *Atque ter in toto lacerata pectore veſte:* cuius lectionis veſtigium poſſit eſſe in *C. Trag.* lect. *lacerata* pro *laceratam.* Sed *Barth.* ad *Stat.* l. 2. *Theb.* 288. reſcribendum putabat: *Rupta ter intortam lacerato in pectore veſtem. Burm.* proponit: *Atque ferens*, vel *terens toto laceratam pectore veſtem.*

v. 277. Sanguineam — dextra] Malunt quidam, ex coniectura *Samb. Sanguinea tremulam quatiebat lampada dextra.* Atque adeo *Erh.* dicit, alios *Codd.* et *Calcagninum* ſic legere. Sed ſanguinea lampas ob colorem flammae ſanguineum dicitur, vti *Virg. Aen.* 10, 272. — *cometae Sanguinei lugubre rubent. Ouid. Met.* 4, 480. circumſcribit: *madefactam ſanguine facem. Ed. ſec.* habet *lampada turbas.*

dextra] Hunc verſum *Reisk.* ſuperiori praemiſit, quem ita emendauit:

*Atque inter fremitus laceratam pectore veſtem.*

v. 278. Haec vt] *Braſſican.* mauult *Haec vbi.*

v. 282. Atque has erupit] Sic *C. Samb. Ed. pr.* et *ſec. Braſſic.* malebat *Inque has.* Sed de voc. *erumpere*, conſtructo cum *accuſ.* vid. *Brouckhuſ.* ad *Tibull.* l. 4. c. 1, 86. Vir doctus ad *Cod. Almelouenii* coniecerat: *Inde has.* Verum *atque* poteſt pro *ſtatim, vt vidit illa*, ſumi. Alii, etiam *Nod.* et *Hadr.* legunt *erumpit. C. Trag. effudit*, quod ſapit gloſſam.

v. 283. mentibus] *Freinshemius* ad *Flor.* l. 3. c. 10. mallet *moenibus.* Sed etiam *Sil.* l. 4, 169. dixit: *atque in proelia mentes Accendis;* et *Valer. Flacc.* 4, 255. *atque incenſa mente feruntur.*

Non puer, aut aeuo iam deſolata ſenectus.
Ipſa tremat Tellus, lacerataque tecta rebellent.
Tu legem, Marcelle, tene: Tu concute plebem,
Curio: Tu fortem neu ſupprime, Lentule, Martem.
Quid porro Tu, Diue, tuis cunctaris in armis?
Non frangis portas? non muris oppida ſoluis?
Theſaurosque rapis? Neſcis tu, Magne, tueri
Romanas arces? Epidauria moenia quaere,

Theſ.

v. 288. Marcelle] De lege *Claudia*, ſeu *Marcelli* in *Caeſarem*, et *Curionis* tribuni plebis ſeditionibus, vid. *Suet. Iul.* c. 28. *Dion.* l. 40. *Flor. l.* 4. *c.* 2.

v. 289. neu] Ita *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *ſec. Al.* vt *Nod. ne.*

Lentule] Extat apud *Lucan.* l. 5, 17. ſqq. *Cornelii Lentuli*, Collegae *Marcelli* oratio, qua Senatores exhortatur ad bellum, contra *Caeſarem* fortiter gerendum. cf. *Plutarch.* in *Caeſare.*

v. 290. Diue] *Caeſar*, ſic dicitur κατὰ πρόληψιν; alii malunt *Die*, quia ſic dici poſſit a *Venere* originem ducens. Sed *Diuus* poſtea appellatus eſt communi et plebeio nomine, vt ex *Suet.* c. 1. intelligitur.

v. 292. Theſaurosque] i. e. aerarium. *cf. Flor. l.* 4. *c.* 2.

v. 293. Romanas arces] Ita *C. Samb.* et *Ed. ſec. Ed. pr.* vero *Romanas acies*, et *C. Trag. Romanasque acies*, vitioſe. Notum eſt, *Pompeium* cum omnibus nobilibus vrbem reliquiſſe; quod valde vituperat *Cic. l.* 8. ad *Atticum ep.* 2. *vrbem reliquit, id eſt, patriam, pro qua et in qua mori praeclarum fuit. Heinſ.* coniecerat legendum:

*Neſcis ſi* (vel *qui*), *Magne, tueri*
*Romanas arces, Epidauria nomina quaere.*

Epidauria moenia] Ita *C. Samb. Ed. pr.* et *ſec. C. Trag.* etiam habet *Epidauria;* neque haec lectio videtur ſollicitanda. *Epidaurus* enim eſt vrbs in *Achaia:* conſtat vero ex hiſtoria, *Pompeium*, cum in *Graeciam* tranſiiſſet, in *Epiro*, *Macedonia* et *Achaia* contra *Caeſarem* bellum paraſſe. Legitur tamen in *Cod. Pithoei*, *Epidamni:* quod eſt vrbis *Macedoniae*, (prope quam primo quidem proelio *Pompeius* vicit *Caeſarem*, victoriam autem non perſecutus eſt) nomen vetus, mutatum poſtea a *Romanis* ominis cauſſa, vt ex *Plutarcho* conſtat, cum nomine *Dyrrachium*. *Nod.* edidit *Epidamnia moenia*.

moenia] *C. Trag. Leid.* et *Memm. nomina:* quod videtur ſeruandum, ſi quis *Epidamni*, vel *Epidamnia* legat, quia tum ad nomen vrbis videtur alludi, vt in *Plaut. Menaechm.* 2. 1, 42. *Ne mihi damnum in Epidamno duis.* Verum talis luſus poëta comico dignior eſt, quam epico.

v. 294. Theſſalicosque] Hoc reſtitui ex *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* et *ſec.* quia eodem iure poteſt dici, quo *Theſſaliaeque ſinus*, quod edidit *Burm.* cum *Nod.* et *al.*

tinge] Hoc exitum habuit pugna in *Theſſalia*, prope *Pharſalum* commiſſa, in qua victus eſt *Pompeius*. *Heinſ.* legi vult:

Theſſalicosque ſinus humano ſanguine tinge.
Factum eſt in terris, quidquid Diſcordia iuſſit.

(Encolp.)

*Theſſalicosque ſinus humano ſanguine pingues.*

v. 295. Diſcordia] *C. Trag.* habet in textu *Iuſtitia*, ſed in *marg. Diſcordia.* Totum hunc verſum *Heinſ.* ſpurium cenſet. vid. *Munker.* ad *Hygin.* 92. Sed equidem putem, hoc carmen non meliorem exitum poſſe habere; indicari enim debebat, quid factum eſſet: idque poëta paucis expreſſit, quia hiſtoricus nolebat videri. Atque profecto totum hoc carmen ſpiritum carminis epici prae ſe fert; omnisque de cauſſis belli ciuilis narratio eſt ad admirationem efficiendam inſtituta. *Caeſar* enim c. 122, 156. preces faciens ad *Iouem* nobis proponitur, tanquam vir iniuria affectus ab gloriae eius aemulis, atque his iniuriis coactus ad bellum ſuſcipiendum, et laetis deorum ominibus in hoc conſilio ita confirmatus, vt nulla difficultas ab *Alpibus* transeundis, a bello contra *Pompeium*, virum fortiſſimum, totum Senatum et populum ſumendo, multis eum victoriis illuſtrem deterreret. Praeterea poëta etſi argumentum hiſtoricum tractabat, cuius memoria nondum euanuerat, ſatis tamen magna cum probabilitate, miniſteria deorum vbique immiſcuit, quia ſola opera hominum adiutus, tale quid nec ſuſcipere, nec efficere poſſe, *Caeſar* videbatur. Primum igitur *Fortuna* materiam luxus populo Romano obieciſſe, luxuque et auaritia et mollitie introductis, ſemina belli ciuilis ſparſiſſe dicitur inde a verſ. 1 — 60. hinc ea pro ſua inconſtantia *Diti*, bella optanti, annuit verſ. 79 — 121. atque ipſis ominibus clades imminentes indicat, 126 — 140. Porro, ne *Caeſar* deſperaret in bello ciuili ſuſcipiendo, eum confirmant omina laeta, 177 — 182 in ſuperandis ſummis difficultatibus, quas et montium altitudo, et tempeſtatis iniuria ipſi obiecerat, 185 — 208. Iam *Pompeium* cum *Senatu* fugere, non eſt improbabile, quia *Fama* more ſuo omnia auget, 210 - 216. atque ipſi dii coeleſtes fugiunt, 246 — 253. contra vero et dii inferi, qui bellis intereſſe ſolent, et coeleſtes, qui duos duces adiuuare decreuerant, pugnae ſe accingunt, 254 — 270. quia denique *Diſcordia* ipſa ad bella ciuilia hortatur, 271 — 294. His igitur, vt poëta adiuuat probabilitatem, ita auget rei, de qua agitur, magnitudinem, quia auditores vel lectores in deorum conſilium abripit, iisque eas cauſſas declarat, quas non, niſi arcanorum diuinorum conſultus, poterat ſcire. Praeterea haec omnia ita deſcribit, vt nobis ante oculos verſari videantur; viuis enim coloribus luxuriae imago, et a poëta, inde a verſ. 7 — 18. et a *Dite* 85 — 93. pingitur. Fugientes *Romanos* plane nobis ſub oculus ponit, ſingulis more poëtico deſcribendis, quorum adſpectus miſericordiam moueat 222 — 232. ne commemorem comparationes, v. c. 205. 233. locorum, 67. 144. aliarumque rerum deſcriptiones elgantiſſimas; atque imagines poëticas, in quibus expingendis, quam feliciter verſatus ſit *Petron.* vel tum, cum ab aliorum poëtarum exemplis recedit, docet *Klotzius* in *Epiſtolis Homericis* p. 208 *Diſcordiae* in verſ. 271 et ſqq. exhibita deſcriptione laudanda. Denique oratio vniuscuiusque perſonae et mori-

mori-

(Encolp.) Cum haec Eumolpus ingenti bile effu- 2 diſſet, tandem Crotona intrauimus: vbi quidem parvo deuerſorio refecti, poſtero die amplioris fortunae domum quaerentes, incidimus in turbam heredipetarum ſciſcitantium, quod genus hominum, aut vnde veniremus? Ex praeſcripto ergo conſilii communis, 3 ex-

moribus, v. c. *Ditis* 79. ſqq. *Caeſaris* 156—176. et cet. apta, tam probabilitatem, quam ſuauitatem adiuuat. Neque illud artificium eſt ſilentio praetereundum, quod, quia ab hiſtoricorum ratione alieniſſimus eſſe videri volebat, ipſas pugnas iam a *Fortuna*, bellum ciuile decernente, et res futuras vaticinante, maluit proponi verſ. 111. *ſqq.* quam ſingulas enarrare, in fine carminis. Eo etiam delectu verborum vſus eſt, atque genere dicendi adeo acri et magnifico, vt ad orationem *Virgilii*, quam proxime quidem iſta aetate fieri poterat, acceſſiſſe videatur.

§. 2. ingenti bile] Ita reſcripſi ex *C. Leid.* et aliis, quos *Pith.* commemorat, non longe aberrantibus iis, quos *verborum bile* legere, teſtatur *Tornaeſ.* nominatim tribus *Boſch. Codd.* *Bilis* enim, vti *inſaniam Hor. A. P.* 302. et 2. *Sat.* 3, 141. atque inprimis *inſaniam poëtae* ſignificat c. 90, 6. ita pro furore vel enthuſiasmo poëtico hic commode videtur dici. Verum ex *ingenti bile* facile potuit oriri *ingenti volubilitate*, quae eſt lect. *C. Samb. Ed. pr.* et *al.* ſuſpicante aliquo *librario*, literas quasdam excidiſſe; hinc nata eſt lect. *C. Trag. ingenti verborum volubilitate*, quia hoc additamentum requirebat ſententia, quod facile vnicuique in mentem venire poterat, quoniam §. 3. legitur: *exaggerata verborum volubilitate.* Sed vel hanc ob cauſſam, quod non multo poſt haec verba leguntur, haec lect. eſt ſuſpecta. Ceterum *Burm.* et *Nod.* ediderunt: *ingenti volubilitate verborum.*

Crotona] *Aurat.* coniicit *Certona*, male.

intrauimus] *C. Samb. Torn.* et *Ed. pr. venimus.* Sed quia ex *intrauimus* facilius potuit *vitauimus* naſci, quam ex *venimus*; vel vitioſa *C. Trag.* lect. *vitauimus* facit pro lect. *vulg.* quae reperitur in aliis.

vbi quidem] *Heinſ.* in *marg.* notauerat: forte *pridie.*

amplioris fortunae] Haec recte ſunt edita, pro *C. Samb. Trag. al.* et *Ed. pr. ampliori fortitudine.* *Aurat.* proponebat *ampliori fortuna.*

ſciſcitantium] *C. Colb. ſuſcitantium.*

quod genus h.] *Virg. Aen.* 1, 543.

*Quod genus hoc hominum?*

*Anonym.* apud *Hadr.* legi vult: *quod genus homines; vel qui genus, aut vnde domo, veniſſemus.* *C. Samb.* et *Ed. pr.* habent *quid* *C. Trag.* rectius *quod.* cf. *Cerda* ad *Virg. Aen.* 8, 114.

§. 3. Ex pr. e. c. c.] Alluditur ad veterem *SCti* formulam: *D. C. C. S.* i. e. *de communi conſilii ſententia.*

exaggerata verborum volubilitate, vnde? aut qui eſſemus? haud dubie credentibus indicauimus. Qui ſtatim opes ſuas ſummo cum certamine in Eumolpum congeſſerunt. Certatim omnes eius gratiam muneribus ſollicitant.

## C A P. CXXV.

*Encolpius timet, ne fallacia detegatur.*

Dum haec magno tempore Crotone aguntur, et Eumolpus felicitate plenus, prioris fortunae eſſet oblitus ſtatum, adeo vt ſuis iactaret, neminem gratiae ſuae ibi poſſe reſiſtere, impuneque ſuos, ſi quid deliquiſſent in ea vrbe, beneficio amicorum laturos.
2 Ceterum ego, etſi quotidie magis magisque ſuperfluentibus bonis ſaginatum corpus impleueram, putabamque, a cuſtodia mei remouiſſe vultum Fortunam: tamen

exagg. verb. vol.] Hanc lect. *Codd.* omnium et *Edd. pr.* recte ſeruauit *Burm.* Temere *Nod.* edidit *exaggerati prudenter;* nam *volubilitas verborum* copiam eorum ſignificat, quod apparet ex *Suet. Aug.* 86. *An potius Aſiaticorum oratorum inanis ſententiis verborum volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda?* Atque eiusmodi prolixa oratio decet fraudatores.

indicauimus] Hic incipit lacuna in *C. Samb. Trag. Colb.* quae pertinet vsque ad c. 126, 12. *Procedentibus* etc.

Certatim] *Nod.* praemiſit *Et.*

omnes] *Leid.* et *al.* teſte *Torn.* addunt *heredipetae,* quod ex gloſſa irrepſiſſe videtur.

ſollicitant] *Burm.* malit *ſollicitantes,* temere; vult enim *Petron.* indicare, non ſolos iſtos heredipetas, quibus enarrauerant ſuam conditionem, ſed adeo omnes vrbis incolas, munera in ipſos eodem conſilio contuliſſe.

C. CXXV. §. 1. magno] i. e longo, vti *exiguum* tempus eſt breue. Eodem modo *Iuſtin.* l. 16, 1. loquitur: *Theſſalonice regina non magno poſt tempore ab Antipatro occiditur.*

laturos] *C. Leid. non laturos.* Hinc *Burm.* conicit: *impuneque, in ſuos ſi quid deliquerint i. e. v. b. a. non laturos.*

§. 2. magisque] deeſt in *C. Leid.*

cuſtodia] hic in malam partem dicitur: etſi putabam, iam *Fortunam* deſiiſſe captare occaſionem quamlibet mihi nocendi. Ita *cuſtos moleſtus* c. 10, 7. pro exploratore dicitur; ſed fortaſſe *non* excidit ante *remouiſſe,* quod in *C. Leid.* irrepſit vitio librariorum ante *laturos.*

men ſaepius tam conſuetudinem meam cogitabam, quam cauſſam. Et, Quid, aiebam, ſi callidus 3
Captator exploratorem in Africam miſerit, mendaciumque deprehenderit noſtrum? Quid, ſi etiam mercenarius, praeſenti felicitate laſſus, indicium ad amicos detulerit, totamque fallaciam inuidioſa proditione
detexerit? Nempe rurſus fugiendum erit, et tandem 4
expugnata paupertas noua mendicitate reuocanda. Dii, Deaeque, quam male eſt extra legem viuentibus! quidquid meruerunt, ſemper expectant. [*Animo haec voluens, domo egredior triſtiſſimus, liberiori aëre mentis recreandae cauſſa: ſed ambulationem publicam vix intraueram, cum haud inculta puella obuia venit, meque vocans Polyaenum, fictum mihi nomen metamorphoſeos, declarauit, Dominam ſuam rogare, vt ſibi mecum liceret loqui. Falleris, inquam ego perturbatus, ſeruus ſum extraneus, et hac gratia minime dignus.* (PVELLA.) *Ad te ipſum, inquit, iuſſa ſum, ſed,*]

## CAP. CXXVI.

*Ancilla Encolpio amorem dominae ſuae indicat: eique producit feminam omnium pulcherrimam; cuius venuſtatem Ioue dignam eſſe, verſibus adiectis ſignificatur.*

Quia noſti venerem tuam, ſuperbiam captas, vendisque amplexus, non commodas. Quo enim ſpe- 2
ctant

tam c.] *Douſa, non tam c.* quod edidit *Nod.*

§. 3. mendaciumque] *Leid. mendacium qui.*

mercenarius] *C. Leid.* addit *Eumolpi*, vt c. 94, 12. *mercenario Eumolpi* legitur.

inuidioſa] *C. Memm.* et *Douſ. ambitioſa.*

§. 4. extra legem] *Macrob. Somn. Scip.* 2. vlt. *Poenam ſanxit extra haec praecepta viuentibus.*

quidquid meruerunt] *Barth.* ad *Claud.* 4. *Conſ. Hon.* 280. mavult: *quod ſemel meruerunt.*

ſemper] Hoc etiam latet in *C. vet. Daniel.* lect. *ſuper.*

expectant] i. e. timent. *Phaedr.* 3. 15, 13. *vt expectarem lanium.*

C. CXXVI. §. 1. Quia] Ante hoc Cap. quaedam excidiſſe, patet.

ſuperbiam c.] *Heinſ. ſuperbia me captas.* Verum, vti dicimus *inanem gloriam captare*, ita iu-

 venis

ctant flexae pectine comae? quo facies medicamine attrita, et oculorum quoque mollis petulantia? Quo inceſſus tute compoſitus, et ne veſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia, niſi quod formam proſti-
3 tuis, vt vendas? Vides me? nec auguria noui, nec Mathematicorum coelum curare ſoleo: ex vultibus tamen hominum mores colligo; et, cum ſpatiantem
4 vidi, quid cogites, ſcio. Siue ergo nobis vendis, quod peto; mercator paratus eſt: ſiue, quod humanius eſt, commodas, effice, vt beneficium debeam.
5 Nam, quod ſeruum te et humilem fateris, accendis de-

venis pulcher poteſt dici *captare ſuperbiam:* quia, vt *Ouid.* l. 1. *Faſt.* 419. dicit;

*Faſtus ineſt pulchris, ſequiturque ſuperbia formam.*

commodas] alii, nominatim *C. Leid.* vitioſe *commodos*; nam ſequitur §. 4: *Siue vendis, —ſiue commodas:* ſic iam *Lipſ. ep. Quaeſt.* 3. 2. correxit. *Neapol.* ad *Ouid.* 1. *Faſt.* 419. adeo citat *commodius.*

§. 2. et oculorum quoque mollis] *Barth.* ad *Claud.* legi vult: *quoquo mobilis petulantia*, aut certe: *quaque mollis.* Sed *oculorum mollis petulantia*, eſt *ſoluta oculorum laſciuia.* Tales oculos tribuit *Iuſtin.* l. 1, 3. *Sardanapalo: Cum mollitia corporis et oculorum laſciuia omnes feminas anteiret:* ita apud *Gell.* l. 3, 5. dicuntur *oculi ludibundi, atque illecebrae voluptatisque pleni. Erh.* legit *quoque mobilis*, quod in quibusdam *Codd.* eſſe, teſtatur *Heinſ.* atque ſic *Nod.* edidit.

tute compoſitus] i. e. ita inſtitutus, vt cauere ſibi videretur a caſu; inceſſus non praeceps et temerarius, ſed ad certam menſuram compoſitus. Alii, teſte *Tornaeſ.* habent *tantum compoſitus. Hippolytus a Collibus* in *Harpocrat. ſtudio compoſitus. Douſa: arte c.* Sed *Pontan. fuco c. Heinſ. ſcite compoſitus. Anonym.* coniicit: *ita compoſitus, vt ne — aberrent. Gonſal.* malit *turpe.*

§. 3. Vides me] Formula noſtro vſitata in colloquiis. c. 38, 7. *Vides illum, qui* etc. c. 46, 8. *Vides Phileronem.*

ex vultibus] quaſi metopoſcopus, cuius mentio fit *Suet. Tit.* 2.

tamen] *Leid. tantum.*

et] *Scriuerius, te*

cogites] Si ea in vniuerſum loquitur: poſſit legi: *cogitet:* monente *Burm.* Sed *cogites* eſt melius: nam aptius *Encolpium* alloquitur. Ceterum, vt fit, ſuam ſcientiam exaggerat; vti *Plaut. Pſeudol.* 2, 4, 61. *Vbi te adſpexerit, narrabit vltro, quid ſeſe velis.*

§. 4. debeam] ſcil. dominae nomine: dixerat *nobis*; iam ſequi debebat *debeamus;* atque forte *us* excidit. *Pontanus Analect.* l. 3. c. 12. legendum proponit: *efficis, vt — debeam. Iungermannus* mauult *debeat*, ſcil. *domina*, quod edidit *Nod.* Sed ea dixerat *nobis*: ergo et hic poterat vti *prima perſona.*

deſiderium aeſtuantis. Quaedam enim feminae ſordi-
bus calent, nec libidinem concitant, niſi aut ſeruos vi-
derint, aut Statores altius cinctos. Arenarius aliquas 6
accendit, aut perfuſus puluere Mulio, aut Hiſtrio,
ſcenae oſtentatione traductus. Ex hac nota Domi- 7
na eſt mea: vſque ab orcheſtra quatuordecim tranſilit,
et in extrema plebe quaerit, quod diligat. (En- 8
colp.) Itaque oratione blandiſſima plenus, Rogo,
inquam, numquid illa, quae me amat, tu es? Mul-
tum riſit ancilla poſt tam frigidum ſchema, et, (Pv- 9
ella) Nolo, inquit, tibi tam valde placeas: ego ad-
huc ſeruo nunquam ſuccubui, nec hoc Dii ſinant, vt
ample-

§. 5. concitant] Ita *Suet. Tiber.* c. 43. *Vt adſpectu deficientes libidines excitaret.* Alii, teſte *Tornaeſ. libidine concitantur.*

Statores] Etiam in *Catalect.* occurrit: *Iam primum ſtator hic libidinoſus.* Sic dicebatur ſeruus, qui, vt apparitor magiſtratus ita domini ſui iuſſis exequendis praeſto adſtabat. Atque adeo apud *Cic.* l. 2. *ep.* 17. ſic dici videntur magiſtratuum nuncii: *Literas a te mihi ſtator tuus reddidit:* alii, teſte *Tornaeſ.* legunt *ſtratores.*

altius cinctos] *Codex Turneb. diutius;* hinc vir doctus putabat, *diſcinctos* legendum. Sed alii, teſte *Tornaeſ. altius cinctos;* quod eſt rectius, indicium quippe hominis vilioris conditionis. Nam honeſtiorum hominum, eruditorum et delicatulorum, erat demiſſa veſtis. cf. *Bentlej.* ad *Callim.* p. 309.

§. 6. Arenarius] Alii *arena,* vitioſe. Hiſtriones amarunt feminae, quod docet *Iuuenal. Sat.* 6, 82. atque adeo *arenarios,* quod patet ex *Tertull. Scenicos, Xyſticos, harenarios illos amentiſſimos, quibus viri animas, foeminae autem illis etiam corpora ſua ſubſternunt.*

mulio] Hoc recte ſeruatur, quia et hi erant vel ſerui, vel inſtitores, *leg.* 5. §. 5. ff. de *Inſtit. Act.* vel ſi liberi, viliſſimae conditionis; alii *multo.*

hiſtrio] conf. *Iuuen. Sat.* 6, 71.

oſtentatione] Videtur idem mos fuiſſe in ſcena, qui in amphitheatro, vt omnes hiſtriones in ſcena oſtentarent. Haec oſtentatio quomodo facta ſit, docet *Ferrar.* l. 2. c. 24.

§. 7. vſque ab orcheſtra quatuordecim] In *orcheſtra* erant ſenatorum, et in *quatuordecim gradibus orcheſtrae* primis vel proximis equitum ſedes; ergo hoc dicitur: *ea ſpernit equites.*

§. 8. plenus] *Anonym.* mauult *lenulus.*

illa] h. l. habet aliquam vim; de qua vid. *Heinſ.* ad *Ouid. Heroid.* 14, 95.

frigidum] *Anonymo* in mentem venit *Phrygium.*

ſchema] h. l. de oratione, vt c. 44, 8. vbi ex *Quinct.* vidimus, orationem ſic dici, in qua aliud, quam quod dicimus, alios ſuſpicari volumus. Sed *Petron.* indi-

10 amplexus meos in crucem mittam. Viderint Ma-
tronae, quae flagellorum veſtigia oſculantur: ego,
etiamſi ancilla ſum, nunquam tamen, niſi in Eque-
11 ſtribus ſedeo. (Encolp.) Mirari equidem tam
diſcordem libidinem coepi, atque inter monſtra nume-
rare, quod ancilla haberet Matronae ſuperbiam, et
12 Matrona ancillae humilitatem. Procedentibus de-
inde longius iocis, rogaui ancillam, vt in platanona
duceret Dominam. Placuit puellae conſilium: itaque
collegit altius tunicam, flexitque ſe in eum daphnona,
13 qui ambulationi haerebat. Nec diu morata, Domi-
nam

cat, hoc *ſchema* eſſe valde frigidum: quod nimirum hic ſine omnibus ambagibus interrogabat: an ſe amaret? *Reisk.* in *Miſc. Lipſ.* proponit *ſcomma*, quod et mihi arridet.

§. 9. in crucem] *Crux* pro ſeruo *cruciario* eleganter dicitur, vt *ſcelus* pro *ſceleſto*.

§. 10. flagrorum veſtigia] i. e. *ſeruos*, flagellis caeſos. *Ouid.* 2. *Am. eleg.* 7, 21.

*Qui veneris famulae connubia liber inire,*
*Tergaque complecti, verbere ſecta, velit?*

oſculantur] *Douſa* in *C. Mſ.* legiſſe ſibi videtur: *oboſculantur.*

in Equeſtribus] Eadem, qua ſupra, vtitur metaphora: *Domina mea tranſilit quatuordecim: ego ſedeo in equeſtribus*, in ſedibus, equitibus in theatro deſtinatis, i. e. equitum conſuetudine vtor.

§. 11. diſcordem] *Heinſ.* mavult *diſſortem* ad *Sabini ep.* 1, 35, quod et mihi valde arridet.

§. 12. deinde] Ita *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr. demum.*

iocis] Hoc edidi ex *C. Leid.* cum *Nod. Burm.* edidit *logis.* In *Trag. Samb.* et *Ed. pr.* neutrum reperitur; ſed *ſubſtantiuum* vix poteſt abeſſe.

ancillam] deeſt in *Leid.*

platanona] Hoc latet in *C. Colb.* lect. vitioſa *plata nona;* atque hinc facile oriri potuit *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr.* lect. *platea noua.* Eſt vero *platanon* locus, platanis conſitus: qui in aeſtate erat in deliciis. *Douſa* olim ſuſpicatus erat: *in prata noua*, poſtea *platanona* praetulit.

duceret] Ita *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr.* Alii *produceret:* quod non placet, quia mox ſequitur *producit.* *Boſch.* vero mauult *deduceret.*

puellae] al. teſte *Patiſſ. ancillae.*

eum daphnona] Hoc recte elicuerunt viri docti ex *C. Trag. cadophena*, *Ed. pr. cadophona;* et *al. eum daphona:* nec longe aberrat *C. Samb. adophona.* *Daphnonis* autem, vel loci lauris conſiti, mentionem facit *Mart.* l. 12. *ep.* 50.

*Daphnonas platanos ac aërias cypariſſos,*
*Et non vnius balnea ſolus habes.*

ambulationi] Ita recte *C. Trag.* male *C. Samb. ambitioni.* Eodem ſenſu

nam producit e latebris, laterique applicat meo mu-
lierem, omnibus ſimulacris emendatiorem. Nulla 14
vox eſt, quae formam eius poſſit comprehendere:
nam, quidquid dixero, minus erit. Crines, in- 15
genio ſuo flexi, per totos ſeſe humeros effuderant:
frons minima, et quae apices capillorum retroflexe-
rat: ſupercilia vsque ad malarum ſcripturam curren-
tia, et rurſus confinio luminum paene permixta.
Oculi

ſenſu *ambulationem* dixit *Suet. Aug.* 100. *Circumiectasque ſylvas et ambulationes in vſum populi tunc iam publicarat.*

§. 13. producit e latebris] Ita *C. Trag.* Sed *C. Samb.* et *Ed. pr. producit latebris: Colb.* male *perducit e latebris.*

ſimulacris emendationem] *Plaut. Epid.* 5. 1, 17.

*Vsque ab vnguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiuiſſima.*
*Eſtne? conſidera: ſignum pictum pulchre videris.*

*Emendata* autem eſt, in cuius toto corpore non eſt menda. *Suet. Caeſ.* 56. dicit, *bene et emendate ſcribere.*

§. 14. minus erit] *Tibull.* l. 5. *el.* 1. 6.

*Dictis vt non maiora ſuperſint.*

§. 15. frons minima] *Hor.* etiam *l.* 1. *Od.* 33, 5. *Inſignem tenui fronte Lycorida* laudat; et *Mart.* l. 4. *ep.* 42. in quo venuſtiſſimus puer deſcribitur, totum hunc locum poteſt illuſtrare:

*Lumina ſideribus certent, molleſque flagellent*
*Colla comae: tortas non amo, Flacce, comas.*
*Frons breuis, atque modus breuiter ſit naribus vncis:*
*Paeſtanis rubeant aemula labra roſis.*

apices] In *Codd.* legitur *radices.* Sed quia, quomodo frons minima radices capillorum poſſit retroflectere, non apparet, ſuadente *Winkelmanno* (in libro inſcripto: *Anmerkungen über die Geſchichte der Kunſt des Alterthums* P. 1. p. 56.) reſcripſi *apices capillorum*, quorum quosdam retroflecti in minimis frontibus, vir doctus obſeruauit in pulcherrimis *Herculis*, et iuuenis, et viri, capitibus. Eiusmodi etiam crines *Apollini* tribuit *Apuleius* in *Florid.* p. 342. eosque dicit *crines praemulſis antiis anteuentulos* (vel potius *antependulos.*)

ſcripturam] Ita *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* atque hoc voc. poteſt indicari extrema linea, qua quaſi finiuntur et circumſcribuntur ſupercilia. Haec lectio poteſt confirmari eo, quod *Lucianus* in *Imaginibus* dixit τὸ ὀφρύων εὐγραμμον. *C. Samb.* et vnus *Cod. Boſch.* habent *iuncturam: Delben.* vero coniicit *trituram. Nod.* edidit *ſtricturam* cum *Hadr.* et *Boſch.*

rurſus] Ita vet. *Cod. Samb.* et *Trag.* recte, vt contextus docet. *Ed. pr. et fuſus:* hinc *Aurat.* volebat *effuſius; ſed* ante *rurſus* deeſt *et* in. *C. Memm.*

luminum] *C. Memm. luminis.*

paene permixta] Placuiſſe veteribus confuſa propemodum ſupercilia; et quaſi anceps ſuperciliorum diuortium, ex *Anacreontis Od.* 28. intelligitur.

16 Oculi clariores ſtellis, extra Lunam fulgentibus: nares
paullulum inflexae: et oſculum, quale Praxiteles ha-
17 bere Dianam credidit. Iam mentum, iam ceruix,
iam manus, iam pedum candor, intra auri gracile vin-
18 culum poſitus, Parium marmor exſtinxerat. Ita-
que tunc primum Dorida vetus amator contemſi.

Quid factum eſt, quod tu, proiectis, Iupiter, armis,
 Inter coelicolas fabula muta taces?
Nunc erat a torua ſubmittere cornua fronte;
 Nunc pluma canos diſſimulare tuos.

Haec

§. 16. clariores ſideribus] Idem *Mart.* l. c.

extra lunam] i. e. luna non obſcurante ſtellas ſuo ſplendore.

fulgentibus] *C. Memm.* et *Leid.* *ſurgentibus.*

paullulum inflexae] Idem *Mart.* l. c.

et] deeſt in *Leid.*

oſculum] Male mutant in *oſſum*, vel *oſſulum.* Nam etiam *Ouid.* I. *Metam.* 499. dixit:

*Videt igne micantes*
*Sideribus ſimiles oculos, videt oſcula, quae non*
*Eſt vidiſſe ſatis.*

Dianam] Ita omnes *Codd.* At *Nod.* ſubſtituit *Venerem*, quia *Venus Medicea*, ſatis nota, *Praxitelis* opus creditur. Sed *Brauroniam Dianam* ab eodem factam fuiſſe, docet *Pauſan.* l. 1. c. 23. et *Anticyrae* ſignum *Dianae* eidem artifici idem tribuit l. 10, 37.

§. 17. iam manus] deeſt in *C. Colb.*

pedum — vinculum] *Manil.* *l.* 5, 519.

*Et pedibus niueis fulſerunt aurea vincla.*

Periſcelides aureae indicantur.

poſitus] *Burm.* proponit *politus*, aut *conditus.* *C. Leid.* habet *poſitum.* Sed *candor pedum* dici poteſt, vt ipſe vir doctus concedit, pro *candidi pedes.*

Parium] Ita *C. Samb.* et *Ed. pr.* At *Autiſ. planum.* *C. Colb.* *Pharium*, et *Trag.* vitioſe *parui.*

exſtinxerat] Ita *C. Samb.* et *Trag.* vulgo *extrinxerat.* *Anonym.* *extruxerat.* Sed *exſtinxerat marmor candidiſſimum*, eſt *eius candorem quaſi deleuerat*, i. e. ſuperauerat.

§. 18. Dorida] *C. Samb.* et *Trag.* *Doxida.*

v. 1. Quid] Ita *C. Colb.* *Trag.* et *Ed. pr.* atque hanc lect. requirit ſequens *quod.* Alii *Qui*, vt edidit etiam *Nod.* cum *Hadr.* ſed tum *quod* in *vt* mutandum videretur. Solemnis autem eſt illa *Ioui* exprobratio, quaſi omnibus formoſis deberet potiri puellis. *Prop.* *l.* 2. *eleg.* 2, 3.

*Cur haec in terris facies humana moratur,*
*Iupiter, ignoro priſtina furta tua.*

v. 3. erat — ſubmittere] *Graeciſmus*, pro *nunc licebat*, *nunc debebat ſubmittere*, vel *nunc erat tempus ſubmittendi.* Sic *Ter.* *Eun.* 3. 5. *Nunc eſt profecto interfici.*

ſubmittere] h. l. eſt tollere: vt *Lucret.* *l.* 1. 8. *Tibi ſuaues Daedala tellus Summittit flores*, i. e.

nunc

Haec vera eſt Danaë: tenta modo tangere corpus;
Iam tua flammifero membra calore fluent.

## CAP. CXXVII.

*Circe Encolpium, quem Polyaenon vocat, ad amorem mutuum invitatum, amplectitur et deducit in terram. Per hanc occaſionem, Idae vertex, in quo Iupiter Iunonem amplexus eſt, carmine deſcribitur.*

Delectata illa riſit tam blandum, vt videretur mihi
plenum os extra nubem Luna proferre. Mox, digitis
gubernantibus vocem, (MATRONA) Si non faſtidis,
inquit, feminam ornatam, et hoc primum anno vi-
rum expertam, concilio tibi, o iuuenis, ſororem.
Habes tu quidem et fratrem, neque enim me piguit 2
quaerere: ſed quid prohibet et ſororem adoptare?
Eodem

nunc debebas tauri formam induere, vti cum *Europen* raperes.

v. 4. canos] al. *crines*, teſte *Torn.* nominatim *Leid. Samb.* et *Ed. pr.* At *Trag. canos*, quod eſt elegantius, quia ſic ſenex *Jupiter* pingitur, cui iuuenilis forma eſt induenda, cum vult adire puellam; alluditur ad id, quod *Iupiter*, in cygnum mutatus, *Ledam* conuenit.

v. 5. Danaë] Ita *C. Samb.* et *Ed. pr.* Sed *Trag. Damne: Colb.* verbis transpoſitis: *Haec eſt vera Dane.*

C. CXXVII. §. 1. tam blandum] per *graecismum:* ἁπαλὸν, χλιαρὸν γελᾶν. vt *dulce ridere* apud *Hor. l.* 1. *Od.* 22, 23.

extra — proferre] Alii, teſte *Torn. extra nubem luna caput proferret. C. Leid. plenum extra nubem luna caput efferre.* Poëtis frequens eſt blandae et formoſae faciei cum plena luna comparatio. Exempla vide apud *Barth.* ad *Claud.* de *Nupt. Honor.* et *Mar.* 243.

digitis g. v.] *Sueton. Tiberio* c. 68. tribuit *ſermonem, non ſine molli quadam digitorum geſticulatione.*

feminam] *al. mulierem.*

ornatam] Ita *C. Memm. Leid. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* i. e. nobilem, mariti dignitate conſpicuam: quo ſenſu paſſim *Cic. ornatos* et *ornatiſſimos* vocat; alii *hornam:* i. e. *mulierem, hoc primum anno virum expertam.* Sed hoc ſtatim additur, nec bis dicendum videbatur.

virum expertam.] Ita etiam *Hor.* loquitur *l.* 3. *Od.* 14, 11.

§. 2. Habes] Ita *C. Trag.* At *Samb.* et *Ed. pr. habet.*

quaerere] Ita *C. Samb. Leid. Trag. Ed. pr. Nod.* vero cum *Hadr.* edidit *inquirere.* Sed *quaerere* eſt ſanum. *Ter. Eun.* 1. 2. 64. *Nihil nam quaeſiui.*

quid] *C. Memm. quis.*

Eodem gradu venio: tu tamen dignare et meum
3 oſculum, cum libuerit, cognoſcere. (Encolp.)
Imo, inquam ego, per formam tuam te rogo, ne
faſtidias hominem peregrinum inter cultores admit-
tere: inuenies religioſum, ſi te adorari permiſeris.
Ac ne me iudices, ad hoc templum Amoris gratis
4 accedere, dono tibi fratrem meum. (Matrona)
Quidni? inquit illa, donas mihi eum, ſine quo non
potes viuere? ex cuius oſculo pendes? quem ſic tu
5 amas, quemadmodum ego te volo? (Encolp.)
Haec ipſa cum diceret, tanta gratia conciliabat vocem
loquentis, tam dulcis ſonus pertentabat aëra, vt pu-
tares

venio] *Lipſ.* mauult: *ſororem adoptare eodem gradu veniae. Palmer.* in *ſpicileg. adoptare eodem gradu? venia tu tantum dignare.* Sed *eodem gradu venio* ſignificat: *ero tibi eodem gradu coniuncta;* nam *venire* eleganter dicitur ſui copiam factura, vt *Sen. Ep.* 97. *Illa formoſa, quam deſideras, veniet.* conf. *Heinſ.* ad *Ouid. l.* 2. *A. A.* 11.

tamen] Ita *C. Samb. Trag.* et *al.* teſte *Torn.* etiam *Ed. pr.* idque valde eſt aptum. *C. Memm.* habet *tandem. Nod.* cum *Hadr.* et aliis edidit *tantum.*

cognoſcere] *al. agnoſcere.* Sic *Nod.*

§. 3. per f. t.] *Stewech.* ad *Apul. l.* 4. *Metam. per te, per formam tuam. Burm.* ſi quid mutandum ſit, malit: *imo, inquam, per ego te formam tuam rogo.*

cultores] modeſte pro *amatores. Ouid.* l. 1. *A. A.* 722.

*Qui fuerat cultor, factus amator erat.*

et *Sueton. Oth.* c. 2. *quo efficacius coleret, etiam diligere ſimulauit.*

inuenies] *C. Trag. iuuenem.*

religioſus] *Apul.* l. 4. *Metam.* p. 155. *Multi — vt ipſam prorſus deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur.*

templum Amoris] In *C. Trag. Samb. Leid.* et *Ed. pr.* deeſt *Amoris.*

§. 4. Quidni?] Ita *Ed. pr.* et *C. Samb.* Eſt vehementer aſſeuerantis, ſed fere ironicum. *C. Trag. Quid ne. C. Memm. Quid? inquit,* atque ſic legi vult *Douſa.*

donas] *C. Samb.* et *al. dones.*

eum mihi] *C. Douſae mihi illum.*

pendes] *Quinct. Declam.* 9. *Itaque ab huius oſculis, ab huius feminae ceruice pendebat;* deeſt *mihi* in *C. Torn.*

te] *Iungermann.* malebat *me.*

§. 5. pertentabat aëra] Ita *Samb. Trag.* et *Ed. pr.* etiam *Burm.* Sed in quibusdam *Edd.* etiam in *Hadr. Nod.* et in altera *Ed. Burm.* a *Reisk.* additum eſt: *pertentatum mulcebat aëra.* At vereor, ne haec ſit vel gloſſa, vel mera coniectura: aliam proponit *Barth.* in notis ad *Zachariam Mitylenaeum* p. 268. *temperatum mulcebat.* Sed fruſtra, nam *dulcis ſonus pertentat aëra,* eodem iure poteſt dici,
quo

tares, inter auras canere Sirenum concordiam. Itaque
miranti, toto mihi clarius coelo, neſcio, quid, relu-
cente, libuit Deae nomen quaerere. (Circe) Ita, 6
inquit, non dixit tibi ancilla mea, Circen me vocari?
Non ſum quidem Solis progenies; nec mea mater,
dum placuit, labentis mundi curſum detinuit: habebo
tamen

quo a *Virg.* 1. *Aen.* 506. dictum eſt: *Latonae tacitum pertentant gaudia tempus;* vbi *Cerda* docet, huic verbo ineſſe amoris et blanditiarum poteſtatem.

inter auras] Ita edidi cum *Burm. Nod.* et *al.* e *Codd.* quibusdam, quia *inter aures*, quod habet *C. Trag. Colb.* et *al.* teſte *Tornaeſ. Ed. pr.* et *al.* vix ſenſum admittit. *C. Samb.* vero, et *al.* notante *Patiſſ.* habent *intus aures*, quod poſſit melius videri. *Richard.* malebat: *intus canere*, qua formula non ſolum ſuauem et artificioſum *Circes* cantum, ſed etiam furtum animorum, quod moliebatur, indicari putat, ratus, alludi ad *Aſpendium* cithariſtam, de quo vid. *Aſcon.* ad *Cic.* 2. *Verr.* c. 20. *Bourd.* dicit, *Mſſ.* habere, *intra aures. Boſch.* teſtatur, in aliis reperiri, *in auras*, atque corrigi vult *in terris*, vel *in terra.*

miranti, toto] In *Cod. Samb. Trag. al.* et *Edd. vett.* etiam *Burm.* et *Nod. et* ante *toto* eſt poſitum, quod deleui, quia moleſtum eſt, ortum forte, temere repetita prima litera voc. *toto:* poſſit tamen, ſi quis malit, *id* pro *et* ſubſtitui.

toto — relucente] *Encolp.* mihi videtur dicere: ſibi, miranti tam ſuauem concentum, coelum clarius relucere viſum, quaſi et ipſum pertentatum eſſet ſuauitate iſtius cantus. *C. Trag.* habet *reducente:* vnde *Heinſ.* malebat *reducentis.* Ex *Cod. Memm.* verba; *neſcio quid relucente*, plane exulant.

§. 6. Ita] *Ed. pr. Itaque. Heinſ.* malit *Itane.*

me] Neſcio, cur *Nod.* et aliae *Edd.* omittant *me*, cum illud reperiatur in *C. Samb. Trag. Colb.* aliisque optimis quibusque *Codd.* et in *Ed. pr.*

Solis progenies] *Perſe* nimirum erat parens *Circes*, notae ex *Hom.* quam ex ea genuit *Sol*, vti ex *Odyſſ.* 10, 138. intelligitur. Hinc ea c. 134. 12, 12. dicitur *Phoebeia Circe.*

mea mater] i. e. nec mea mater ſua venuſtate effecit, vt *Sol* ipſam de coelo ſpectans moraretur: quod Solem facere, fingit *Ouid. Met.* 4, 199.

*Spectandique mora brumales*
*porrigis horas.*

*Aurat.* vero mauult: *mea arte*, ſc. detinui. Qua lect. admiſſa, hoc diceretur: *neque ego magicis artibus poſſum inhibere ſolis curſum;* quod ſe poſſe efficere, gloriatur ſaga c. 134. 12, 9.

*trepidusque furentes*
*Flectere Phoebus equos reuoluto*
*cogitur orbe.*

*Heinſ.* coniiciebat: *nec deo, mea mater dum placet.*

placuit] Ita edidi ex *C. Memm.* cum *Douſa* et *Nod.* reliqui *Codd.* habent *placet*, quod ſeruauit *Burm.* vix vero poteſt locum habere, niſi ſumamus, *detinuit* dici *aoriſtice;* at hic *Graecismus* vix *Encolpio* poteſt condonari. *Iungermann.* malebat; *dum placeret*,

tamen, quod coelo imputem, ſi nos fata coniunxerint. Imo iam, neſcio, quid, tacitis cogitationibus Deus agit.
7 Nec ſine cauſſa Polyaenon Circe amat. Sed inter haec nomina fax ſurgit. Sume ergo amplexum, ſi placet. Neque eſt, quod curioſum aliquem extimeſcas: longe
8 ab hoc loco frater eſt. (ENCOLP.) Dixit haec Circe, implicitumque me brachiis mollioribus pluma, deduxit in terram, vario gramine indutam.

Idaeo

labentis] Sic recte *C. Trag.* et *Samb. Ed. pr.* vitioſe *libentis.*

curſum] Ita *C. Trag.* et *al. Gronov.* vero malebat *currum,* quod edidit *Burm.*

habebo] Sic *C. Trag.* et *Samb.* rectius, quam *Ed. pr.* quae exhibet *habeo*, quod tamen edidit *Burm.*

coelo imputem] ſcil. tanquam beneficium. conf. *Suet. Tiber.* 53.

nos] *C. Samb.* et *Ed. pr. non;* male. *Trag. nos.*

coniunxerint] Ita recte ediderunt: at *C. Samb.* habet *coniunxerant; C. Trag. coniunxerunt.*

imo iam] Hoc reſcripſi ex *C. Colb. Trag. Samb.* et *Ed. pr.* alii habent *etiam* quod edidit *Burm.* et *Nod.* plane vero deeſt in *C. Leid.*

quid] *Heinſ. neſcio quis tacitis concitationibus deus agit.*

deus] *Cuperus* malit *mens.* Sed vult indicare, ſecreta conſilia deum exequi velle hac coniunctione.

§. 7. Nec ſine cauſſa] nec temere, vel caſu.

Polyaenon Circe] Hoc recte elicuerunt Editores ex *C. Trag.* et *Ed. pr. belieno nece:* atque *Samb.* adeo in *Cod.* reperiebat *bolieno nece,* pro quo ille malebat *Olienon Circe.* Exhibetur vero in *C. Autiſiod. belienon. Alii* hinc efficiebant *Boliaenum*, aut *Bolyaenum.* Sed rectius quidam, *Tornaeſ.* teſte, *Polyaenon Circe.* Nam apud *Hom. Odyſſ.* 12, 184. *Vlyſſes* a *Sirenibus* πολύαινος appellatur, quem a *Circe* amatum eſſe, conſtat ex *Odyſſ.* l. 10, 335.

Sed inter haec nomina] Recte ſic *C. Trag. Colb. Leid. Samb.* et *Ed. pr.* in qua tamen per compendium ſcriptum eſt *noia. Pith. ſemper inter haec nomina,* quod edidit *Nod.* cum *Hadr.* Verum *haec* abeſt a *Cod. Memm. Aurat.* coniicit: *inter haec noctis. Heinſ. ſcilicet i. h. n. in. pax ſurgit. Anonym. ſed inter omina fax eluxit.* Verum locus ſanus videtur; ea dicit: *haec ipſa nomina ſatis clare indicare conſilium deorum.*

curioſum] i. e. exploratorem, qui furta *Veneris* enunciet fratri. conf. c. 26, 4. *oculum curioſum.*

extimeſcas] *C. Memm. contimeſcas.*

§. 8. implicitumque brachiis] Quidam, etiam *Nod.* inſerunt *me,* quod abeſt a *C. Trag. Leid. Ed. pr.* et *al.* nec tamen requiritur neceſſario.

pluma] Idem *Mart. l.* 8. *ep.* 64, 8. *Vincas mollitie — plumas.*

Idaeo quales fudit de vertice flores 9
Terra parens, cum ſe confeſſo iunxit amori
Iupiter; et toto concepit pectore flammas:
Emicuere roſae, violaeque, et molle cyperon,
Albaque de viridi riſerunt lilia prato:
Talis humus Venerem molles clamauit in herbas,
Candidiorque dies ſecreto fauit amori.

In hoc gramine pariter compoſiti, mille oſculis luſimus, quaerentes voluptatem robuſtam. *[Sed neruorum ſubita debilitate Circe decepta fuit, qua iniuria excandeſcens;]* 10

§. 9. v. 1. Idaeo] Imitatus eſt *Hom. Iliad.* 14, 346. deſcribentem *Iouis* et *Iunonis* concubitum.

fudit] *C. Trag. Samb.* et *al.* teſte *Patiſſ. fundit;* ita etiam *C. Memm. Ed. pr. funditur.*

v. 2. cum ſe] *Scaliger* ad oram notauit ex *Cod. vet. creſce.*

confeſſo iunxit] Ita *C. Trag.* et *Samb.* Sed *Samb.* coniiciebat *conceſſo:* atque adeo quidam, teſte *Torn.* legunt *conceſſo vinxit; vinxit* vero habet etiam *C. Memm.* et *Ed. pr.* ſed *confeſſus amor* eſt *coniux aperta.* Sic in *Ciri* verſ. 244.

*Sin confeſſus amor noto te macerat igni.*

v. 4. violaeque] Sic *C. Trag.* At *C. Samb.* et *Ed pr. ridetque.*

cyperon] *Braſſican.* qui reperiebat *ciperon*, malebat *cipere. Aurat. cyperis.*

v. 6. Venerem] i. e. *Circen.*

clamauit] Hoc reſtitui auctoritate omnium *Codd.* nominatim *Leid. Colb. Trag. Torn. Samb. Ed. pr.* nam *clamare* ſignificat *inuitare*, vt intelligitur ex *Mart.* l. 1. 50, 29.

*Vocabitur venator, et veniet tibi*
*Conuiua clamatus prope.*

Dixit vero etiam *Hor. Epod.* 2, 28. *fontium ſtrepitus inuitare ſomnos.* Alii, etiam *Burm.* et *Nod.* ſuadente *Lipſ. Antiq. Lect.* l. 1. c. 8. ediderunt *clinauit;* neque haec coniectura ſpernenda videtur. *Hadr.* tamen malit: *Talis humus molles Venerem inclinauit in herbas. Anonym.* coniicit *lunauit. Douſa* olim probabat *clunauit,* poſtea propoſuit: *mollem inclinauit in herbam.*

v. 7. Candidiorque] Hic verſus ab hoc loco abeſt in *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr.* male vero irrepſit in iisd. *Codd.* c. 128. 6. poſt verſum 4. ſed huic loco eſt aptiſſimus.

§. 10. luſimus] deeſt in *C. Trag.*

robuſtam] *Ouid.* ſic *Her.* 19, 67.

*Firmius, o cupidi! tandem coëamus amantes.*

Haec ſtatim excipiunt in *C. Trag. Colb. Samb.* et *Ed. pr.* hi verſus: *Nocte ſoporifera.* c. 128. 6.

## C A P. CXXVIII.

*Hic Polyaenus cum Circae non poſſet ſatisfacere; ea irata propter ſpretam formam, aedem Veneris intrat. Hic autem dubitat, an ſomnium ipſi oblatum ſit, cuius vim deſcribit verſibus. Eius impotentiam vituperat Giton.*

(CIRCE) Quid eſt, inquit, numquid te oſculum meum offendit? numquid ſpiritus ieiunio marcet? numquid alarum negligens, ſudore puteo? Si haec
2 non ſunt: numquid Gitona times? (ENCOLP.) Perfuſus ego rubore manifeſto, etiam, ſi quid habueram virium, perdidi; totoque corpore velut laxato, Quaeſo, inquam, Regina, noli ſuggillare miſerias. Veneficio contactus ſum. *[Tam leuis excuſatio Circes iram minime ſedauit: a me contemtim ocu-*
3 *los reflexit, et ad ancillam reſpiciens:]* (CIRCE) Dic Chryſis, ſed verum: numquid indecens ſum? num-

C. CXXVIII. §. 1. marcet] i. e. an ſpiritus exilis eſt, languentis et fractae propter ieiunium, aut num ſpiritus *putreſcit?* Videtur enim a *Plin.* 10, 38. hoc verb. ſic dici: *auis Lagopodis occiſae corpus ſtatim marceſcit.* Irata ea commemorat, quae ab ipſa erant alieniſſima. Atque ſic teſte *Patiſſon.* habent quidam libri. Sed *vulg. lect.* eſt *macer. Richard.* proponit *acer*, quod edidit *Nod.* cum aliis, qui putant, ſic dici ſpiritum grauem, qualis ſit ieiunae. *Wouw.* ad *Sidon. Apoll.* l. 3. *ep.* 13. legit *acet*, quod edidit *Bourd. Gruterus* et *Heinſ. macet;* hic etiam *mucet* proponit. At *Schopp. ſuſpect. lect.* l. 5. *ep.* 3. totum locum ita conſtituit: *Numquid ſpiritus ieiunio macer? numquid alarum negligens ſudor putet? Si haec* etc.

alarum negligens ſudore puteo] Ita reſcripſi pro: *negligens ſudor? Puto:* quia quid ſit *negligens ſudor*, non apparet, neque *puto* huic loco eſt aptum: *negligens alarum* autem commode poteſt dici, quae foetori, ex ſudore ſub alis contracto, non occurrit lauando. *Burm.* qui vulgatam dedit, proponit: *negligens ſudorem, puteo? Nod.* edidit, praeeunte *Hadr. porro* pro *puto;* atque ſic habere quosdam, teſtatur *Patiſſ.*

§. 2. ego] *C. Leid. ergo.*

virium] *Anonym. viri.*

laxato] *Iungermann.* et *Putſchius: luxato*, vt ſit metaphora petita a gladiatoribus. Sed *laxatum*, i. e. ſolutum corpus, ſatis aptum eſt huic loco.

§. 3. numquid] Eodem fere modo *Philematium* ad *Scapham. Plaut. Moſtell.* 1. 3, 10. *Contempla, amabo, me, Scapha, ſatin' haec me veſtis deceat?* v. 24. *Ego verum amo, verum volo mihi dici, mendacem odi.* Erat haec ancilla ex ornatricibus.

numquid incompta? numquid ab aliquo naturali vitio formam meam excaeco? noli decipere Dominam tuam: neſcio, quid, peccauimus. (ENCOLP.) Ra- 4
puit deinde tacenti ſpeculum, et, poſtquam omnes vultus tentauit, quos ſolet inter amantes riſus frangere, excuſſit vexatam ſolo veſtem, raptimque *[in vicinam]* aedem Veneris intrauit. Ego contra 5
damnatus, et quaſi quodam viſu in horrorem perductus, interrogare animum meum coepi, an vera voluptate fraudatus eſſem?

Nocte ſoporifera veluti cum ſomnia ludunt 6
Errantes oculos, effoſſaque protulit aurum
In lucem tellus, verſat manus improba furtum,
Theſaurosque rapit, ſudor quoque perluit ora,
Et mentem timor altus habet, ne forte grauatum
Excutiat gremium ſecreti conſcius auri.
Mox vbi fugerunt eluſam gaudia mentem,

Vera-

numquid — incompta] *Martinus Var. lect.* l. 1. 7. verba ita ponenda putat: *ſed verum: numquid incompta, numquid indecens ſum?*

§. 4. riſus] *Douſa* coniicit *niſus; riſus* autem *frangit vultus*, quando eſt *laſciuior* et *mollior*, vt *fracta* pronunciatio *Plin.* l. 2. *Ep.* 14. dicitur. *Cuperus* malit *fingere.*

vexatam] *C. Leid. noxatam*, male: *vexata ſolo veſtis*, i. e. preſſa, et corrugata a iacente in ſolo.

aedem Veneris] ſcil. vt vota ſuſciperet, vel ſacra faceret pro valetudine *Polyaeni;* vt *Plaut. Curcul.* I. 1. 72. *adoleſcens amans Veneri ientaculum vouiſſe* dicitur.

§. 5. viſu] *Douſa* coniicit *viſo*, i. e. ſpectro. Sed ſaepe in lapidibus dicitur *ex viſu* pro *ſomnio*, quo a diis moniti aliquid deo dedicauerint.

§. 6. v. 3. verſat] Ita *C. Trag. Samb.* et *al.* alii tamen, teſte *Patiſſ. non ſit;* ita *Leid. Scalig. non ſcit.*

v. 4. perluit] Ita recte omnes *Tornaeſ.* libri, *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr. proluit:* alii, teſtante *Patiſſ. perluit artus:* quod eſt fortaſſe melius.

ora] Poſt hunc verſum legitur in *C. Samb.* et *Trag.* c. 28. §. 9. verſ. 7. *Candidior* etc. ſed alieno loco; recte vero abeſt ab h. l. in duobus *Codd. Scaligeri.*

v. 5. mentem] *C. Colb. mentes.*

Dd 4

Veràque forma redit, animus, quod perdidit, optat,
Atque in praeterita ſe totus imagine verſat.

*[Infortunium illud ſomnium verum, imo vera faſcinatio, mihi certe videbatur, et tam diu neruis deſtitutus fui, vt nec ſurgere potuerim. Animi tandem oppreſſione paullatim laxata, vigor ſenſim rediit, domumque petii, vbi languorem ſimulans, in lectulum me conieci. Paullo poſt Giton, qui me aegrotare acceperat, triſtis intrauit cubiculum. Vt vero mentem illius ſedarem, declaraui, me ſola quieſcendi cauſſa lectum petiiſſe: multaque alia iactaui, de infortunio autem nihil, quia eius aemulationem valde timebam, et ad omnem ſuſpicionem auertendam, eum lateri applicans meo, amoris ſpecimen praebere tentaui: ſed anhelitus ſudoresque fuerunt irriti. Surrexit ira commotus, et neruorum debilitatem, animique alterationem accuſans, dixit: ſe iam dudum animaduertiſſe, me non dubie primum vires ſpiritusque alibi conſumere. Imo, inquam, Frater, erga te meus ſemper idem fuit amor: ſed*
7 *nunc ratio amorem vincit, et petulantiam.]* (GITON) Itaque, *[inquit me irridens,]* hoc nomine tibi gratias ago, quod me Socratica fide diligis. Non tam intactus Alcibiades in praeceptoris ſui lectulo iacuit.

v. 8. redit] C. 80. §. vlt. v. 8. *Vera redit facies.*

v. 9. verſat] Hoc verbum ſine vllius interuentu excipiunt haec: *Cubiculum autem meum* c. 129, 3. in *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.*

§. 7. hoc nomine] Ita *Sen. ep.* 48. *hoc nomine gratias ago.*

Socratica fide] Ergo etiam *Petron.* putauit, hunc philoſophum a puerorum amore abhorruiſſe, atque iuuenes honeſto modo amaſſe: quod *Maximus Tyrius* pluribus diſſertationibus demonſtrauit.

Alcibiades] *Corn. Nep.* in *Alcibiade* c. 2. haec ita illuſtrat: *Ineunte adoleſcentia amatus eſt a multis more Graecorum: in eis a Socrate, de quo mentionem facit Plato in Sympoſio; namque eum induxit commemorantem, ſe pernoctaſſe cum Socrate, neque aliter ab eo ſurrexiſſe, ac filius a parente debuerit.* Idem confirmat *Plutarch.* in ſermone primo de virtute *Alex.* paullo ante finem.

lectulo] *Leid. lecto,* al. *cubiculo.*

CAP.

## CAP. CXXIX.

*Giton diſcedit; Chryſis intrat, et Encolpio reddit literas, quarum exemplar hic exhibetur. Ancilla ei ſuadet, vt blandius reſcribat.*

(Encolp.) *[Tum rurſus adieci,]* Crede mihi,
frater, non intelligo, me virum eſſe, non ſentio,
Funerata eſt pars illa corporis, qua quondam Achilles
eram. *[Me ſine neruis eſſe, Giton ſentiens, et]* Ve- 2
ritus puer, ne in ſecreto deprehenſus, daret ſermoni-
bus locum, proripuit ſe, et in partem aedium interio-
rem fugit. *[Eo vix egreſſo,]* Cubiculum autem 3
meum intrauit Chryſis, codicillosque mihi Dominae
ſuae reddidit, in quibus haec erant ſcripta.

[Circe Polyaeno salvtem.]

Si libidinoſa eſſem, quererer decepta: nunc etiam 4
languori tuo gratias ago. In vmbra voluptatis diutius
luſi. Quid tamen agas, quaero, et, an tuis pedi- 5
bus

C. CXXIX. §. 1. non ſentio] *Ouid.* l. 3. *Am. El.* 7, 20.

*Nec iuuenem, nec me ſenſit amica virum.*

Funerata eſt] *Sen.* in *Herc. Oetaeo* 1245. dicit *vires ſepultas.* *Ouid.* l. 3. *Am.* 7, 65. de eadem re:

*Noſtra tamen iacuere, velut praemortua membra.*

Et noſter c. 20, 2, *inguina, mille iam mortibus frigida.* cf. *Mart.* l. 11. *ep.* 47.

Achilles] i. e. fortiſſimus.

§. 2. Veritus] Alii, notante *Tornaeſ. vetitus.*

deprehenſus] ſcil. a *Chryſide*, quam videbat aduenire.

§. 3. reddidit] Ita *C. Trag.* recte; ſic pro *C. Samb. reddit* legendum, iam ſuſpicabatur *Samb.*

[Circe—salvtem] Haec abſunt a *Codd. Colb. Leid. Samb. Trag.* et ab *Edd. pr.* addita vero a *Bourdel.* etiam a *Burm. Nod.* et *al.* edita. Non autem irata mulier hanc formulam videtur addidiſſe. Certe lenones indignos habitos eſſe, ad quos haec mitteretur ſalutatio, apparet ex *Plaut. Pſeudol.* 4. 2, 56.

*Salutem ſcriptam dignum eſt dignis mittere:*
*Te ſi arbitrarer dignum, miſiſſem tibi.*

§. 4. Si] male deeſt in *C. Trag.*

etiam] Sic *C. Trag.* ſed *C. Samb.* et *Ed. pr. et l. t. g. ago.* In *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* haec verba hoc ordine exhibentur: *gratias languori ago*, et *tuo* deeſt. Vocabulum *Languor* eſſe aptum huic loco, apparet ex *Ouid. l.* 3. *Am. El.* 7. 27.

*Num mea Theſſalico languent deuota veneno*
*Corpora?*

§. 5. tamen] Hoc recte edidit *Burm.*

bus perueneris domum? negant enim Medici, ſine
6 neruis poſſe ire. Narrabo tibi, adoleſcens, paraly-
ſin caue. Nunquam ego aegrum tam magno peri-
7 culo vidi. Me Dius Fidius! iam periſti. Quod
ſi idem frigus genua manusque tentauerit tuas, licet,
8 ad Tubicines mittas. Quid ergo eſt? etiamſi gra-
vem iniuriam accepi, homini tamen miſero non in-
video medicinam. Si vis ſanus eſſe: Gitonem roga;
recipies, inquam, neruos tuos, ſi triduo ſine fratre
9 dormieris. Nam, quod ad me attinet, non timeo,
ne quis inueniatur, cui minus placeam. Nec ſpecu-
lum

*Burm.* ex *C. Samb. Memm. Leid. Trag. Ed. pr. Nod.* cum aliis edidit *tandem.*

poſſe ire] Hoc ex *Codd. Samb. Trag.* et aliis, quos commemorat *Tornaeſ.* ex *Ed. pr.* et *al.* reſcripſit *Burm.* nec male, quia pronomina noſter ſolet negligere. *Delben.* malebat *iri*: quod et mihi arridet. *Braſſican.* vel *iri*, vel *nos poſſe ire* eſſe legendum, arbitrabatur. Sed *Edd.* ſuperiores, etiam *Hadr.* et *Nod.* habent: *homines ambulare poſſe*, non vero mihi conſtat, vnde. *Bapt. Pius* l. 4. *Comment.* in *Lucret. f.* 124. hunc locum ita citat: *ſine neruis, aiunt, ſtare nil poteſſe*: vbi etiam teſtatur, quosdam *venis* pro *neruis* legere.

§. 6. Narrabo] *Ouid. H. r.* 21, 55. eodem ſenſu: *Dicam nunc.*

tibi] *Aurat.* repererat *ibi.*

ego] Deeſt in *C. Samb. Leid. Colb. Trag.* et *al.* teſte *Patiſſon.*

tam magno periculo vidi] ſcil. eſſe. Temere *Stephanus* in *Pſeudo-Cicerone* negat, hanc conſtructionem eſſe latinam, cum vel *Cic.* dixerit ad *fam.* l. 4. *ep.* 15. *Ne quo periculo te proprio exiſtimares eſſe.*

§. 7. tentauerit] proprium de morbis verbum. *Hor.* l. 1. *Epiſt.* 6, 28. *morbo renes tentantur acuto.*

ad tubicines] i. e. tibi cogitandum eſt de exequiis. Mortui enim ad *tubam* deducebantur. *Perſ. Sat.* 3, 103. *Hinc tuba, candelae.* Poſſit etiam *tibicines* cum aliis legi, quos et ipſos in funeribus cecini ſſe, docet *Sen.* de morte *Claud. Et erat omnium formoſiſſimum* (*Claudii funus,*) *vt ſcires, deum efferri; cornicinum, tibicinum, omnisque generis aeneatorum tanta turba.*

§. 8. accepi] *C. Trag. excepit.*

tamen miſero] Hoc procul dubio latet in *C. Samb. Leid.* et *Trag. tam*, nam praecedit *etiamſi.*

non inuideo] *C. Trag.* et *al. non inuenio.* Alii, vt *Samb.* rectius *inuideo.*

roga] Ita *C. Trag. Leid.* et *Ed. pr.* nec male; indicat, a *Gitone* ſanitatem illi eſſe expetendam: quod quid ſibi velit, ipſa explicat. *C. Samb.* habet *rogo. Boſch.* proponit: *Gitona ne roga. Heinſ. Gitoni te nega*, vel *Gitonem abnega. Reisk.* ex ſua coniectura edidit: *Gitonem abroga.*

§. 9. cui minus] *C. Leid. Samb.* et *Ed. pr. cui non minus.* Sed *non* rectius abeſt a *C. Trag.* et *al.*

lum mihi, nec ſama mentitur. [Vale, ſi potes.]
(Encolp.) Vt intellexit Chryſis, me perlegiſſe to- 10
tum conuicium: (Chrysis) Solent, inquit, haec fieri,
et praecipue in hac ciuitate, in qua mulieres etiam
Lunam deducunt. Itaque huius quoque rei cura 11
agetur: reſcribe modo blandius Dominae, animumque
eius candida humanitate reſtitue. Verum enim fatendum
eſt: ex qua hora iniuriam accepit, apud ſe non
eſt. (Encolp.) Libenter quidem parui ancillae, 12
verbaque codicillis talia impoſui.

## CAP. CXXX.

*Sequuntur literae Polyaeni, quibus traditis ancillae, idem corpus curat, et ſine Gitone cubat.*

Polyaenos Circae salvtem.

Fateor, me, Domina, ſaepe peccaſſe; nam et homo ſum, et adhuc iuuenis. Nunquam tamen ante

[Vale, ſi potes] Etiam haec deſiderantur in *C. Samb. Trag. Ed. pr.* ſunt vero edita a *Burm. Nod.* et *al.*

§. 10. Vt] *C. Trag.* male *Et.*

perlegiſſe] *Delben.* mauult *peregiſſe.*

haec fieri] *Haec* cum *Nod.* praemiſi auctoritate *Cod. Britann.* qui habet *ſolet haec frater.* Sed hoc voc. abeſt a *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* in quibus legitur: *ſolent, inquit, fieri.* Hinc etiam omiſſum eſt a *Burm. Aurat.* malebat: *iſta fieri. Palmer.* in *ſpicileg.* propoſuit: *ſolent, inquit, haec, frater:* vel, *ſolent, inquit, haec et praecipue. Frater* receptum eſt in *Ed. Helenop.*

Lunam deducunt] i. e. magae ſunt. conf. c. 134. 12, 8. *C. Trag. deducunt luriam.*

§. 11. Itaque] *C. Memm. ita.*

agetur] *C. Trag. Memm.* et *Samb. agitur.* Sed *Ed. pr.* rectius *agetur.*

modo] Hoc abeſt a *C. Samb.* et *Ed. pr.* latet vero in *C. Trag. reſcribemus blandius.*

reſtitue] Ita *C. Trag.* et *Ed. pr.* Sed *C. Samb. reſtituemus.*

C. CXXX. Polyaenos — salvtem] Haec inſcriptio ita legitur in *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr. Olienos Circe* (vel *Circae*) *ſalutem;* ſed in *Colb.* deeſt. *Douſa* ad *Salluſt.* fragm. *l.* 4. p. 469. citat *Bollenius. Tornaeſ. Bolienos. C. Memm. Bollenus.* Igitur haec inſcriptio eſt genuina; atque impudentis fuiſſet, eam omittere. Nam *Plaut. Bacchid.* 4. 9, 83. dicit de tali epiſtola: *Inde a principio iam impudens epiſtola eſt.*

2 ante hunc diem vsque ad mortem deliqui. . . Habes,
inquam, confitentem reum. Quidquid iuſſeris, merui.
Proditionem feci, hominem occidi, templum violaui.
3 In haec facinora quaere ſupplicium. Siue occidere
placet: ferro meo venio; ſiue verberibus contenta es;
4 curro nudus ad Dominam. Id tantum memento,
non me, ſed inſtrumenta peccaſſe. Paratus miles
arma non habui. Quis haec turbauerit, neſcio.
5 Forſitan animus anteceſſit corporis moram; forſitan,
dum omnia concupiſco, voluptatem tempore con-
6 ſumſi. Non inuenio, quod feci. Paralyſin tamen
cauere iubes; tanquam maior fieri poſſit, quae abſtu-
lit mihi, per quod etiam te habere potui. Summa
tamen excuſationis meae haec eſt: Placebo tibi, ſi me
culpam

§. 1. ante hunc diem] *C. Memm.* et *al. vet.* teſte *Patiſſ. hanc.*

§. 2 Habes] Ita recte legitur in *C. Trag. Memm.* et *Leid.* Sed *Samb.* et *al.* teſte *Torn.* etiam *Ed. pr.* habent: *Habe.*

inquam] Deeſt in *C. Leid.* et *Colb.* in aliis additur.

hominem] Ita *C. Trag.* et *al.* At *Ed. pr.* et *al.* teſte *Tornaeſ. homines.*

§. 3. In haec facinora] *C. Leid.* et *Colb. mala facinora;* quod ſapit gloſſam.

§. 4. Id tantum] Ita *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr.* Verum *alii: illud vnum.* Sic etiam *Nod.* edidit.

Paratus] Ita *C. Samb. Trag.* et *Ed pr.* Idem latet in *Patiſſ. paratur*, et aliorum, quos *Patiſſon.* commemorat, lect. *paratas*. Senſus eſt: *paratus ad pugnam veneream, ſenſi, mihi arma deeſſe.* *Delben.* malebat *peritus.* *Samb. parata:* atque ſic legitur in *C. Leid.* ſatis probabiliter.

§. 5. animus — moram] i. e. forſan neglexi *Ouidii* praeceptum *A. A.* l. 2, 717.

anteceſſit] *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr. anteceſſerit;* nec male, niſi ſequeretur: *conſumſi.*

corporis] Alii, teſtante *Tornaeſ. operis.*

omnia] i. e. plenam voluptatem. Sed *C. Samb.* et *Ed. pr. dum omni c. v. tempore: conſumſi.* Senſus non eſſet incommodus. Sed *Trag.* habet: *omnia.* *Braſſican.* malebat: *dum omnino c.*

tempore conſumſi] i. e. maturius, quam par erat; eſt enim aduerbium, vt *Hor. Sat.* 1. 5. 47.

§. 6. tanquam] In *Cod. Leid.* et *al.* teſtante *Torn.* additur *iam.*

per] Deeſt in *C. Trag.* et *Leid.*

habere] i. e. frui; de hac enim conſuetudine hoc verbum dici, *Donat.* ad *Ter. Adelph.* 3, 3. 35. admonet. Sic etiam *Ter. Andr.* 1. 1, 58. *Quis heri habuit Chryſidem?*

culpam emendare permiſeris. Vale. Dimiſſa cum 7
eiusmodi pollicitatione Chryſide, curaui diligentius
noxioſiſſimum corpus, balneoque praeterito, modica
vnctione vſus, mox cibis validioribus paſtus, id eſt,
bulbis, cochlearumque ſine iure ceruicibus, hauſi par-
cius merum. Hinc ante ſomnum leuiſſima ambu- 8
latione compoſitus, ſine Gitone cubiculum intraui.
Tanta erat placandi cura, vt timerem, ne latus meum
frater conuelleret.

## CAP. CXXXI.

*Encolpius cum in eundem platanona deſcendiſſet, Proſelenos incantatione eius vires reuocat. Loci amoenitas verſibus deſcribitur, in quo Circe lecto aureo incumbit, cuius amplexibus Encolpius ſe immittit.*

Poſtero die, cum ſine offenſa corporis animique
conſurrexiſſem: in eundem platanona deſcendi, etiamſi
locum inauſpicatum timebam; coepique inter arbores
ducem itineris exſpectare Chryſidem. Nec diu ſpa- 2
tiatus,

permiſeris] Sic recte *C. Samb.* male in *C. Trag.* et *Ed. pr. dimiſeris.*

Vale] Deeſt in *C. Samb. Trag. Colb.* et *Ed. pr.* nam ſtatim poſt *permiſeris* ſequitur, c. 131, 8, 1. *Nobilis aeſtiuas* etc. Vix vero abeſſe poteſt.

§. 7. praeterito] i. e. omiſſo. Nam *Sen.* dicit *ep.* 68. *Hi, quorum pedes dolor repetit, aut vino aut balneo abſtinent.*

bulbis] Recte; nam *Plin.* l. 20. c. 9. de *bulbis* haec tradit: *Per ſe triti neruorum contractioni medentur*; ibid. *Venerem maxime Megarici ſtimulant.*

ceruicibus] A *Lipſio* proponitur *ſtruicibus.* Sed etiam *Athenaeus l.* 3. dicit, *ceruices* oſtreorum, *τραχήλυς πορφυρῶν*, maxime expeti. *Plin.* vero l. 30. c. 9. de cochleis tradit: *Cochleae latae potae tollere dicuntur pedum et articulorum dolores:* et *lib.* 32, 4. *Terreſtrium carnes ſuffuſionibus proprie, magicisque artibus refutandis ſalutares produntur.*

parcius] Cauſſam coniicere licet ex *Mart.* l. 1. *ep.* 107.

§. 8. conuelleret] Eodem conſilio, quo diſcipulus *Eumolpi* laſciuus *pungebat eum manu* c. 87, 9.

C. CXXXI. §. 1. in eundem] *Iungermann. inde in p. C. Leid.* et *Memm.* habent: *in idem platan.*

etiamſi] *C. Leid. etſi. Reisk.* edidit *etiam.*

inauſpicatum timebam] Nam, vt *Phaedr. l.* 1. *fab.* 18, 1. dicit: *Nemo libenter recolit, qui laeſit, locum.*

tiatus, conſederam, vbi heſterno die fueram, cum
3 illa interuenit, comitem aniculam trahens. Atque,
vt me conſalutauit; (Chrysis) Quid eſt, inquit, faſto-
4 ſe, ecquid bonam mentem habere coepiſti? (En-
colp.) *[Haec dicente, Anus]* Illa de ſinu licium pro-
tulit varii coloris, filis intortum, ceruicemque vinxit
meam. Mox turbatum ſputo puluerem medio ſuſtu-
lit digito, frontemque repugnantis ſignat.

Dum viuis, ſperare licet: tu ruſtice Cuſtos,
Huc ades, et neruis tente Priape, faue.

5 Hoc peracto carmine, ter me iuſſit exſpuere, terque
lapillos coniicere in ſinum, quos ipſa praecantatos
pur-

§. 2. aniculam trahens] *Tornaeſ. Proſeleon* inſerit: et in *C. Memm.* deeſt *aniculam.*

§. 3. faſtoſe] *Cuperus* l. 2. *Obſ.* c. 17. mallet: *faſcinoſe*, ſi latinum eſſet; praefert vero: *aſtroſe*; idem *Boſch.* et *Munker.* Sed *faſtoſus* dicitur eleganter, qui contemſiſſe videbatur mulierem formoſam. *Mart. l.* 10. *ep.* 13. *faſtoſam moecham* dicit.

bonam mentem] *Anonym.* malebat *bonam mentam*, i. e. *mentulam.*

§. 4. licium] Eius vſus ad magica celebratur multis poëtarum locis. v. c. *Ouid.* l. 1. *Amor. el.* 8, 7. *ſcit bene, — quid torto concita rhombo Licia*, et *Nemeſ. Ecl.* 4.

*Haec eadem nobis, quae verſicoloria fila,*
*Et mille ignotas Mycale circumtulit herbas.*

conf. etiam *Cirin* 371. De hac medendi ratione *Plin.* l. 28. c. 4. haec refert: *Inguinibus medentur aliqui, licium telae detractum alligantes nouenis ſeptenisque nodis, ad ſingulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguina alligantes licio.*

ſputo] Idem *Perſius Satyr.* 2, 32.

*Infami digito et luſtralibus ante ſaliuis*
*Expiat.*

medio] hic *Perſio infamis* dicitur.

ſignat] *C. Leid. ſignauit.* Poſt hoc vocabulum *Boſch.* inſerendos putauit verſus duos *ſeqq.* cuius auctoritatem ſecutus ſum, praeeunte *Burm.* *Nod.* vero, ſecutus *Hadr.* et *Bourdel.* eosdem §. 7. vocabulo *excitaui* poſtpoſuit. *Boſchii* opinionem adiuuare videntur verba *ſeqq. Hoc peracto carmine.*

Dum viuis] Hi verſus ex *Priapeiis* huc translati ſunt. Nam in *Edd. vett.* non reperiuntur, neque apud *Tornaeſ.*

§. 5. peracto] *Turneb. pacto.*

exſpuere] *Plin. l.* 28. c. 4. dicit: *torporem ſedari quocumque membro inſtupente, ſi quis in ſinum exſpuat, aut ſi ſuperior palpebra ſaliua tangatur.* Sed omnia, quae auerſabantur, deſpuebant. *Tibull.* l. 1. *El.* 2, 56.

*Ter cane, ter dictis deſpue carminibus.*

cf. *Cirin* l. c.

lapillos] De eorum vſu in magicis vario vid. *Philoſtr. de vita*

purpura inuoluerat, admotiſque manibus tentare coe-
pit inguinum vires. Dicto citius nerui paruerunt 6
imperio, manusque aniculae ingenti motu repleue-
runt. At illa, gaudio exſultans, (ANVS) Vides, 7
inquit, Chryſis mea, vides, quod aliis leporem excitaui? (ENCOLP.) [*His peractis, Anus me reſtituit Chryſidi, quae laetiſſima erat theſaurum recuperaſſe Dominae: feſtinans ergo me ad illam praecipitem duxit, et in receſſum admiſit amoeniſſimum, vbi, quidquid gratum oculis Natura prodit, videbatur.*]

Nobilis aeſtiuas platanus diffuderat vmbras, 8
Et baccis redimita Daphne, tremulaeque Cupreſſus,
Et

*vita Apoll. Tyan.* l. 7. c. 39. *p.* 318.

praecantatos] ad tollendam antipathiam, quam inter amorem et purpuram intercedere, docet *Caſſiodor.* l. 1. *ep.* 2. *Turneb.* malebat *praecantans.*

purpura] Quia, vt inquit *Plin.* l. 9. c. 36. *purpura diis aduocatur placandis;* eſt probabile, ea adhibita, anum *Priapum*, cuius ira iſte languor natus erat, placare voluiſſe.

§. 6. ingenti motu] *Gruterus ſuſpic. l.* 4. *c.* 12. malebat: *inquieti motu. C. Leid.* habet *metu. Gonſal.* edidit *tumore;* idem *Nod.*

§. 7. aliis leporem] Ita *Cod. Torn.* nec male, quia ad *Ouid.* 3. *de A. A.* 661. reſpexiſſe videtur:

*Credula ſi fueris, aliae tua gaudia carpent,*
*Et lepus hic aliis exagitatus erit.*

Alii *alis*, ex coniectura infeliciſſima. *Iungermann.* corrigebat: *quod ſaltu leporem excitaui. Brouckhuſ.* malebat: *vides? aliis leporem excitaui:* vel *vides? quem aliis leporem excitaui;* quod edidit *Nod.* Sed *quod* in oratione aniculae poteſt ferri; *Reisk.* edidit: *quod aquilis leporem excitaui,* atque in *Miſc. Lipſ.* demonſtrat, *genus aliquod aquilarum lepores venari.*

§. 8. v. 1. Nobilis] *Heinſ.* mauult: *mobilis*, i. e. vento agitata. Sed *Codd.* habent *Nobilis*, i. e. notiſſima et celeberrima inter arbores per luxum iſtius temporis.

v. 2. Et baccis] Hic eſt ſecundus verſus in *Cod. Trag. Samb.* et *Ed. pr.* neque ratio apparet, ob quam ei tertius in *Ed. Burm.* et *Nod.* ſit praemiſſus.

baccis] Ita *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* ſed *Leid.* habet *lauro,* quod ſapit gloſſam.

Daphne] Sic *C. Leid. Samb.* et *Ed. pr.* recte, nam *platanon* et *daphnon* deſcribitur. In *C. Trag.* exhibetur: *clamne. Braſſican.* metro conſulere volebat verbis ita transpoſitis: *Et baccis Daphne redimita altaeque cupreſſus.* Verum cum in carmine *graeco* ea vocalis anceps, quam ſequatur *muta* cum *liquida*, poſſit pro breui haberi, metrum non videtur

tur

Et circumtonſae trepidanti vertice pinus;
Has inter ludebat, aquis errantibus, amnis
Spumeus, et querulo verſabat rore lapillos.
Dignus amore locus, teſtis ſylueſtris Aëdon,
Atque vrbana Progne: quae circum gramina fuſae,
Et molles violas, cantu ſua rura colebant.

9 Premebat illa reſoluta marmoreis ceruicibus aureum torum, myrtoque florenti quietum verberabat. Itaque

tur laborare. Etiam in verſ. 7. ſyllaba prima voc. *Progne* corripitur.

v. 3. trepidanti] Alii, teſte *Patiſſ. crepitanti.*

v. 4. errantibus] Ita *Autiſ. Bitur. Trag. Samb. Ed. pr. C. Leid. Memm.* et alii, *Pith.* obſervante, *trepidantibus. Al. Patiſſ.* notante, *ludentibus.* Sed *errare* proprie dicitur de fluuiis, quae in gyros et anfractus deuoluuntur. *Hor.* l. 2. *Od.* 14, 18. commemoratur *Cocytus errans.*

*v.* 5. verſabat] *C. Trag. Samb. Ed. pr. vexabat. Al. verſabat.*

lapillos] Hoc pro *Codd. Samb. Colb. Trag.* et *Ed. pr. capillos* legendum eſſe, iam vidit *Samb.*

v. 6. ſylueſtris Aëdon] *Silueſtris*, quod melius conuenit cum praeceptis Grammaticis, quam *ſyluester*, quod habet *C. Trag. Samb.* et *al.* reperitur in *C. Leid.* et *Memm.* hinc illud reſtitui cum *Nod.* pro lect. *Burm. Syluester. Aëdon* vero legitur in *C. Samb.* et aliis, teſtante *Patiſſon.* atque haec proba lect. videtur: nam ἡ ἀηδὼν eſt *luſcinia.* At *C. Bitur.* habet *Yasdon. Colb. iasdon. Trag. hiasdon. Leid.* et *Memm. hirundo.* Sed etiam *Nemeſ. Ecl.* 2. dixit; *triſtis Aëdon.*

v. 7. vrbana Progne] Sic videtur dici, quia vrbem frequentat hirundo. Etiam *platanon* videtur in vrbe fuiſſe, quia aedibus ſolebant addi arbores. *Brouckhuſ.* malebat: *orbata Progne. C. Leid. Procne.*

fuſae] Ita, vel *fuſe C. Trag. Samb.* et *Ed. pr. Samb.* coniiciebat *fuſa;* atque ſic alii habent, teſtante *Patiſſ. Heinſ.* malebat: *quae circum gramine fuſa. Schultingius* ad *Sen. Suaſor.* 8. *p.* 48. proponit: *Quae circum gramine fuſo.* Sed aues illae *fuſae circa gramina et violas* eleganter dicuntur, quia temere et paſſim ibi vagantur. *Valer. Flacc.* l. 1. *Arg.* 252.

*Molli iuuenes funduntur in alga.*

*Cuperus* malebat: *qui circum germina fuſi.*

v. 8. Et molles violas] *Schulting.* proponit:

*Et molli viola, cantu ſua rura colebat.*

*C. Samb. Trag. Torn.* et *Ed. pr.* habent *Ac molles.*

ſua rura] *C. Bitur. Colb.* et *Autiſ.* vitioſe *ſuaſura. C. Memm. ſua iura.*

colebant] *Ed. pr. colebat.*

§. 9. Premebat] Vera haec eſt procul dubio lect. vid. c. 18, 1. *C. Trag.* et *Samb.* male legunt, *Tremebat: Ed. pr. Fremebat.*

ceruicibus] Ita *C. Trag. C. Samb.* et *Ed. pr.* male *ciuibus,* vnde *Samb.* effici volebat *crinibus.*

que, vt me vidit, paullulum erubuit, heſternae ſcilicet iniuriae memor: deinde vt, remotis omnibus, ſecundum inuitantem conſedi, ramum ſuper oculos meos poſuit, et, quaſi pariete interiecto, audacior facta: (Circe) Quid eſt, inquit, paralytice, ecquid hodie totus veniſti? (Encolp.) Rogas, inquam ego, 11
potius, quam tentas? totoque corpore in amplexum eius immiſſus non precantis, vſque ad ſatietatem oſculis fruor.

*bus.* Sed *Aurat.* iam vidit, *ceruicibus* in hoc voc. latere. *Lipſ. Antiqu. Lect. l.* 1. *c.* 8. proponit: *Premebat hilare ſoluta marmoreis clunibus aureum torum.*

torum] *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr. tortum.* Virgam myrteam forte manu tenebat fugandis muſcis. cf. *Mart.* l. 3. *Ep.* 82. 12.

myrtoque] Sic *C. Trag.* ſed *Memm. myrthaque.*

quietum] ſcil. torum. *Lipſ.* malebat *cubitum.*

§. 10. confedi] *C. Memm.* et *alii*, teſtante *Tornaeſ. reſedi. Bourdel. conſedit.*

meos] Ita *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr. C. Leid. Memm.* vetus *Cod Boſch.* et alii, teſte *Tornaeſ. ſuos:* quod fere praetulerim, quia ea verebatur adſpicere amantem, a quo iniuria affecta heri ſibi videbatur.

interiecto] Ita *C. Trag. Ed. pr. interitto*, vitioſe.

Quid eſt] *eſt* deeſt in quibusdam, teſte *Tornaeſ.*

totus] Ita *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* i. e. toto corpore, nullo membro debili, aut quaſi mortuo. c. 140, 13. dicit *Encolp. Eumolpo me totum approbaui. Samb.* malebat *lotus*, vti alios legere, teſtatur *Patiſſ.* alii *locus*, notante *Tornaeſ. Colb. toto pectore.* In aliis hoc voc. plane deeſt, monente *Pith. Scriuer.* volebat: *tentus.*

§. 11. non precantis] Ita *C. Samb. Trag. Ed. pr.* i. e. non rogatus, eam amplexus ſum, ſed vltro; vel, vt alii malunt, *non deprecantis:* quo ſenſu *precor* in *Plaut. Paenulo.* 5, 4, 45. videtur dici: *Ag. ſiquidem amicitia habenda eſt, cum hoc eſt habenda. Ad. Haud precor.* Et *precator* apud *Ter. Heaut.* 5, 2. 23. pro *deprecator. Samb.* coniiciebat *comprecantis*, quod edidit *Nod.* Lipſ. malebat: *non pernegantis. Gruter. Suſpic.* l. 5. c. 12. *non pugnantis. Brouckhuſ.* malit: *non negantis. Boſch. imprecantis. Burm. non deprecantis.*

fruor] Inde ab hoc voc. vſque ad c. 132, 7. *Quod ſolum* etc. eſt lacuna in *C. Trag.* et *Colb.*

CAP.

## CAP. CXXXII.

*Fruſtrata voluptate matrona, amantem languidum omni iniuria afficit. Eiicitur et Proſelenos, Chryſis vapulat, omnisque familia luget. Encolpius, languore ſimulato, verſibus et proſa oratione in eam partem, quae ipſi malorum cauſſa fuerat, iram effundit, quam excuſat, ſeueriores homines etiam carmine increpans.*

Ipſa corporis pulchritudine me ad ſe vocante trahebat ad Venerem. Iam pluribus oſculis colliſa labra crepitabant; iam implicitae manus omne genus amoris inuenerant; iam alligata mutuo ambitu corpora, animarum quoque mixturam fecerant. [*Sed inter haec gratiſſima primordia neruis adhuc ſubito deficientibus, ad ſummam voluptatem peruenire non potui.*]
2 Manifeſtis Matrona contumeliis verberata, tandem ad vltionem decurrit, vocatque cubicularios, et me iubet
3 catomidiare. Nec contenta mulier tam graui iniuria mea, conuocat omnes quaſillarias, familiaeque ſordi-

C. CXXXII. §. 1. Ipſa] Ad oram fragmenti huius in quibusdam *Edd.* adpingitur haec inſcriptio: *Encolpius de Endymione puero.* Sed agi de *Circe*, contextus docet.

trahebat] *Burm.* coniicit *trahebar.* Sed *Ipſa* videtur *nominatiuus.*

crepitabant] Hoc dicitur *poppyſma;* quod reſpicit *Tibull.* l. 1. *El.* 9. 57.

*Vt lenis agatur*
*Spiritus, vt ne dent oſcula rapta ſonum.*

quoque] deeſt in *C. Leid.*

§. 2. catomidiare] Ita edidi cum *Burm.* quia hoc in *catamolidiare*, quod pro vulgato *catarogare*, edito etiam a *Nod.* et *Hadr.* teſte *Salmaſ.* habent quidam libri, ineſſe videtur. Eſt vero *catomidiare*, vel, ſi quis malit, *catomadiari* idem, quod graecum κατωμιδιάζειν, ſeu κατὰ τὰς ὤμους τύπτειν. Idem voc. occurrit apud *Spartian.* in *Adrian.* c. 18. vbi *cotomidiari* optimos et antiquiſſimos libros habere, docet *Salmaſius. Gonſal.* hoc voc. ſcribit: *catomiſſari. Turneb.* malebat: *catamo ligare. Tornaeſ.* coniiciebat: κάτω *rogare. Al.* teſte *Pith. catorygare* a κατωρυγὴ. Al. *cataiogare; Wouw. catamidiare*, quod putat eſſe *ludi* a *graec.* καταμειδιᾷν. *Gulielm. Plaut. Quaeſt.* in *Moſtell.* c. 4. malebat *ſcato rigare. Schopp. Veriſim.* l. 2. c. 18. *catamo dare. Bourdel. ſaccato rigare* (i. e. vrina.) *Heinſ. catomis obiurgari. Reisk.* edidit: *catapygare*, hoc vel ſignificat *nates pulſare;* vel indicat adeo eum actum, a quo aliquis καταπύγων nominatur.

§. 3. quaſillarias] Hoc voc. habent quidam *Codd.* teſte *Tornaeſ.* idque ſignificare poteſt *lanificas*, quae in qualo, vel quaſillo

ſordidiſſimam partem, ac me conſpui iubet. Op- 4
pono ego manus oculis meis, nulliſque precibus effuſis, quia ſciebam, quid meruiſſem, verberibus, ſputiſque extra ianuam eiectus ſum. Eiicitur et Proſe- 5
lenos, Chryſis vapulat, totaque familia triſtis inter ſe muſſat, quaeritque, quis Dominae hilaritatem confuderit. Itaque penſatis vicibus animoſior, verberum 6
notas arte contexi, ne aut Eumolpus contumelia mea hilarior fieret, aut triſtior Giton. Quod ſolum igi- 7
tur, ſaluo pudore, poteram confingere, languorem ſimulaui, conditusque lectulo, totum ignem furoris in eam conuerti, quae mihi omnium malorum cauſa fuerat.

Ter

fillo ſua penſa reponebant. cf. *Hor.* l. 3. *Od.* 12, 4. *Turneb.* coniiciebat *quaeſitarias*, vti mendicas a *quaerendo* dictas putant. *Rittersh.* *quaeſtuarias.* Alii habent *quaſſitarias.*

conſpui] De hoc contumeliae genere vid. *Barth.* ad *Claud.* 4. *Conſ. Honor.* 404.

§. 4. nulliſque] *C. Memm.* et *Rogertinus*, *multisque.*

§. 5. Eiicitur et -- vapulat] Impotens domina, vt fit, bilem ſuam euomit in totam familiam.

confuderit] *Quinct. Declam.* 2. dicitur: *quietem confundere.*

§. 6. penſatis vicibus] Hanc lect. *Cod. Leid.* et *al.* probante *Gronov.* l. 4. *Obſ.* 13. *Burm.* recte reſtituit, quia *penſare vicem* poteſt ſignificare, *reddere alicui malum pro malo. vid. Plin.* 31, 8. Ergo ille animoſior erat, cum videret, a matrona et aniculae et ceteris, a quibus male tractatus erat, redditas eſſe iniurias promeritas. *Putſchius* proponit *vibicibus*, vel *viribus.* Prius in plures *Edd.* peruenit, etiam in *Ed. Hadr.* et *Burm. primam.* Sed *penſatis* non conuenit *vibicibus.* *Reisk.* edidit: *Denſatis vibicibus panthera maculoſior.* *Nod.* vero: *Ego vero curatis vibicibus animoſior.*

§. 7. pudore] *C. Memm. honore.*

poteram] *C. Bitur. poterat.*

confingere] Ita recte legitur in *C. Samb.* neque aliud quid latet in *C. Trag. Bitur. Colb. Leid.* lect. *contingere.*

ſimulaui] Hoc reſtitui ex *Cod. Samb.* et *Colb.* *C. Trag.* et *Ed. pr.* habent *putaui.* *Burm.* cum *Nod. Patiſſ.* et *al.* ediderunt *ſimulare coepi*, neſcio, qua auctoritate: forte, ſi haec non eſt mera coniectura, haec lect. nata eſt ex *ſimulare*, facili lapſu ex *ſimulaui* orto. *Lipſ.* malebat: *inſimulare coepi.*

lectulo] alii, teſte *Patiſſon.* *lecticulo.* Sic etiam *Trag.*

quae] *C. Samb. quaeae.* Sed *Trag. quae mihi omnium m.*

omnium] *Ed. pr. omniumue.* *Braſſic.* recte *ue* delebat. *Aurat.*

vel

8 Ter corripui terribilem manu bipennem,
Ter languidior coliculi tepente thyrſo,
Ferrum timui, quod trepido male dabat vſum.
Nec iam poteram, quod modo conficere libebat
Namque illa metu frigidior rigente bruma,
Confugerat in viſcera mille operta rugis.
Ita non potui ſupplicio caput aperire:
Sed furciferae mortifero timore luſus,
Ad verba, magis quae poterant nocere, fugi.

9 Erectus igitur in cubitum, hac fere oratione contumacem vexaui: Quid dicis, inquam, omnium hominum, Deorumque pudor? nam nec nominare quidem
10 te inter res ſerias, fas eſt. Hoc de merui, vt me in coelo poſitum ad inferos traheres? vt traduceres annos

*vel malorum* legendum putabat.

§. 8. v. 1. terribilem] Ita *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr. C. Memm. Leid.* et alii, notante *Patiſſ. terribili.* Sed perinde eſt, nam et bipennis, qua abſcindere volebat partem, cui iratus erat, et manus, quae eam gerebat, erat *terribilis.*

bipennem] *C. Trag.* vitioſe *pennem.*

v. 2. tepente] Ita *Burm. Nod.* cum aliis, ex *Richardi* coniectura, edidit pro *C. Trag. Samb. Leid. repente*, quia thyrſus coliculi *tepens* languet omnium maxime.

v. 3. timui] *Patiſſon.* teſte, alii *tremui.* Ita *C. Memm.*

male dabat vſum] Ita *C. Trag.* alii, notante *Patiſſ. dabat mali vſum. Samb. Leid.* et *Ed. pr. dabat male vſum.*

v. 5. illa] quae mihi omnium malorum cauſſa fuerat.

v. 6. mille operta] Ita *C. Trag. Samb. Ed. pr.* et *al.* teſte *Patiſſ. male operta*, vitioſe!

v. 7. Ita non] Sic *C. Samb.* et *Trag.* At *Ed. pr.* et alii libri teſte *Torn. iam non.*

ſupplicio] *Birur. ſupplicit.*

v. 8. furciferae] Ita recte *Cod. Samb.* et *Ed. pr.* nam hoc epitheton referendum eſt ad eam partem, cui iraſcitur. *C. Trag. furtifer.*

luſus] Ita recte *C. Samb.* At *C. Trag* et *al.* teſte *Torn.* et *Patiſſon.* etiam *Ed. pr. iuſis.*

§. 9. Erectus — in cubitum] De hoc ſedentium in lecto geſtu, plura notauit *Paſſeratius* ad *Propert. l.* 1. *eleg.* 3. p. 157.

nec] *C. Trag.* et *Samb. ne.*

fas eſt] Id, quod deteſtabantur, non nominabant: Hinc *non dicendus filius, Apuleii Metam.* 5. ſub finem.

§. 10. me in coelo poſitum] i. e. feliciſſimum. cf. *Hor. Od.* 1, 1, 6. *evehit ad deos.* et v. 36. *feriam vertice ſidera. Iuſtin.* l. 5. c. 4. *Cui paullo ante omnem humanam opem interdixerant, eum, ſi queant, in coelo poſuiſſe cupiunt:* et *Cic. Philipp.* 2. c. 42. *Col-*

nos primo florentes vigore, ſenectaeque vltimae mihi laſſitudinem imponeres? ROGO TE, MIHI APODIXIN defunctoriam REDDE. Haec vt iratus effudi,

Illa ſolo fixos oculos auerſa tenebat, 11
Nec magis incepto vultus ſermone mouetur,
Quam lentae ſalices, laſſoue papauera collo.

Nec minus ego, tam foeda obiurgatione finita, poeni- 12
tentiam agere ſermonis mei coepi, ſecretoque rubore
perfundi, quod, oblitus verecundiae meae, cum
ea parte corporis verba contulerim, quam ne ad
cogni-

*Collegam quidem de coelo detraxiſti.* C. *Memm.* habet *in coelum.*

traheres] Quae ſequuntur, deſunt in *C. Colb. Samb. Trag. Ed. pr.* vsque ad §. 11. *Illa ſolo* etc.

vltimae mihi] *Barth. l.* 57. *Aduerſ.* c. 8. legit: *iuueni.*

APODIXIN defunctoriam] In *gloſſ.* indicatur, ſic dici libellum, quo oſtendat aliquis, ſe defunctum eſſe, ſcil. militia, vt explicat *Wouwer.* atque hic ita dici *remiſſionem ſenilis aetatis*, quam interpretationem probat *Cuiacius.* Sed cum *apodixis* ſit *euidens probatio, Quinct.* 5, 10, 7. et *defunctorius* dicatur de eo, quod non facimus ex animo, ſed quia vel cogimur, vel debemus; *ſpecimen* ſeue recte intelligitur, vti demonſtrat *Gronov. Obſ.* 4, 13. Etiam c. 136, 5. *defunctorius ictus* dicitur *leuis, luſorius. C. Memm.* habet *defectoriam.*

§. 11. v. 1. Illa ſolo] Hic et ſequens verſus legitur *Virg. Aen.* 6, 469. et 470. de *Didone, Aeneae* allocutione non commota: ridicule ergo haec accommodantur ei parti, quam hic alloquitur.

auerſa] *C. Samb. Ed. pr.* et *alii, Petron.* teſte *Torn.* *diuerſa:* ſed in *Codd. Virg.* et hoc loco, et *Aen.* 1, 482. *auerſa* et *aduerſa* legitur, quod etiam hoc loco habet *C. Trag.*

v. 2. incepto] Ita *C. Trag.* et *Ed. pr.* vti apud *Virg.* exhibetur. *C. Samb. incerto:* ſed iam hic vir doctus coniiciebat *incepto.*

vultus] Ita *C. Trag.* et *Ed. pr.* Verum *Nod.* edidit *vultum*, quod etiam in loco *Virg.* legitur, etſi vel ibi in multis apud *Pier.* et *Heinſ.* *vultus* vel *vultu* reperiatur.

v. 3. Quam lentae] Hic verſus deeſt in *C. Colbert.* in reliquis legitur. In loco *Virg.*

*Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.*

Sed hic verſus cum non commode poſſet accommodari rei, de qua agitur; alium ſubſtituit *Petron.* compoſitum ex *Eclog.* 5, 16. *Lenta ſalix quantum*, et *Aen.* 9. 436. *laſſoue papauera collo.*

§. 12. Nec minus ego] quam partem facti ſui poenitere videbam.

agere] Eodem modo loquitur auctor *Dialog. de Oratoribus* c. 15. *Neque illius, inquit, ſermonis mei poenitentiam ago.*

cum] *Ed. pr. tum,* vitioſe.

E o

cognitionem quidem admittere ſeuerioris notae homi-
13 nes ſolent. Mox perfricata diutius fronte, Quid
autem ego, inquam, mali feci, ſi dolorem meum
naturali conuicio exoneraui? aut quid eſt, quod in
corpore humano ventri maledicere ſolemus, aut gu-
lae, capitique etiam, cum ſaepius dolet? quid? non et
Vlyxes cum corde litigat ſuo? Et quidem Tragici ocu-
14 los ſuos, tamquam audientes, caſtigant. Podagrici pe-
dibus ſuis maledicunt, chiragrici manibus, lippi ocu-
lis; et, qui offenderunt ſaepe digitos, quidquid dolo-
ris habent, in pedes deferunt.

15 Quid me ſpectatis, conſtricta fronte Catones,
Damnatiſque nouae ſimplicitatis opus?
Sermonis puri non triſtis gratia ridet,
Quodque facit populus, candida lingua refert;

Nam

cognitionem] Ita *Codd. Samb. Trag.* nec male. Senſus eſt: *quam aliis ne cognoſcendam quidem exhibemus*, vel *quam diligentiſſime occultamus. Rittershuſ.* malebat *cogitationem*, quod edidit *Nod.* atque mihi quoque paullulum arridet.

ſolent] *C. Memm. ſolerent*; rel. *ſolent.*

§. 13. perfricata] Alii *perfricta*, vt teſtatur *Torn. C. Memm.* et *Leid. confricta.*

autem] Sic *C. Trag.* et *Samb.* attamen deeſt in *C. Leid.* et *Memm.*

naturali] Hoc habet *C. Trag.* et *Samb.* Sed *C. Memm. Leid. Ed. pr.* et *al.* teſte *Torn. natali. Aurat.* mauult *tali.*

Non et V.] Ita *Samb. C. Trag.* et *Ed. pr. num vt V.* At *Leid. Memm.* et al. notante *Pith. non exul.* Al. referente *Torn. num exul.*

cum corde] *Odyſſ.* 20, 18. *ſqq.*

ſuo] Hic eſt lacuna in *C. Samb. Trag. Colb.* et *Ed. pr.* vsque ad §. 15. *Quid me* etc.

Et quidem] *C. Leid. quidam.*

tamquam audientes] *Bongarſio* videntur haec excidiſſe: *tamquam videntes, et aures, tamquam audientes.* Sed *Richard.* ſuſpicatur, *odientes* i. e. odio habentes, ſcriptum fuiſſe. Verum *audientes* eſt, *quaſi audire poſſent conuicia.*

§. 15. v. 1. conſtricta] i. e. adducta, ſeu contracta, et quaſi caperata. Ita *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr. Salmaſius* ad *Capitol. Maxim.* et *Balb.* c. 6. legit *cum ſtricta.* Sed etiam *Quinct. Inſt.* 12, 3. dixit: *Alii pigritiae arrogantioris, qui ſubito fronte conſtricta, immiſſaque barba, — paullum aliquid ſederunt in ſcholis philoſophorum.*

v. 2. nouae] *Richard.* malebat *bonae.* Sed opponitur *rigori* et *ſeueritati priſcae Catonum*, ſeculi iſtius *noua ſimplicitas.*

v. 3. puri] *Anonym.* proponebat *ſpurii*, ſed *purus* poteſt eſſe ſimplex, nudus, qui latinus alibi dicitur.

Nam quis concubitus, Veneris quis gaudia neſcit?
Quid vetat in tepido membra calere toro?
Ipſe pater veri doctus Epicurus in arte
Iuſſit, et hanc vitam dixit habere Deos.

Nihil

v. 5. concubitus,] Ita recte diſtinxit *Scaliger; Alii* male poſt *Veneris* interpungunt.

v. 6. Quid vetat] Hoc, auctoritate *Heinſ.* ad *Ouid. Heroid.* 10, 88. edidit *Burm.* quia ex multitudine exemplorum ibi allatorum apparet, vſitatius dici *Quid vetat* quam *Quis.* Poſſit tamen *Quis,* quod habent *Codd.* defendi, quia ſenſus eſt idem: atque etiam *Quis* edidit *Nod.* Recte vero, pro *petit C. Leid. Samb. Trag. Ed. pr.* vel aliorum *petat*, reſtitutum eſt *vetat:* quod ſenſus requirit, atque propter ſoni ſimilitudinem facile cum *petat,* vel *petit* potuit mutari. *Schopp.* malebat;

*Quis putat in calido membra tepere toro?*

calere] Ita *C. Samb.* hinc in *Trag. calore,* in *Ed. pr. colore* ortum. *Aurat.* malebat *iacere.*

v. 7. veri] Alii, teſte *Torn.* et *Patiſſon. vera,* ſcil. *in arte.* Verum *Samb. Trag. Ed. pr.* et *al.* rectius *veri. Richard.* ita interpungit:

*Ipſe pater veri, doctus Epicurus in arte.*

*Heinſ.* pro *veri* ſubſtituit *Veneri.* cf. nota ſeq. *Ramireſius* ad *Mart. l.* 1. *Ep.* 4. ſic hunc verſum commemorat:

*Ipſe pater veri, doctusque Epicurus in arte.*

doctus — in arte] *Codd.* omnes *doctus;* neque hoc eſt ſollicitandum, etſi metrum laborare videtur: nam non vere laborat, quia in caeſura breues ſyllabae poſſunt produci. Fruſta etiam *Brouckhuſ.* ad *Prop. l.* 3. *el.* 20, 26. demonſtrauit, *Epicurum* immerito dici *doctum;* etenim eius aſſeclae eum certe omnium doctiſſimum putarunt. *L. Torquatus* quidem apud *Cic. l.* 1. *de Fin.* c. 5. dicit: *Quem (Epicurum) ego arbitror vnum vidiſſe verum.* Et *Lucret. l.* 6.

*Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.*

*In arte* vero edidi cum *Burm. Nod.* et *al.* ex *C. Trag.* et *al.* monente *Patiſſ.* ſcil. *in arte veri,* in philoſophia, in qua rerum natura vera exponitur, *doctus* dicitur. In *C. Samb.* et *Ed. pr.* legitur in *arce.* Hinc *Barth.* ad *Claud. Conſul. Manl.* 6.

*Ipſe pater veri docta ſe Epicurus in arce.*

*Paſſerat.* ad *Prop. l.* 3. el. 20. p. 531. ita:

*Ipſe pater veri doctrinae Epicurus in arce.*

*Menagius* autem ad *Laërt.* l. 1. *ſegm.* 17. citat:

*Ipſe pater veri doctis Epicurus in hortis.*

*Heinſ.*

*Ipſe pater Veneri dictis Epicurus in hortis*
*Luſit.*

Sed non apparet, vnde *horti* venerint. *Burm.* ſi *hortis* retinendum ſit, malit:

*Ipſe pater veri Actaeis Epicurus in hortis.*

*Canterus nov. lect.* l. 3. c. 14. malebat: *doctos Epicurus amare. Schopp.* emendauit: *Epicurus inertem Iuſſit.*

v. 8. Iuſſit] Ita cum *Burm.* et *Nod.* edidi, auctoritate *Cod. Trag. Samb.* et *al.* obſeruante *Patiſſ.* Alii ediderunt *Luſit;* quod etiam *Burm.* et *Heinſ.* placet.

deos] Ita *C. Trag. Samb. al.*

 notan-

16 Nihil eſt hominum inepta perſuaſione falſius, nec ficta ſeueritate ineptius.

## C A P. CXXXIII.

*Giton iurat, ſibi ab Aſcylto vim nullam factam. Encolpius numina deprecatur verſu. Anus vero eum e delubro ducit.*

Hac declamatione finita, Gitona voco, et, Narra mihi, inquam, frater, ſed tua fide: ea nocte, qua te mihi Aſcyltos ſubduxit, vsque in iniuriam vigilauit,
2 an contentus fuit vidua pudicaque nocte? Tetigit puer oculos ſuos, conceptisque iurauit verbis, ſibi ab Aſcylto nullam vim factam. *[His certe obrutus, non mei compos eram, nec quae dicebam, probe noram. Quid enim, aiebam, praeterita, iterum nocitura, in memoriam*

notante *Patiſſ.* et *Ed. pr. Richard.* propoſuit:

*Luſit, et hoc vitam dixit habere telos;*

atque, ſic quosdam legere, teſtantur *Torn.* et *Patiſſ. Barth.* in *Cir. Virg. n.* 15. ita interpunxit: *Epicurus, in arce Iuſſit. Stewech.* ad *Apul.* proponit: *dixit auere deos. Palmer.* in *Spicileg.*

*Iuſſit, et hoc vitam duxit habere telos.*

Ceterum hos verſus ſtatim excipiunt haec: *Hac declam.* c. 133, §. 1. in *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.*

C. CXXXIII. §. 1. ſed tua fide] vt c. 128, 3. *dic Chryſis, ſed verum. Aur.* malebat *bona fide; Douſa: tuta fide;* ſed etiam *Sen. Herc. Fur.* 1177. dixit: *At tu ede, Theſeu, ſed tua, Theſeu, fide. Torn.* reperiebat: *ſi tua fide. C. Trag. ſed tam ſi de*, et *Ed. pr. ſed eam ſi de*, in quo latet *ſed tua fide.*

ea nocte] Alii, teſte *Patiſſ. ſi ea nocte. Braſſican.* ita corrigebat: *frater de ea nocte q. t. m. A. ſ. ſi vsque ad i. v.*

vsque in iniuriam] Ita edidi cum *Burm.* et *Nod.* hinc natum facili lapſu in *C. Trag.* et *Ed. pr. vsque iniuriam. Aurat.* malebat *vsque ad iniuriam.*

vidua] *Ouid. Heroid.* 19, 69.

*Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?*

*Bourdel.* teſtatur, *C. Mſſ.* quosdam habere *vacua.*

§. 2. Tetigit — oculos] Haec deſunt in *C. Colb.* Oculos tetigit, per eos iuraturus. *Ouid. l.* 3. *Amor. El.* 3, 13.

*Perque ſuos illam nuper iuraſſe recordor,*
*Perque meos oculos.*

conceptisque] *Nod.* cum *Patiſſon. conceptiſſimisque.* Sed *C. Samb. Trag. conceptisque.*

factam] Hic *Douſae F.* inſerendi videntur verſus, qui leguntur in *Fragm.* 32. *Naufragus eiecta.*

*am reuocare? Denique, ut neruos reciperem, nihil non ſum molitus. Volui et etiam me Diis vouere: Priapum igitur exoraturus egredior, et]* Vt vt res haberet, ſpem vultu ſimulaui, poſitoque in limine genu, ſic deprecatus ſum Numina verſu:

Nympharum, Bacchique comes, quem pulchra Dione 3
Diuitibus ſyluis numen dedit, inclita paret
Cui Lesbos, viridisque Thaſos, quem Lydus adorat
Veſtifluus, templumque tuis imponit Hypaepis.

Huc

Vt vt — ſimulaui] Haec abſunt ab *Edd. vett.* et *Codd. Samb. Trag.* et *al.* addita forte lacunae explendae cauſſa ab aliquo Editore.

poſitoque] Ita *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* alii *ſitoque*, vti etiam *Boſch.* edidit.

in limine] forte templi, vel ſacelli *Priapi.*

ſic deprecatus ſum] In *C. Trag. Ed. pr.* legitur: *ſic deprecatur ſua:* quae lect. ſi vera eſſet, hic ageretur de *Gitone.* Sed §. 4. *Encolpius* dicit: *Dum haec ago;* hinc recte editum eſt *deprecatus ſum.* Facili autem lapſu *deprecatur* ex *deprecatus*, et *ſua* ex *ſum*, potuit naſci.

numina] *Ed. pr. victima.* Sed *C. Samb.* et *Trag. numina. Samb.* coniiciebat *ſuauiſſimo; Aur. ſua crimina.*

§. 3. v. 1. comes] i. e. *Priape.* Hinc *Braſſican.* male legebat *quam* pro *quem.* Ceterum *Sileni* et *Bacchi* comitem *Priapum* facit *Euſtathius;* cauſſam *Suidas* hanc eſſe dicit: quia *Bacchicum* potum ſequitur res venerea.

Dione] *Venus*, cuius filius ille erat. *Nod.* vero edidit *Diane.*

v. 3. Lesbos] Hoc latere in *Ed. pr. Leſos*, iam vidit *Aurat. C. Trag.* habet *Lescos.*

Lydus] *Aurat.* coniicit *Nilus*, propter ſequens epitheton.

v. 4. Veſtifluus] Ita edidi cum *Burm.* et *Nod.* pro *Codd.* plerorumque *Septifluus*, quia aeque eleganter ſic dicitur *Lydus*, ac *Ser* ab *Auſon. Technop.* c. *de hiſt.* v. 25. nam veſtes *Lydorum* erant *fluxae*, vt ex *Herodot.* notum eſt. *Autiſiod.* habet *ſemperfluuius. Reisk.* edidit *Sertifluus.*

tuis] *Nod. ſuis.*

Hypaepis] Haec erat Vrbs *Lydiae*, *Veneri* et *Priapo* ſacra. vid. *Ouid. Met.* 6, 13. *C. Trag. hipeblis. Ed. pr. hipeblis. Aurat.* coniiciebat: *templisque tuis imponis honores. Iungermann. ſuis imponis Hypaepis. Anonym. peplumque. Burm.* mauult *piis imponit Hypaepis.* Sed nihil mutandum: *quem Lydus adorat et imponit*, i. e. aedificat, (nam vt *ponere* ſaepe pro *aedificare* dicitur in carmine, ita *imponere* pro *aedificare in loco excelſo.* cf. c. 116, 1. *oppidum impoſitum arce.*) *Hypaepis tuis*, i. e. tibi ſacris, *templum.*

Huc ades, o Bacchi tutor, Dryadumque voluptas,
Et timidas admitte preces: non ſanguine triſti
Perfuſus venio; non templis impius hoſtis
Admoui dextram, ſed inops, et rebus egenus
Attritis, facinus non toto corpore feci.
Quisquis peccat inops, minor eſt reus. Hac prece quaeſo,
Exonera mentem, culpaeque ignoſce minori.
Et, quandoque mihi Fortunae arriſerit hora,
Non ſine honore tuum patiar decus: ibit ad aras,
Sancte, tuas hircus, pecoris pater, ibit ad aras
Corniger, et querulae foetus ſuis, hoſtia lactens;
Spumabit pateris hornus liquor: et ter ouantem
Circa delubrum greſſum feret ebria pubes.

Dum

v. 5. o Bacchi] *C. Samb. Colb. Trag. et Bacchi.*

v. 6. Et timidas] *C. Samb. Trag. et al.* teſte *Patiſſon. Sed timidas. Colb. tumidas.*

v. 8. dextram] tanquam ſacrilegus.

v. 9. egenus Attritis] Ita *Ed. pr. C. Trag. egenus Attrictus. Samb.* et *Leid. egenis Attritus.* Sed *egenus erat rebus attritis: res attrita* autem hic dicitur tropice pro *impotentia:* c. 116, 3. proprie dicitur: *poſt attritas bellis frequentibus opes.*

v. 12. Et quandoque] Ita *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* i. e. *quandocunque. C. Colb.* habet: *Et qu mihi. Braſſic.* legi vult ex *Cod. vet. Et cum laeta.*

hora] *Pith. aura*, quod poſſit *fauorem* ſignificare.

v. 13. honore] i. e. munere, vel ſacrificio, vt *Tibull.* ad *Bacchum* l. 1. *El.* 8. v. 53. *ruris honores.*

v. 14. Sancte, tuas] Hic verſus excidit ex *C. Samb. Trag. Torn. Leid. Colb.* et *Ed. pr.* propter ſimilem huius et ſuperioris exitum: exhibetur autem in *Autiſiodor. Sanctus* vero etiam *Bacchus* dicitur; idem *Apul.* l. 8. *Metam. Sanctus Sabazius* appellatur.

pecoris] *C. Autiſ. decoris.*

pater — Corniger] i. e. aries.

v. 15. foetus ſuis] Ita legendum eſſe, iam vidit *Samb.* at *Ed. pr.* et *Autiſ. feſtus ſuis. C. Trag. feſtus Tuis h. lactaris;* rel. rectius *lactens.*

v. 16. Spumabit] Vini libationem indicat, in qua ſaepe vtebantur nouo vino. vid. *Hor.* 1, 31, 2.

v. 17. Circa delubrum] ſaltans quippe circum aram, vt *Virg. Aen.* 8, 285. *Salii.*

Dum haec ago, ſolertique cura depoſito meo caueo; 4
intrauit delubrum anus laceratis crinibus, atraque veſte deformis; extraque veſtibulum me, iniecta manu, duxit cuncta timentem:

## CAP. CXXXIV.

*Vituperatum, et in cellam Sacerdotis perductum, impulit ſuper lectum, eoque arundine percuſſo, et vtroque lachrymante, Oenothea ſacerdos ingreſſa, morbum ſe emendaturam, promittit, atque vim artis magicae carmine deſcribit.*

(Anvs) Quae ſtriges, [*inquit*,] comederunt nervos tuos? aut quod purgamentem nocte calcaſti in tri-
vio, aut cadauer? Nec a puero quidem te vindica- 2
ſti: ſed mollis, debilis, laſſus, tanquam caballus in clivo, et operam, et ſudorem perdidiſti; nec contentus ipſe peccare, mihi Deos iratos excitaſti, ac poenas
mihi nullas dabis? (Encolp.) Ac me iterum in 3
cellam Sacerdotis nihil recuſantem perduxit, impulitque ſuper lectum, et arundinem ab oſtio rapuit: ite-
rumque nihil reſpondentem mulcauit. Ac, niſi primo 4
ictu

§. 4. Dum] *C. Torn. Leid. Trag.* et *Ed. pr. Cum.*

ſolerti cura] Sic *C. Trag.* et *al. C. Leid.* et *Memm. curaque ſolerti.*

atraque] al. *nigraque:* erat hic color etiam *Graecis lugubris.*

duxit] Hoc voc. in *C Trag. Colb. Samb. Ed. pr.* excipiunt haec: *Ac me iterum* etc. §. 3. c. ſq.

cuncta timentem] Haec abſunt ab omnibus *Edd.* priſcis. *Nod.* cum *Hadr.* edidit *cuncta trementem.*

C. CXXXIV. §. 1. ſtriges] *Bourdel.* dicit, in *Mſ.* legi *triglae.*

triuio] Vet. *in truno.*

cadauer] Etiam hoc ominoſum putabatur. Hinc *Gell.* l. 10. c. 15. inter flaminis *Dialis* ceremonias etiam hoc commemorat: *mortuum nunquam attingit.*

§. 2. in cliuo] *Ouid. Rem. Am.* 394.

*Principio cliui veſter anhelat equus.*

excitaſti] *C. Leid. extricaſti.*

ac poenas — dabis] Haec in recentioribus demum *Edd.* ſunt addita.

§. 3. ſuper lectum] *Torn. ſupra.* Idem *C. Samb.* et *Ed. pr.*

ab oſtio rapuit] *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr. rapuit oſtio. Braſſican.* mauult *de oſtio rapuit. Aurat.* proponit *rapit ocyus.*

iterumque nihil] *C. Leid.* et *Memm. nihilque*, omiſſo *iterum.*

§. 4. primo ictu] *Ictu* abeſt a *C. Trag. Samb. Ed. pr.* in quibus

ictu arundo quaſſata impetum verberantis minuiſ-
ſet, forſitan etiam brachia mea caputque fregiſſet.
5 Ingemui ego, vtique propter maſturbatorem, lacry-
misque vbertim manantibus, obſcuratum dextra caput
6 ſuper puluinar inclinaui. Nec minus illa, fletu
confuſa, altera parte lectuli ſedit, aetatisque longae
moram tremulis vocibus coepit accuſare, donec inter-
7 venit Sacerdos, et, (OENOTHEA) Quid vos, in-
quit, in cellam meam, tanquam ante recens buſtum,
veniſtis? vtique die feriarum, quo etiam lugentes ri-
dent.

bus legitur: *ac niſi primo quaſſata arundo*. *Acidalius* vero ad *Vellej. Paterc.* l. 1. c. 8. p. 178. illud addidit; nec temere.

impetum verberantis] Ita *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* Sed *Acidalius*: *verberantis impetu*. Hinc *Burm.*. et *Nod. verberantis impetum.*

minuiſſet] *Reisk.* mauult *inhibuiſſet*. cf. *Ed. Burm. ſec.* p. 147. *b.*

forſitan etiam] *C. Leid. forſan*, neglecto *etiam*.

§. 5. Ingemui ego] *Gonſal.* inſerit: *nec ingemui ego*.

maſturbatorem] Hoc reſtitui ex *C. Samb.* et aliis, teſtante *Patiſſon.* pro *Ed. pr.* etiam *Burm.* et *Nod. mascarpionem*, vel *C. Trag. marscarpionem*; quia puto, ſic dici *Gitona*, qui nefanda iſta actione eius vires ita fregerat, vt iam non ſatisfacere poſſet matronae. Verbum vero *maſturbare* etiam occurrit apud *Mart. l.* 11. *ep.* 105, 13. *Maſcarpio* autem eſt vocabulum inuſitatum, quod ex *mas* et *carpo* compoſitum, poſſit forte *euiratorem* ſignificare: ſed non apparet, quis hic inſigniatur hoc nomine? Alii, notante *Patiſſ.* habent *maſturratorem*, alii *maſturbionem*. *Iungermannus* proponit *maſtuprationem*. *Heinſ.* malebat *marſupionem* pro *marſupium*.

obſcuratum] *Braſſic. obuelatum*. Sed haec eſt gloſſa. Nam etiam *Hor. l.* 2. *Sat.* 7. 55. dicit: *caput obſcurante lacerna*, pro *obuoluente*. cf. c. 105, 2. *adumbratae*.

ſuper puluinar] Sic *C. Samb. Trag. Ed. pr.* Alii, quos ſecutus eſt *Nod. puluinum*. Deeſt vero *ſuper* in *C. Memm.*

§. 6. moram] Ita *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *al.* At *Bitur. nomen*. *Liv. l.* 2. *c.* 40. *Veturia*, mater *Coriolani*, ſimili ratiore queritur: *In hoc me longa vita et infelix ſenecta traxit.*

donec] deeſt in *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.*

§. 7. et, Quid] *et* deeſt in *C. Colb. Trag. Samb.* et *Ed. pr.* poſſit etiam deleri, vt celeritas exprimatur copula neglecta.

tanquam ante recens buſtum] i. e. flentes tamquam ante rogum.

vtique — rident] Haec deſunt in *C. Trag. Samb. Leid. Colb. Ed. pr.* et *al.* teſte *Patiſſ.* Ceterum fletum ab diebus feſtis alienum iudicatum eſſe, ex *Val. Max. l.* 1. *c.* 1. intelligitur: *Poſt Cannenſem cladem* (*Senatus*) *decrevit*

dent. (Anvs) O, inquit, o Oenothea! hunc 8
Adoleſcentem, quem vides, malo aſtro natus eſt: nam neque puero, neque puellae, bona ſua vendere poteſt. Numquam tu hominem tam infelicem vidiſti. Lorum 9
in aqua, non inguina habet. Ad ſummam, qualem putas eſſe, qui de Circes toro ſine voluptate ſurrexit? (Encolp.) His auditis, Oenothea inter vtrumque 10
conſedit, motoque diutius capite: (Oenothea) Iſtum, inquit, morbum ſola ſum, quae emendare ſcio. Et, ne putetis, perplexe agere, rogo vt 11
ado-

*vit, ne matronae vltra trigeſimum diem luctus ſuos extenderent, vti ab his ſacra Cereris peragi poſſent.*

§. 8. Oenothea] Hoc reſtitui ex *C. Leid.* putoque, hoc nomen, ex οἶνον et θεὸς ridiculi cauſſa compoſitum, indicare ſacerdotem vel vatem, vini amantem, vel vino inſpiratam. *Reisk.* ex *C. Samb.* et *Trag.* edidit *Genothea*, in *Ed. pr.* reperitur *Genothra*. *Burm.* et *Nod.* cum *Hadr.* ediderunt *Enothea*. Sed *Bourdel.* maluit *enthea*, quod indicaret mulierem, diuino numine afflatam. Hoc arridet etiam mihi, ſed in nominibus ſolis coniecturis nihil tribuendum puto.

hunc — natus eſt] Hanc conſtructionem *graecam*, a *Latinis* etiam vſurpatam, illuſtrauit *Manutius* ad *Cic. l.* 4. *ad Famil. ep.* 1. *Gronov.* ad *Sen. Herc. Oet.* 410. et alii. Temere ergo *Nod.* edidit: *quem adoleſcentem vides.*

malo aſtro] *Ouid.* in *Ibi.* 209.

*Natus es infelix, (ita Di voluere) nec vlla*
*Commoda naſcenti ſtella leuisue fuit.*
*Non Venus adfulſit, non vlla Iuppiter hora:*

quorum ſidera benigna ſunt naſcentibus. *Scheff.* et *Freinshem.* ad *Phaedr.* 3. 20. legunt: *malo fato*, decepti a *Lipſio*.

neque puero, neque puellae] Ita ſcribendum eſſe, iam vidit *Braſſican.* *C. Trag.* habet: *namque neque puero, puellae.* *C. Samb.* et *Ed. pr.* idem, niſi quod *puella* exhibent. At *C. Colb.* *neque puella.* *Aurat.* proponebat: *puero puellaeue.*

bona ſua] *Tibull.* l. 1. *El.* 7. 39.

*Quid tenera tibi coniuge opus? tua ſi bona neſcis.*

§. 9. Numquam — habet] Haec deſiderantur in *C. Leid.*

Lorum] Idem *Mart. l.* 7. *ep.* 58.

*madidoque ſimillima loro*
*Inguina;*

et *l.* 10. *ep.* 55.

*Loro cum ſimilis iacet remiſſus.*

putas] *C. Colb.* *putes;* rel. *putas.*

ſurrexit] *Tornaeſ.* *ſurrexerat.* Statim poſt hoc voc. in *C. Trag. Samb. Colb.* et *Ed. pr.* ſequuntur verſus: *Quicquid in orbe vides* §. 12.

§. 10. diutius] alii, teſte Torn. *diu.*

adoleſcentulus mecum nocte dormiat, niſi illud tam rigidum reddidero, quam cornu.

12 Quidquid in orbe vides, paret mihi. Florida tellus,
Cum volo, ſiccatis areſcit languida ſuccis,
Cum volo, fundit opes ſcopulis; atque horrida ſaxa
Niliacas iaculantur aquas: Mihi pontus inertes
Submittit fluctus: Zephyrique tacentia ponunt
Ante meos ſua flabra pedes. Mihi flumina parent;
Hircanaeque Tygres, et iuſſi ſtare Dracones.

Quid

§. 11. adoleſcentulus] *C. Leid.* addit *tuus.*

illud] *C. Leid.* et *al.* monente *Patiſſ. niſi illum.*

cornu] *C. Leid. cornum. Al.* teſte *Pith. coruum. Al.* obſervante *Patiſſ. corium.*

§. 12. v. 1. Quidquid] Prorſus his ſimilia *Eleg.* 2. *l.* 1. *Tibull.*

v. 2. ſiccatis] Ita edidi cum *Reisk.* auctoritate *Cod. Torn. Leid. Memm.* et aliorum, teſtante *Patiſſon.* Sed *Burm.* ediderat cum *Nod.* ex *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr. ſpiſſatis.*

ſuccis] Sic *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* Al. *ſulcis.*

v. 3. opes] Ita cum *Burm. Nod. Hadr.* et *al.* edidi ex *C. Trag.* et aliis, teſtante *Tornaeſ.* Sed *C. Samb. Delrii* et *al.* monente *Patiſſ.* etiam *Ed. pr.* habent *aquas.* Verum *aquas* ſequitur, et *opes* ſunt fructus largi, qui eleganter dicuntur *fundi*, et quaſi partu edi. Nam et *Cic.* de *Natur. l.* 2. *c.* 32. dixit: *grauidata ſeminibus, omnia parit, et fundit ex ſe.*

ſcopulis] Ita *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr.* quod poteſt ferri, quia *tellus* poteſt dici *ſcopulis*, vel *e ſcopulis* fundere opes. At *Samb.* coniiciebat *ſcopulus:* idque alios libros habere, teſtatur *Patiſſ.* quod concinnius videtur: nec eſt improbabile, qnia in caeſura *us* pro ſyllaba longa poteſt haberi. *Nod.* cum *Hadr.* edidit: *ſcopulique atque horrida ſ.* Sed *Burm.* proponit:

*fundit opes populis; atque horrida ſaxa.*

atque horrida] Ita ex *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* cum *Burm.* et *Nod.* edidi. At *Lambinus* et *Delrius* ex ſuis *Codd.* exhibent: *atque arida*, quod mihi quoque arridet. *Reisk.* edidit *et torrida.*

v. 4. Niliacas] Ita *Burm.* et *Nod.* ex quibusdam libris, a *Tornaeſ.* commemoratis, ediderunt. Sed *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* habent *Niliades. Delrius: Niligenas*, in quo *Burm.* coniicit latere *nubigenas. Heinſ.* in *marg.* notauerat: *elicitas.* Sed *Niliacae* aquae poëtice dicuntur *copioſae*, quae totam terram rigant.

iaculantur] *C. Trag. iaculatur.* Hinc poſſis coniicere: *atque horrida ſaxo (tellus) Niliacas iaculatur aquas:* certe leui hac mutatione concinnitas valde adiuuaretur.

Mihi] *Ed. pr.* male addit *ſua.*

v. 7. et — Dracones] Ita *Burm.*

et

Quid leuiora loquor? Lunae deſcendit imago,
Carminibus deducta meis: trepidusque furentes
Flectere Phoebus equos reuoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent. Taurorum flamma quieſcit,
Virgineis extincta ſacris; Phoebeïa Circe
Carminibus magicis ſocios mutauit Ulyxis:
Proteus eſſe ſolet, quidquid libet. His ego callens,
Artibus Idaeos frutices in gurgite ſiſtam,
Et rurſus fluuios in ſummo vertice ponam.

## CAP. CXXXV.

*Sacerdos remedia ſua praeparat. Encolpius caſam humilem verſibus depingit.*

(Encolp.) Inhorrui ego, tam fabuloſa pollicitatione conterritus, anumque inſpicere diligentius coepi.

et *Nod.* ex *C. Trag.* ediderunt. *C. Samb.* et *Ed. pr.* exhibent: *iuſſi et ſeruire dracones. Dracones* etiam habent *Bitur.* et *Autiſiod. C. Leid.* et *al.* notante *Pith.* habent: *et iuſſi ſtare leones.* Dicuntur vero ſagae carminibus ſiſtere ſerpentum ingreſſum. cf. *Tibull. l.* 1. *El.* 3.

*Cantus et iratae detinet anguis iter.*

v. 9. deducta] quod fieri putabant, ea deficiente; cui ſuccurrebant aere pulſando, vt ex *Sen. Hippol.* 788. apparet: *Tractam Theſſalicis carminibus rati, Tinnitus dedimus.*

furentes] *C. Delrii*, *furentis.*

v. 10. cogitur] cf. not. ad c. 127, 6.

v. 11. Taurorum--quieſcit] *Delr.* legi volebat: *taurorum vt flamma quieſcat.* Reſpicitur ad *Medeam*, quae taurorum in *Colcho* flammam repreſſit.

v. 12. Phoebeïa] *Delr.* malebat *Phoebaeaque*, atque in *C. Memm.* et *Leid.* ſcribitur *Phoebeaque:* ſed etiam *Valer. Flaccus l.* 1. *Argon.* 228. dixit: *Phoebeïus Idmon.*

v. 13. mutauit] Conf. *Odyſſ.* 10, 238. *Virg. Eclog.* 8. 70.

*Carminibus Circe ſocios mutavit Vlyſſis.*

Vlyxis] Al. *Vlyſſi.*

v. 14. callens Artibus] Eadem conſtructione vtitur *Liv.* 35. 26. *Eo plus in ea, quorum vſu callebat, ſpei nactus.* vid. et *Valer. Max.* 8, 12. 1.

v. 15. Idaeos] Ita *C. Leid. Trag. Samb.* At vetus exemplar *Patiſſ.* et *Edd. vett. Idaeo*, male. Alii teſte *Patiſſ. Idaeos latices. Barth.* ad *Claudian.* l. 1. in *Rufin.* 158. *Aegeo frutices in gurgite ſiſtam. Heinſ.* volebat *Edono.*

in] deeſt in *C. Colb.*

C. CXXXV. §. 1. ego] *C. Samb. ergo.* Sed *Samb.* coniiciebat *ego*, atque ita *C. Trag.*

tam fabuloſa pollicitatione] Ita *Burm.* et *Nod.* ediderunt cum *Patiſſ.*

2 coepi. (Anvs) Ergo, exclamat, o Oenothea!
imperio para te: (Encolp.) deterſisque curioſe mani-
bus, inclinauit ſe in lectulum, ac me ſemel iterum-
3 que baſiauit. Oenothea menſam veterem poſuit in
medio altari, quam viuis impleuit carbonibus, et ca-
mellam etiam, vetuſtate ruptam, pice temperata refecit.
4 Tum clauum, qui detrahentem ſecutus cum camella
lignea fuerat, fumoſo parieti reddidit: mox incincta
quadrato pallio, cucumam ingentem foco appoſuit,
ſimulque pannum de carnario detulit furca, in quo
faba erat ad vſum repoſita, et ſincipitis vetuſtiſſima
5 particula mille plagis dolata. Vt ſoluit ergo licio
pannum, partem leguminis ſuper menſam effudit,
iuſſit-

*Patiſſ.* At *Cod. Trag. Samb. Ed. pr.* habent *fabulatione,* quod poſſit defendi, quia hoc voc. etſi demum a *Marc. Capella* 6. p. 189. vſurpatur, poſſit tamen *Petronio* condonari, quia hic auctor ſingula eiusmodi verba immiſcuit. Ceterum ſi *fabuloſa pollicitatione* habet *Codex Mſ.* praeferenda eſt haec lect. longe quippe elegantior.

coepi] *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr. incepi.*

§. 2. para te] Ita *C. Samb.* et *Ed. pr. Braſſic.* malebat *parete;* atque ſic *C. Colb.* At *C. Trag. parcite.* Quae iam ſequuntur vsque ad §. 5. *Vt ſoluit ergo* etc. ea in *C. Trag. Colb.* et *Ed. pr.* ita leguntur: *Mox incincta quadrato pallio, cucumam (C. Trag. cacuma) ingentem foco appoſuit, deterſisque curioſe manibus, inclinauit ſe in lectum, ac me ſemel iterumque baſiauit, ſimulque pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad vſum repoſita. Vt ſoluit ergo* etc.

deterſisque] Neſas erat, rem ſacram auſpicari absque manuum ablutione. conf. *Heſiod.* Ἐϱγ. κ. Ἡμέϱ. 722.

lectulum] al. *lectum.*

§. 3. menſam] quae nimirum eodem die, quo ara dedicata, poterat vices altaris ſuſtinere. vid. *Pontan.* ad *Macrob. Saturn. l.* 3. *c.* 12. p. 410.

viuis] Hinc *biuis,* in *al. binis* eſt ortum. Ita *Hor. l.* 3. *Od.* 21, 23. dixit: *viuas lucernas* pro *accenſis.*

§. 4. pannum] *Al.* notante *Patiſſ. panarium.*

vſum] *Delben.* coniicit *ad eſum.* Sed *vti* pro *edere* ponitur, *Suet. Domit.* 16. et *vſus* pro *victu, Ouid. Faſtor.* 3. 666. *Humanis vſibus apta Ceres.*

ſincipitis] porcini ſcil. coniiciente *Wouw.* de quo vid. *Caſaub.* in *Perſ. Sat.* 6. *Heinſ.* putabat, *caluarium humanum* indicari, cuius vſus erat in magicis: ſed paullo poſt additur: *dum illa carnis paullulum delibat. Mille plagis dolata particula* dicitur, cui ſaepe aliquid praeciſum erat.

dolata] *Hadr. delata.*

§. 5. effudit] Ita *C. Trag. Ed. pr.* male *effugit.*

iuſſitque me diligenter purgare. Seruio ego imperio, granaque, ſordidiſſimis putaminibus veſtita, curioſa manu ſegrego. At illa, inertiam meam accuſans, 6 improba tollit, dentibusque folliculos perite ſpoliat, atque in terram, veluti muſcarum imagines, deſpuit. Mirabile quidem paupertatis ingenium, ſingularum- 7 que rerum quaedam artes. *[Sacerdos huius virtutis ita ſectatrix videbatur, vt apud eam eluceret in minimis. Caſa praecipue illius verum erat paupertatis Sacrarium.]*

Non Indum fulgebat ebur, quod inhaeſerat auro, 8
Nec iam calcato radiabat marmore terra,

Muneri-

putaminibus] Rarum eſt, leguminibus putamina tribuere. Sed *Plin.* l. 18, 10. adeo fabam cum ſuis valuulis *cutem* vocat, alibi *tunicas*. *Marcellus*, medicus, *pellem*, *Celſus inuolucrum*, *Lucret. veſtem.*

§. 6. improba] Ita *C. Trag.* et *al.* Sed *C. Samb.* et *Ed. pr. improbat.*

perite] Ita iam edidit *Samb.* Sed *Cod.* eius *vet. Leid. Memm. Colb. Trag.* et *al.* habent *pariter.* Poſſit tamen lect. *Codd.* vtcunque defendi: ſi ita explicaretur: *eodem modo ſpoliat folliculos*, *atque* (i. e. *quo*) *eos deſpuit*, vel *tanta cum facilitate eos ſpoliat*, *quanta eos deſpuit.* Eſt tamen correctio *Samb.* valde probabilis, quia *perite* bene opponitur *inertiae.*

veluti] Hoc in quibusdam deeſſe, obſeruauit *Tornaeſ.*

§. 7. Mirabile] Ita *C. Samb. Trag. Ed. pr.* Alii *miſerabile.* Hic ſuſpicatur *Douſa F.* epigramma ex *fragm.*

*Omnia, quae miſeras poſſunt*
*finire querelas,*

poſſe inſeri.

quidem] *Munker.* ad *Fulgent. Virgil. Contin.* p. 140. legit: *quiddam.*

ſingularumque] Ita *C. Trag. Ed. pr. ſingularemque*, pro quo *Aurat.* malebat *ſingularesque. Cod. Samb.* et alii, notante *Torn. ſingulariumque; Colb. ſingularique.*

quaedam artes] Ita edidi, *C. Leid.* et *Samb.* auctoritate, quia *nominat.* requiritur, niſi verbum addatur. Atque hanc correctionem confirmant quidam *Codd.* a *Patiſſon.* commemorati, in quibus reperitur *quaedam certis.* Reliqui, vt *C. Trag.* et *Ed. pr.* habent *quasdam artes.* Sic quoque edidit *Burm.* cum *Nod.* additis his: *fames edocuit.* Sed haec a *Gonſalio* ex ingenio ſunt addita; ea enim deſunt in omnibus *Codd.* et *Edd.* prioribus.

§. 8. v. 1. Non Indum] Ita *Burm. Nod.* et *al.* praeeunte *Patiſſ.* ediderunt. Sed *C. Samb. Ed. pr.* et *al.* exhibent: *Indum non*, quod perinde eſt. In *C. Trag. non* neglecto, legitur: *Indum fulgebat.* Alii, *Tornaeſ.* teſte, *Non nitidum* habent.

Muneribus deluſa ſuis: ſed crate ſaligna
Impoſitum Cereris vacuae nemus, et noua terrae
Pocula, quae facili vilis rota finxerat actu.
Hinc mollis ſtillae lacus, et de caudice lento
Vimi-

bent. Notum eſt *Indum ebur.* *Sidon. Carm.* 5. *Fert Indus ebur.* Hic agitur de lacunaribus: quae *Cic.* in *paradox.* 1, 4. dicit: *tecta ebore et auro fulgentia.* conf. *Hor. l.* 2, 18. 1.

v. 2. calcato] *C. Samb. Trag.* et *al. Tornaeſ.* obſeruante, *falcato.* Sed *Ed. pr.* rectius *calcato.* Nam etiam *Sen. ep.* 16. dicit: *Vt terram marmoribus abſcondas, et non tantum habere tibi liceat, ſed calcare diuitias.*

marmore terra] *Cic.* in *Paradox.* 6, 3. *Illi aurata tecta in villis, et ſola marmorea facienti.*

v. 4. Cereris vacuae nemus] Ita *C. Samb.* et *Ed. pr.* etiam *Trag.* niſi quod *ceteris* vitioſe legitur. *Nemus* autem *Cereris vacuae* eſt ſtramen, quod, excuſſo frumento, remanet: ergo tectum ſtramineum, impoſitum crati ſalignae, deſcribitur. Eiusmodi tectum commemorat *Vitruv.* l. 2. c. 1. graphice autem deſcribit *Sen. ep.* 90. *Non quamlibet virgeam cratem texuerunt manu, et vili obleuerunt luto; deinde ſtipula aliisque ſylueſtribus operuere faſtigium, et pluuiis per deuexa labentibus, hiemem tranſiere ſecuri.* *Palmer.* malebat: *Cereris munus, baccae.* *Iungermann. Cereris munus vacuae.* *Heinſ. Cereris flauae penus.* *Anonymus Scriuerii etiam: munus baccae.* *Burm.* malit: *Cereris munus largae,* ratus, deſcribi caniſtra, quibus *Cererem* expediebant.

v. 5. rota] Ita *Codd.* et *Edd. vett.* recte. *C. Trag.* vitioſe *nota.*

finxerat] Sic legitur in *C. Trag.* vti legendum, iam coniecerat *Samb.* qui in *Cod.* ſuo inuenerat *fixerat.* Nam *finxerat* eſt verbum figulorum.

actu] Ita recte *Ed. pr.* et *Plantin.* Nam figulus finxit pocula *rotae actu.* *C. Samb.* vero *Bitur.* et *Autiſiod.* habent *aſtu;* *Trag. haſta.* *Alii, Tornaeſ.* teſte, *faſtu.*

v. 6. mollis ſtillae lacus] Hoc recte reſtituit *Wouw.* ex *C. Leid.* *molli ſtilla latus,* vel *C. Colb.* *molli ſtillae lacus,* et aliis, quos *molli ſtilla latus* legere, obſeruauit *Patiſſon.* Indicatur enim per *lacum mollis ſtillae* is lacus, de quo *Varro R. R.* 1, 13, 3. haec enarrat: *Vt interius compluuium habeat lacum, vbi aqua ſaliat, qui intra ſtylobatas cum venit, ſit ſemipiſcina.* Atque talis quidem lacus opponitur immenſis piſcinis, quas luxuria in iſta aetate pepererat. conf. *Sen. l.* 2. *Controv.* 1. Mihi vero in mentem venit, poëtam fortaſſe ſic dicere vas, aqua plenum, ad bibendum adpoſitum: certe hoc melius conueniret poculis. Poſſit etiam, auctore *Lindenbrog.* legi: *molli ſtilla lacus.* *Torn.* habet: *mollis tiliae latus.* *C. Trag.* et *Ed. pr. molli ſcillae latus;* *C. Samb. mollis ſcillae:* vnde *Burm.* edidit *mollis ſcillae lacus,* putans, indicari vinum *ſcillinum.* Alii habent, obſeruante *Patiſſon. molliſtilla:* *Aurat.* mauult *mollis ſcellae,* vel *mollicellae.* *Palmer.* in *ſpicileg.* proponit: *mollis tiliae laus.* *Heinſ.* in *Epiſt.* ad *Graevium t.* 4. *Syllog. p.* 251. totum locum ſic legebat:

Vimineae lances, maculataque teſta Lyaeo:
Et paries circa palea ſatiatus inani,
Fortuitoque luto, clauos numerabat agreſtes;
Et viridi iunco gracilis pendebat arundo.
Praeterea quas, fumoſo ſuſpenſa tigillo,

Con-

*Hinc mollis ſtillare fauus de caudice lento*
*Vimineae lancis cumulataque teſta Lyaeo.*

*Reisk.* edidit: *mollis ſcillae ſcapus*, quem, ſuſpenſum ante fores, putabant muribus, lupis, aut inſaniae aduerſari.

caudice] Hoc latet in *C. Trag.* et *Ed. pr. candice.*

v. 7. Vimineae] *C. Leid.* et *al.* teſte *Patiſſ. Vimineae.*

maculataque] i. e. rubra vino, non alio colore inducta, neque ex materia pretioſa confecta. *Burmanno* placet *Heinſii cumulataque.*

v. 8. Et paries] *C. Autiſ. At.*

palea — inani] *Columella* ſaepe vocat *lutum paleatum l.* 12, 44. et 45. et *Vitruv. l.* 2. *c.* 1. tota parietum priſcorum ſtructuram ita deſcribit: *Furcis erectis, et virgultis interpoſitis, luto parietes texerunt: Alii luteas glebas areſacientes, ſtruebant parietes materia, eos tegumentantes, vitandoque imbres et aeſtus, tegebant arundinibus et fronde.*

v. 9. Fortuitoque luto] Alii, notante *Patiſſ. lato.*

clauos — agreſtes] i. e. clavos, more ruſticorum infixos, ad annorum numerum ſignificandum, (quos clauos annales dici, ex *S. Pompeio* diſcimus,) numerabat paries, i. e. numerandos exhibebat; vti infra in fragm. 29, 4. *vuas Annumerare ſuas, deſecto palmite, vitis* dicitur. Ita edidi cum *Nod.* et *Reisk.* pro *C. Trag. Leid.* et *Ed. pr. clauus — agreſtes;* quod *Burm.* putat ſervandum, qui exiſtimat, clauum indicaſſe agreſtes incolas eorumque aetatem: idem tamen, praeeunte *Gonſalio*, qui dicit, hanc eſſe *Cod. vet.* ſcripturam, proponit: *clauis numerabat agreſtis*, i. e. ruſticus inibat numerum annorum clauis fixis. *C. Colb. clav' inum' abat. Wouw.* dicit, *Cod. vet.* habere: *clauis numerat agreſtis.* Alii, teſte *Torn.* habent *clauſos numerabat agreſtes:* alii *auos. Durantius Var. lect. l.* 1. *c.* 5. vocabula *inani* et *agreſtes* transpoſita opinatus, ita corrigebat: *paries ſatiatus agreſti Fortuitoque luto, clauus numerabat et annos.* Annales clauos in parietibus ſacrarum aedium fixos eſſe, ex *Liv.* l. 7, 3. apparet: *Volſiniis quoque clauos indices numeri annorum fixos in templo Nortiae Etruſcae Deae, diligens talium monumentorum auctor, Cincius adfirmat.*

v. 10. iunco] Deſcribitur vel ſtructura agreſtis, non diſſimilis cameris canniciis, *Pallad.* l. 1. *Tit.* 13. vel *iuncus*, ad latus parietis creſcens.

v. 11. Praeterea quas] Ita edidi cum *Reisk.* ſuadente *Douſa*, quia voc. *opes* hoc pronomen requirit, quod in *Cod. Memm.* et *al.* notante *Pith.* librorum *quam* videtur latere.

Conſeruabat opes, humilis caſa, mitia ſorba
Inter odoratas pendebant texta coronas,
Et thymbrae veteres, et paſſis vua racemis.
Qualis in Actaea quondam fuit hoſpita terra,
Digna

tere. *Nod.* et *Burm.* ex *C. Samb.* et *Ed. pr.* ediderunt, *quae:* quod *Cod. Trag.* ſcribit *que;* vnde *Heinſ.* efficere malebat *Praetereaque e.* Dicitur autem *caſa ſuſpenſa tigillo fumoſo,* quia hoc tigillo, mediam caſam tranſeunte, tota aedicula videbatur contineri; illud autem fumo erat obductum, quia focus in medio pauimento erectus, neque ipſi caminus ſuperimpoſitus fuiſſe videtur, obſeruante *Burmanno.*

v. 12. mitia ſorba] Hoc latere in *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr. mitia ſeruo;* iam viderunt Editores antiquiores; atque adeo *Cod. Bongarſ.* habet *ſorua,* et *Tornaeſ. ſorba.* *Aurat.* coniiciebat *mitia porro;* ſ. *porra.*

v. 13. odoratas]. Ita *C. Trag.* *Ed. pr.* male *adoratas.*

pendebant texta] Sic quidam *Codd.* teſte *Patiſſon.* legunt, idque requirit contextus. *C. Trag.* habet: *pendebat texta; C. Samb. pendebat teſta,* vti et alios legere, teſtatur *Tornaeſ.* *Coronae* hic dicuntur, vt *corona pulegii* *Mart.* 12, 32, 19. Ceterum in *Appendice Virgilii* hi verſus hoc ordine, atque hoc modo exhibentur:

*Conſeruabat opes humilis caſa: mitia ſorba*
*Praeterea quae fumoſo ſuſpenſa tigillo*
*Inter odoratas pendebant exta corollas,*

Atque *exta* etiam a *Tornaeſ.* eſt editum, ex quibusdam *Codd.* a *Patiſſon.* commemoratis.

v. 14. thymbrae] Ita *C. Samb.* et *Ed. pr.* Idem latet in *C. Trag. tinibre,* et *C. Auiſ. et ymbrae,* *Heinſ.* proponit: *thymbrae ſeries,* quia in faſcem redigebantur.

vua] Hoc ineſt in *C. Trag.* *vna* et *Ed. pr. ima;* atque adeo ſic *C. Samb.* legit.

v. 15. Qualis] Suſpicatur *Aurat.* ante hunc verſum excidiſſe alium, in quo *anus* deſcripta fuerit; quod et mihi videtur, niſi quis malit ſumere, excidiſſe *caſa,* aut ſimile vocabulum ex hoc verſu; quo reſtituto, indicaretur, hanc caſam caſae *Hecales* comparandam eſſe. Poſſit hic locus hoc vel alio modo corrigi:

*Qualis in Actaea quondam villa hoſpita terra*
*Digna ſacris Hecales.*

At fortaſſe ſenſus idem poteſt elici ex lect. *Codd.* ſi verba ſic conſtruantur: *Qualis fuit terra hoſpita in Actaea,* ſcil. *terra.* Terra hoſpita poſſit eſſe ea pars *Atticae,* in qua habitabat *Hecale,* quae etſi pauperrima erat, tamen hoſpitio excepit *Theſeum.*

Actaea] Ita *C. Samb.* et *Ed. pr.* Hinc in *C. Trag. Acthea,* et in *Colb. Athea* ortum eſt.

Digna ſacris Hecales, quam Muſa loquentibus annis,
Battiades veteri mirandam tradidit aeuo.

v. 16. Hecales] Ita quosdam legere, teſtatur *Pith.* atque *Samb.* edidit *Hecale.* At *C. Trag. Autiſiod.* et *Ed. pr.* habent *Hecates*, et alii, teſte *Patiſſon. Hecate.* At hic agi de *Hecale*, contextus docet. Hinc *Hecales* edidi cum *Nod.* etſi *Burm.* habet *Hecates. Sacra Hecales* autem indicant *Hecaleſion*, feſtum, quo *Ioui*, ab illius nomine *Hecalo* dicto, in iſtius rei memoriam ſacrificabatur.

loquentibus annis] ſcil. tradidit, i. e. carminibus ea commendata eſt ſeculis loquentibus, vel eius laudem commemorantibus. *Nod.* ex coniectura, ab aliis propoſita, edidit *ſequentibus. Barth.* l. 23. *Aduerſ.* c. 24. mauult: *loquentibus armis.*

v. 17. Battiades veteri] Ita reſcripſi pro *Battiadae veteres*, quod in *Ed. Plantiniana*, forte etiam in *Cod. Samb.* legitur, conſpirante qua vocabulum prius *Cod. Memm.* qui habet *Battiadae vatis.* Certe *nominatiuus* requiritur; durum enim eſſet ſumere, *Battiadae* pendere a *Muſa*, cum *loquentibus annis* ſit interpoſitum; neque *loquentibus annis*, et *aeuo veteri* vel *mirando*, in vna eadem ſententia locum habet. Potui vero eo impunius voc. *Battiade* addere *s*, cum illud ſeruatum ſit in vitioſa rel. *Codd.* lect. Nam *C. Trag. Ed. pr.* et *al.* teſte *Torn.* etiam *Burm.* habent *Baccineas. C. Colb. Bacchineas.* Quidam *Codd. Pith.* teſte, *Batineas. Battiades* autem eſt *Callimachus*, poëta *Cyrenenſis*, *Batti* filius, qui in carmine *Hecale*, vel, vt *Plutarchus* refert, *Hecaleſia* inſcripto, huius rei memoriam conſeruauit.

veteri] Ita reſcripſi pro *veteres*, quia hoc epitheton iam non poteſt ad *Battiades* referri, bene autem conuenit *aeuo.* At quia *C. Memm.* habet *vatis*, equidem non repugnauerim, ſi quis malit *Battiades vates* reſcribere; quamquam non nego, voc. *vates* mihi videri gloſſam ſapere, cum omnes reliqui *Codd.* habeant *veteres. Nod.* cum *Samb.* edidit *Battiadae veteris. Burm.* ſeruauit *veteres.*

mirandam] Hoc reſtitui cum quibusdam pro *mirando*, quod habet *C. Samb. Trag.* et *al.* etiam *Ed Burm.* quia ad *aeuo* non poteſt referri. Malim tamen, *Burm.* ſuadente, *miranti* legere, ſi *Battiades vates* eſſet vera lectio. Prima *Ed.* habet *viuando*; alii, teſte *Torn. viuendo*: hinc *Scaliger* mauult *viuendo. Aurat.* totum locum ita emendandum cenſuit:

*Hecale, quam Muſa loquentibus annis,*
*Battidae veteri viuendam tradidit aeuo.*

Ceterum non mirum debet videri, quod per noſtram emendationem eadem ſententia bis ponitur; hunc enim parallelismum ſententiarum, non ſolum ab *Hebraeis*, ſed etiam interdum a *Graecis* et *Latinis* poetis, adhibitum eſſe, facile licet obſeruare. Neque haec poteſt dici *tautologia*, quia altero membro id, quod priore eſt dictum, magis magisque definitur atque explicatur, vt in *Virg. Aen.* 1. verſu 27.

*Iudicium Paridis, ſpretaeque iniuria formae,*

## C A P. CXXXVI.

*Anus, fracta ſella, in focum demiſſa, extinguit ignem. Eadem cum eius reficiendi cauſſa in viciniam cucurriſſet, Encolpium inuadunt anſeres, quorum ducem hic occidit. Carmen inſeritur de ſtymphalidibus et Harpyiis fugatis. Redeunti victor rem geſtam enarrat: ea autem ingentem clamorem tollit.*

Tum illa *[purgata faba,]* carnis etiam paullulum delibat: et dum coaequale natalium ſuorum ſinciput in carnarium furca reponit, fracta eſt putris ſella, quae ſtaturae altitudinem adiecerat, anumque ſuo pondere
2 deiectam, ſuper focum mittit. Frangitur ergo ceruix cucumae, ignemque modo conualeſcentem extinguit: vexat cubitum ipſa ſtipite ardente, faciemque
3 totam excitato cinere perfudit. Conſurrexi equidem turbatus, anumque non ſine riſu erexi: ſtatimque,

C. CXXXVI. §. 1. Tum] Ita *Burm.* ex *Codd. Samb. Trag.* et aliis edidit. *Nod.* neſcio, vnde, *Dum.* Apud *Politan.* legitur *Tunc.*

et dum] *dum* expunxit *Nod.* temere, cum illud habeant *C. Trag. Samb. Memm. Colb. Ed. pr.*

coaequale] Hoc voc. quod non ſatis latinum videtur, ſtatim poſt *Auguſti* tempora videtur irrepſiſſe. Nam et *Columella* eo vtitur *l.* 8. *c.* 15; ſaepius in *Iuſtino* occurrit.

adiecerat] *Suet. Aug.* c. 73. *Calceamentis altiuſculis vſus, vt procerior, quam erat, videretur.*

focum] Ita *C. Trag. Samb. Ed. pr.* alii *foculum;* quod *Nod.* recepit.

§. 2. cucumae] Sic *C. Samb.* et *Ed. pr. Trag. cacumae,* etiam alii, teſte *Torn.* Quidam vero, vt *Leid. cucumulae,* atque *Boſch.* in tribus ſcriptis reperit *cucumelae.* Verum ſupra dicebatur *cucuma. Colb.* habet *ceruis.*

modo] Hoc habet *C. Samb.* deeſt vero in *C. Trag. Colb.* et *Ed. pr.*

conualeſcentem] *Ouid.* l. 8. *Met.* 477. *Nam poſtquam peſtifer ignis Conualuit.*

vexat — ardente] Haec deſunt in *C. Samb. Bitur. Trag. Edd. vett.* poſſintque ſaluo ſenſu abeſſe. *Heinſ.* malebat *vexata. Burm.* commodius videtur *verſata* pro *euerſa,* niſi quis malit: *luxat cubitum lapſa,* vel potius *laeſa ſtipite ardente.*

faciemque] *C. Colb. atque faciem. C. Samb. Trag.* et *Ed. pr. atque totam faciem.*

cinere perfudit] Ita *C. Trag. Samb.* qui in *Cod.* ſuo repererat *funere,* coniiciebat *cinere,* vel *puluere.* Alii etiam habent: *perfugit;* ſed *perfudit* legendum, ſuſpicabatur *Aurat.*

§. 3. turbatus, anumque] *Benedicti Floriacenſis Cod. turbatus animi et non ſ. r. me erexi.*

riſu] Quidam addidere *meo;* ſed deeſt in *C. Samb. Trag. Ed. pr. C. Colb.* habet *nec, C. Bened. Flor. me.*

erexi] Quae iam ſequuntur, deſunt in *C. Samb. Trag. Ed. pr.* vsque

que, ne res aliqua ſacrificium moraretur, ad reficien-
dum ignem in vicinia cucurrit. Itaque ad caſae 4
oſtiolum proceſſi, et, ecce! tres anſeres ſacri, qui, vt
puto, medio die ſolebant ab anu diaria exigere, im-
petum in me faciunt, foedoque, ac veluti rabioſo
ſtridore circumſiſtunt trepidantem: atque alius tuni-
cam meam lacerat, alius vincula calceamentorum re-
ſoluit, ac trahit: vnus etiam, dux ac magiſter ſaeui-
tiae, non dubitauit crus meum ſerrato vexare morſu.
Oblitus itaque nugarum, pedem menſulae extorſi, 5
coepique pugnaciſſimum animal armata elidere manu;
nec ſatiatus defunctorio ictu, morte me anſeris vin-
dicaui.

Tales Herculea Stymphalidas arte coactas 6
Ad coelum fugiſſe, reor, ſanieque fluentes



vsque ad §. 4. *Tornaeſ.* vero haec inſerit: *Itaque ad caſae oſtiolum proceſſi, ſtatimque:* mox vero verba: *vix ad caſae oſtiolum proceſſerat*, omittit, vt et *Leid.*

moraretur] *Ouid. Faſt.* 2, 249.
*I, mea dixit auis, ne quid*
*pia ſacra moretur.*

in vicinia] Alii, teſtante *Patiſſ.* *in viciniam.*

cucurrit] *C. Leid.* et *Tornaeſ.* *cucurri.* Sed *cucurrit* requiri, inde intelligitur, quod ex ſeqq. apparet, eum ſolum relictum eſſe.

§. 4. Itaque — proceſſi] Ita *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* *C. Memm.* *proſſeram*, i. e *proceſſeram.* Sed *Burm.* et *Nod.* cum *Hadr.* ediderunt: *Vix-proceſſerat*, etiam *Samb.* coniiciebat *proceſſit.* Verum haec mutatio non neceſſario requiritur; quidni enim *Encolpio*, ad oſtiolum procedenti, anſeres ſacri occurrere potuerint?

et ecce] Sic *C. Trag.* et *Ed. pr.* *Burm.* vero et *Nod.* cum *Hadr.* ediderunt *cum ecce.*

ſacri] ſcil. *Priapo.* Nam c 137, 2. ea dicit: *occidiſti Priapi delicias.*

foedoque] Ita libri meliores, teſtante *Boſch.* etiam *C. Samb. Trag.* et *Ed. pr.* *Alii foedeque.*

vincula] i. e. faſcias, quibus in calceatu vtebantur. *Plin.* l. 9. c. 57. *Ouid.* 3. *Metam.* 168. *Vincla duae demunt pedibus.* *Latini* etiam *corrigias* dixerunt.

ferrato — morſu] Floride dictum, pro *morſu dentibus ferrae modo ſecantibus facto.* *Tornaeſ.* *ferrato.*

vexare] Ita *Samb.* et *Ed. pr.* *C. Trag.* *vſare.*

§. 5. nugarum] *Senec. Apocoloc.* *Claudius, vt vidit virum valentem, oblitus nugarum, intellexit, neminem parem ſibi Romae fuiſſe.* conf. *c.* 71. 4. et nota.

armata] ſcil. pede menſulae.

§. 6. v. 1. arte] *C. Trag.* *arce.*

coactas] *Tornaeſ.* *volucres.* Ita quidam *Cod.* teſte *Pith.*

v. 2. fugiſſe] Haec eſt ſententia *Piſandri*, qui vt refert *Pau-*

Harpyias, cum Phineo maduere veneno
Fallaces epulae. Tremuit perterritus aether
Planctibus inſolitis, confuſaque regia coeli;
[Viſa ſuas moto transcurrere cardine metas.]

7 Iam reliqui reuolutam, paſſimque per totum effuſam pauimentum collegerant fabam, orbatique, vt exiſtimo, duce, redierant in templum, cum ego praeda ſimul

*ſanias l.* 8. putauit: ſtymphalidas, horrendae magnitudinis aues in *Arcadia*, non interfectas ab *Hercule*, ſed crotalorum ſonitu fugatas.

ſanieque] Ita edidi cum *Reisk.* et *Nod.* ex quibusdam libris, quos commemorat *Pith.* quia vulgatum, etiam a *Burm.* ex *C. Trag. Leid. Samb.* et *Ed. pr.* editum, *paeneque*, et *C. Colb. poneque*, quod magis mihi placeret, metrum reſpuit. *Saniem* vero dixit poëta, quam foediſſimam ventris proluuiem appellauit *Virg. Aen.* 3, 216. cuius locus eſt conſulendus de his auibus foedis et rapacibus. Alii, *Tornaeſ.* teſte, habent *poenasque luentes;* vti legendum coniiciebat *Samb.* alii *feruentes*, alii *furentes*, notante *Patiſſ.* alii *Codd. ferentes. Pith.* coniiciebat *pennaque fluentes*, i. e. volantes. *Heinſ.* in ora libri notaverat *pennaeque fluentis*, ſed in *Epiſt.* ad *Graev.* 1674. 25. *Sept. poenamque luentes* praefert.

v. 3. Phineo] Ita legendum eſſe, non poteſt dubitari, quia in *C. Samb. Phyneo*, in *C. Trag. fineo*, et in aliis, *Tornaeſ.* notante, *Phineo* exhibetur. Videtur vero *Phineo* dativ. ab *Phineus*, ſecunda ſyllaba producta per graecorum poëtarum licentiam, qui pro Ἀχιλλέϊ ſcribunt Ἀχιλλῆι. Huic autem foedarunt epulas, vt notum eſt ex fabula, ad quam etiam alludit *Virg.* l. c. *Phineïa poſtquam Clauſa domus. Gonſal.* mauult *Typhaeo*, quia *Harpyiae Typhoides* dicuntur, i. e. *Plutonis filiae*, quem dicunt *Typhonem* appellari. Poſſit vero etiam *Phineo* pro adiectiuo haberi, nam quia hae aues dicuntur *Phineae*, *venenum Phineum* poſſit eſſe venenum *Harpyiarum. Ed. pr.* habet *furtiuo. Heinſ.* vero corrigebat in *epiſt.* ad *Munkerum.* 1675. 10. *Iun.* ita:

*pennaeque furentis*
*Harpyias quum Phinaeam pavere Celaeno.*

fallaces] quia cibi appoſiti, quibus recreari ſperabat *Phineus*, ſtatim foedati, ſpem eius fallebant, vel potius, ſic dicuntur extremae epulae, iis appoſitae, vt *Tetes* et *Calais* eas profligare poſſent. conf. *Apollon. Argon. l.* 2, 263.

v. 5. confuſaque] *C. Memm. perfuſaque.*

v. 6. Viſa] Hic verſus deeſt in *C. Samb. Trag. Ed. pr.* atque *Boſch.* contendit, eam in nullo *C. Mſ.* reperiri; hinc mihi ſuſpectus videtur, praeſertim cum ſenſus eum non requirat. Sed *Nod.* et *Burm* eum ediderunt. Quae iam ſequuntur, ea deſiderantur in *C. Colb. Samb. Trag.* et *Ed pr.* vsque ad §. 13. *Cum protuli anſerem.*

§. 7. reuolutam] *Iungermann.* mauult: *reſolutam*, quod edidit *Nod.* ſed *fabae* etiam *reuolutae* poſſunt dici.

ſimul, atque hac vindicta gaudens, poſt lectum occiſum
anſerem mitto, vulnusque cruris haud altum aceto
diluo. Deinde conuicium verens, abeundi formaui 8
conſilium: collectoque cultu meo, ire extra caſam
coepi. Nec dum libaueram cellulae limen, cum 9
animaduerto Oenotheam, cum teſto ignis pleno venien-
tem. Reduxi igitur gradum, proiectaque veſte, 10
tanquam exſpectarem morantem, in aditu ſteti.
Collocauit illa ignem, caſſis arundinibus collectum, in- 11
geſtisque ſuper pluribus lignis, excuſare coepit moram,
quod amica ſe non dimiſiſſet, tribus niſi potionibus e
lege ſiccatis. (OENOTHEA) Quid porro tu, inquit,
me abſente, feciſti? aut vbi eſt faba? (POLYAENOS) 12
Ego, qui putaueram, me rem laude etiam dignam fe-
ciſſe, ordine illi totum praelium expoſui; et, ne diu-
tius triſtis eſſet, iacturae penſionem anſerem obtuli.
Quem anus vt vidit, tam magnum aeque clamorem 13
ſuſtulit, vt putares, iterum anſeres limen intraſſe.
Con-

cruris] *C. Leid. crurum.*

altum] *Pacatus paneg. c.* 3. *Altorum vulnerum cicatrices.*

§. 8. conuicium] Alii *concilium:* hinc *Douſa* coniicit: *concilium quaerens.*

collecto cultu] i. e. veſte in humeros coniecta. Sic formulam: *collecto pallio: Plaut. Capt.* 4. 2, 13. occurrentem, explicat *Caſaub.* ad *Theophraſt. charact.* περὶ ἀγροικίας p. 51. *Ed. Fiſcher.* Mox opponitur: *proiecta veſte.*

§. 9. libaueram] Ita edidi cum *Reisk.* ex *Codd.* optimis. *Theocr.* Id. 10 6. dixit: ἀποτρώγειν τῆς κόλλακος. *Apulei. l.* 9. 279. *haurire portam;* et *Ariſtoph. Ran.* 2. *ſc.* 1. γεύεσθαι τῆς θύρας. *Turneb. Aduerſ. l.* 26. c. 7. malebat *ſuperauerat.* *Alii* habent *liberauer-am,* quod recepit *Burm.* et *Heinſ.* defendit.

teſto] *Ouid. l.* 2. *Faſt.* 645.

*ignem curto fert ruſtica teſto.*

vid. *Heinſ.*

§. 11. caſſis] *C. Leid. quaſſis,* quod edidit *Nod.*

ingeſtisque ſuper] *Tmeſis* pro *ſuperingeſtis.*

tribus] *Auſon.*

*Ter bibe, vel toties ternos: ſic myſtica lex eſt.*

conf. *Hor. l.* 2. *Sat.* 6. 68.

*Siccat inaequales calices conuiua, ſolutus*
*Legibus inſanis.*

vid. *Gronov.* ad *Plaut. Milit.* 2, 2. 9.

§. 12. iacturae] ſcil. *fabarum.*

Quem anus] In *C. Trag. Samb.* et *Ed. pr.* quam ſecutus eſt *Nod.* cum *Hadr.* haec praemittuntur: *Cum protuli anſerem, anus vt vidit.* Sed haec verba exulant ex *C. Leid.* neque ſunt edita a *Tornaeſ. Patiſſ. Wouw.* et *al.* neque adeo a *Burm.* Videntur vero irrepſiſſe ex *gloſſa* voca-

14 Confuſus itaque, et nouitate facinoris attonitus, quae-
rebam, quid excanduiſſet, aut quare anſeris potius,
quam mei miſereretur?

## C A P. CXXXVII.

*Sacerdotis, Priapi delicias occiſas querentis, furor verſu deſcribitur. Proſelenos ingreſſa collacrymat. Encolpius duos aureos ponit; vnus vero promittit, ſe velle hoc facinus celare. Vis pecuniae carmine exprimitur. Sacerdos Encolpium luſtrat, ei futura praedicit, et anſere aſſato, cum eodem epulatur.*

At illa, comploſis manibus, (Oenothea) Sce-
lerate, inquit, et loqueris? Neſcis, quam magnum
2 flagitium admiſeris. Occidiſti Priapi delicias, an-
ſerem omnibus matronis accepiſſimum. Itaque, ne
te putes nihil egiſſe, ſi Magiſtratus hoc ſcierint, ibis
3 in crucem. Polluiſti ſanguine domicilium meum,
ante hunc diem inuiolatum; feciſtique, vt me, quis-
quis voluerit inimicus, ſacerdotio pellat.

(En-

vocabuli *obtulit*, loco alieno inſerta, et ex *quem*, cum *quum* vel *cum* mutato. Nam etiam repetitio voc. *anſerem* eſt moleſta.

C. CXXXVII. §. 1. At illa] *C. Leid. Et illa.*

comploſis] Hic etiam *lugentis* eſt geſtus. *Apul.* l. 9. *Metam. ſuosque caſus grauiter ingemiſcens, depenſis pro prandio lacrymis, vacuasque manus complodens;* atque adeo *irati. Sen.* de *Ira.* l. 1, 1. *Articulorum ſe ipſos torquentium ſonitus, comploſae ſaepius manus, et pulſata humus pedibus.* vid. ſupra c. 18, 7. *C. Leid. confuſis manibus.*

et loqueris] *Douſa* mauult *etiam loqueris*, quod *Burm.* edidit cum *Ned.* et *Hadr.* et c. 95, 4. dicebatur: *etiam minaris?* Sed *C. Samb. Trag. Ed. pr. Patiſſ.* et *al.* habent *et*, quod *Reisk.* reſtituit, ſed h. l. videtur eandem vim habere, quam *etiam* l. c. In *Tornaeſ. et* plane abeſt.

Neſcis] *C. Tornaeſ. et neſcis. C. Samb.* et *Trag. neſcius*, quod non eſt ſpernendum.

admiſeris] Ita *C. Trag. Ed. pr.* et *al.* Quidam vero, teſte *Patiſſon.* etiam *Samb. admiſiſti*, male.

§. 2. Occidiſti] *C. Trag. O occidiſti.*

ne te putes] *C. Colb. neque putes.*

ſcierint] *C. Trag.* et *Ed. pr. ſcierit;* ſed alii, teſte *Patiſſon. ſcierint.*

ibis in crucem] *Aurat.* coniicit: *tibi crucem figet*, male. Nam etiam c. 112. §. vlt. *ire in crucem* occurrit.

§. 3. ante hunc diem] Haec deſunt in *C. Trag.* et *Ed. pr.*

inuiolatum] deeſt in *C. Samb.*

feciſtique] *que* deſideratur in *C. Trag. Colb.* et *Ed. pr.*

(Encolp.) Haec ait, et tremulo deduxit vertice canos, 4
Conſecuitque genas: oculis nec defuit imber;
Sed qualis rapitur per valles improbus amnis,
Cum gelidae periere niues, et languidus Auſter
Non patitur glaciem reſoluta viuere terra:
Gurgite ſic pleno facies manauit, et alto
Inſonuit gemitu turbatum murmure pectus.

Tum ego, Rogo, inquam, noli clamare: ego tibi 5
pro anſere ſtruthiocamelum reddam. Dum haec, 6
me ſtupente, in lectulo ſedet, anſerisque fatum com-
plorat, interim Proſelenos cum impenſa ſacrificii ve-
nit, viſoque anſere occiſo, ſciſcitata cauſſam triſtitiae,
et ipſa flere vehementius coepit, meique miſereri,
tanquam patrem meum, non publicum anſerem, occi-
diſſem. Itaque taedio fatigatus, Rogo, inquam, 7
expiare manus pretio licet, ſi vos prouocaſſem, etiam
ſi homicidium feciſſem? Ecce! duos aureos pono,
vnde poſſitis et Deos, et anſeres emere. Quos, 8
vt

pellat] Hoc voc. in *C. Trag. Samb. Ed. pr.* excipiunt verſus §. 9. *Quisquis* etc.

§. 4. v. 1. Haec] Hi verſus etiam in *C. Leid.* deſunt, et in omnibus *Edd. vett.* Sed *Douſa* putabat, eos hic poſſe inſeri: certe ab hoc loco non videntur alieni; hinc et *Burm.* et *Nod.* et *alii* eos hic ediderunt.

v. 3. per valles] *Quinct. l.* 5. *Inſtit.* c. 14. *Ferantur — vt latiſſimi amnes, totis vallibus fluat, ac ſibi viam, ſi quando non acceperit, faciat.*

v. 5. viuere] pro durare, nec liqueſcere, audacter dictum. *Statius l.* 6. *Theb.* 362. dixit *viuere mare.*

§. 5. Tum ego] Haec nexus cauſſa inſerta videntur. Nam in *C. Leid.* deſunt.

ſtruthiocamelum] Maxima auium, quam deſcribit *Plin.* 10, 1.

reddam] Hic eſt exigua lacuna in *C. Leid.*

§. 6. ſedet] *Codd. vett.* nominatim *Memm. ſuadet.*

cauſſam] *C. Memm. cauſa.*

§. 7. manus] ſc. infectas ſanguine. *Burm.* mauult *manes.*

licet] *Douſa* mauult *liceat.*

ſi vos] *Schopp.* coniicit *eos*, ſcil. *anſeres.*

pono] *Cic.* 3. *in Verr.* c. 70. *Cum poſita eſſet pecunia apud eas ſocietates, vnde erat attributa.*

et Deos, et anſeres] *Alii*, teſtante *Patiſſ. duos anſeres.* Sic *C. Leid.*

vt vidit Oenothea, (Oenothea) Ignoſce, inquit, adoleſcens, ſollicita ſum tua cauſſa: amoris eſt hoc argumentum, non malignitatis. Itaque dabimus operam, ne quis hoc ſciat. Tu modo Deos roga, vt illi facto tuo ignoſcant.

9 (Encolp.) Quisquis habet nummos, ſecura nauiget aura,
Fortunamque ſuo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaën, ipſumque licebit
Acriſium iubeat credere, quod Danaen.
Carmina componat, declamet, concrepet, omnes
Et peragat cauſſas, ſitque Catone prior.
Iurisconſultus, PARET, NON PARET, habeto,
Atque eſto, quidquid Seruius, et Labeo.

Multa

*C. Leid. Scaliger* ad oram adſcripſit: *etiam duos anſeres.* A *Burm.* proponitur: *et denos anſeres.* Sed *deos* eſt melius; irridet ſimul cultum idolorum.

§. 9. v. 1. Quisquis] Hos verſus etiam habet *Sarisber.* in *Policratico. l. 7. c.* 16. et *Vincent. l.* 20. *c.* 25. *ſpecul.*

nauiget] Ita *C. Samb. Ed. pr. Sarisber.* et *Vincent.* recte; nam paullo poſt ſequitur *temperet*, et *ducat.* Alii male *nauigat.* Id eſt, tutus erit etiam in periculo. *Gonſal.* mauult vulgi fauorem intelligere.

v. 2. temperet] Ita omnes *Codd.* vnus *Vincent. temperat*, male!

v. 3. Danaën] Ita *Ed. Petron. pr. Sarisber.* et *Vincent.* Hinc in *C. Trag.* ortum eſt: *Dannem*; in *C. Samb.* et *aliis*, teſte *Patiſſ. Daphnem.* Sed *Danaën* requiri, in verſu ſequente et *Acriſii*, patris *Danaës*, mentio, et metrum docet.

v. 4. credere] *Anonym. reddere;* male. Dicit: *pecunia poterit perſuadere Acriſio* patri, et *Danaae* filiae, ſe eſſe *Iouem*, vel vtrique perſuadebit, auro nihil eſſe inacceſſum, vt *Hor. l.* 3. *Od.* 16, 9. docet, hac ipſa fabula commemorata.

v. 5. componat] *Vincent.* male *componit, declamat, concrepat.*

concrepet] Scil. crepitu digitorum ſilentium faciebant oratores, de quo *Caſaubon.* ad *Perſii Sat.* 4. v. 5.

omnes] *Ed. pr. omnis.*

v. 6. Catone] Plures *Catones* illuſtres fuerunt. Illum autem arbitror cum *Gonſalio* hic intelligi, de quo *Plin. l.* 7, 17. haec narrat; *Cato, primus Porciae gentis, tres ſummas in homine res praeſtitiſſe, exiſtimatus eſt: optimus orator, optimus imperator, optimus ſenator.* Atque idem adeo addit: *Proprium Catonis, quater et quadragies cauſſam dixiſſe, nec quemquam ſaepius poſtulatum, et ſemper abſolutum.*

v. 7. Iurisconſultus] Hic diſtinguit *Reisk.* qui hoc vocabulum ad *prior* refert. Sed equidem

Multa loquor; quiduis, nummis praeſentibus, opta:
Et veniet. Clauſum poſſidet arca Iouem.

Interea haec ſatagens, infra manus meas camellam vini poſuit, et, cum digitos pariter extenſos porris apioque luſtraſſet, auellanas nuces cum precatione merſit in vinum: et, ſiue in ſummum redierant, ſiue ſubſederant, ex hoc coniecturam ducebat; nec me fallebat, inanes ſcilicet, ac ſine medulla ventoſas, nuces in ſummo humore conſiſtere, graues autem et plenas integro fructu ad ima deferri. 10 Tum ad anſerem appellens ſeſe, recluſo pectore, extraxit fortiſſi- 11

dem putem, in verſu ſuperiore hoc dici: *ille ſit orator diſertus;* in hoc vero hoc: *ille ſit Iuriſconſultus:* quod *Petron.* ſic expreſſit: *ille habeto*, in ore quaſi ſemper gerat, *formulam: paret, non paret*, i. e. *liquet, non liquet;* nam *paret* interdum dicitur pro *apparet*, teſte *Feſto. Heinſ.* mavult *iuriſconſultis paret, non paret, habetor. Cuperus: Iuriſconſulti*, vel *Iuriſconſultûm* pro *Iuriſconſultorum.*

PARET, NON PARET] *Aurat.* coniicit: *pauper non poſſet haberi.*

habeto] Ita *C. Samb.* et *Sarisber. Ed. prima habento.* et *C. Colb. habn̄to. C. Trag. habente.*

v. 8. et Labeo] alii, *vt Labeo*, teſte *Patiſſ.*

v. 9. Multa] *Vincent. Parua.* Sed *Multa* h. l. dicitur pro nimis multa. In proſa vſitata eſt formula: *Quid multa?* In aliis tamen *Codd.* legitur *Magna*, teſte *Heinſ.* qui orae *Cod.* ſui adſcripſerat: forte: *ſtulta loquor.*

quiduis] *Braſſic.* mauult *quod vis.* Et ſic *Vincent.*

opta] Ita recte *C. Trag. Sarisber.* Male *Ed. pr. Petron. optas. Vincent. nummos praebentibus opto.*

v. 10. Et veniet] Ita *C. Samb. Trag. Ed. pr.* et *Sarisber. Samb.* vero coniiciebat *Eueniet*, et ita *Vincent.* quod etiam arridet *Burm.* Sed *C. Colb.* etiam ſtat pro lect. *Et veniet;* habet enim *Et veniat.* Hanc lect. recte defendit *Munker.* ad *Fulgentii Mythol. l.* 3. c. 6.

Iouem] Hic finitur *C. Colb. Samb. Trag.* et *Ed. pr.*

§. 10. camellam] *P. Daniel* proponit *ſcamellam.* Sed etiam *Ovid. Faſt.* l. 4. circa finem dicit: *appoſita veluti cratere camella.*

infra] Alii, teſte *Patiſſ. intra.* Ita *Leid.*

nuces] Hunc locum illuſtrauit *Senftlebius* in *nucibus Saturnalitiis*, c. 17.

coniecturam ducebat] *C. Leid. Edd. Patiſſon.* et *Wouw. ex hac coniectura dicebat. Ed. Pariſ.* 1601. *coniectum dicebat.* Sed *coniecturam ducere*, etiam *Ciceroni* eſt vſitatum.

§. 11. Tum — ſeſe] Haec abſunt ab *Edd. vett.* addita videntur, nexus reſtituendi cauſſa.

extraxit] Alii, teſte *Patiſſ. extrahit.*

12 tiſſimum iecur, et inde mihi futura praedixit. Imo, ne quod veſtigium ſceleris ſupereſſet, totum anſerem laceratum verubus confixit, epulasque etiam lautas,
13 paullo ante, vt ipſa dicebat, perituro parauit. Volabant inter haec potiones meracae; [*aniculaeque anſerem, materiam antea triſtitiae, vorabant laetae: illo exeſo, Oenothea ſemiebria ad me reſpiciens: Perficienda ſunt, inquit, myſteria, vt recipias neruos: ſimulque*]

## C A P. CXXXVIII.

*Male vexatus libidinis irritandae cauſſa, fugit. Aniculae vero fruſtra eum perſequuntur. Chryſis iam Encolpium amat. At hic, memor Circes formoſiſſimae, cum ea in gratiam redire cupit.*

Profert Oenothea ſcorteum faſcinum, quod, vt oleo et minuto pipere, atque vrticae trito circumdedit
2 ſemine, paullatim coepit inſerere ano meo. Hoc crudeliſſima anus ſpargit ſubinde humore femina mea. Naſturcii ſuccum cum abrotono miſcet, perfuſisque inguinibus meis, viridis vrticae faſcem comprehendit, omniaque infra vmbilicum coepit lenta manu caedere. Vrti-

fortiſſimum] *Anonym.* coniicit *fortiſſime. Heinſ. fartiſſimum,* quod edidit *Nod. Cuper.* coniicit: *ſordi*[illegible]*ſſimum.* Sed *fortiſſimum iecur Burmanno* videtur *ſanum; Reiskio maxime tenax,* ſignificare.

praedixit] Hoc genus diuinationis erat notiſſimum. vid. *Iuvenal. Sat.* 5. *Plin. l.* 10. c. 22.

§. 13. Volabant — potiones] *Macrob.* dixit: *variantibus poculis.* vid. *Pontan.* in *Not. l.* 7. *c.* 1.

C. CXXXVIII. §. 1. vrticae] *C.* vet. *Pith. veſicae. Iuuen. Sat.* 11.

*Irritamentum Veneris languentis et acres*
*Diuitis vrticae.*

conf. *Dioſcor. l.* 4. *c.* 89.

trito] *Douſa* malebat: *intrito.*

§. 2. Hoc] A *Burm.* proponitur: *ad hoc,* vel *hinc.*

Naſturcii ſuccum] *Dioſcor. l.* 2. *c.* 149. dicit, ei ineſſe vim veneream: at *Plin.* et *Caſſian.* in *Geopon.* l. 2. c. 27. diſſentiunt.

cum abrotono] *Plin. l.* 21, 21. *Ramo eius, ſi ſubiiciatur puluino, venerem ſtimulari aiunt, efficaciſſimamque eſſe herbam contra omnia veneficia, quibus coitus inhibeatur.*

Vrticis vſtum, fuga ſubductum, exaeſtuans conſecta- 3
tur. Aniculae quamuis ſolutae mero ac libidine eſ-
ſent, eandem viam tentant, et per aliquos vicos ſe-
cutae fugientem, (ANICVLAE) Prehende furem! (EN-
COLP.) clamant. Euaſi tamen, omnibus digitis 4
inter praecipitem decurſum cruentatis. [*Vbi tamen
me domum potui recipere, defatigatione grauis, lectum
petii, nec tamen ſomnum capere potui, quaeque enim
aduerſa mihi contigerant, animo voluebam: reputans-
que, neminem magis caſibus me obnoxium eſſe, procla-
mabam: Fortuna, ſemper infenſa mihi, egebatne Amoris
cruciatibus, vt me magis torqueret? O me infelicem,
iunctis viribus, Fortuna et Amor in perniciem conſpi-
rant meam. Ipſe dirus Amor nusquam mihi pepercit:
amans amatusue crucior. En! Chryſis, quae me perdite
amat, laceſſere non deſinit. Illa, quae, cum mihi Do-
minam conciliabat, me vt ſeruum contemtum deſpexit,
quia ſeruili induebar veſte: illa, inquam,*] Chryſis, 5
quae priorem fortunam tuam oderat, hanc vel cum
periculo capitis perſequi deſtinat, [*ſeque lateribus tuis
ſemper inſtituram iurauit, cum ſui amoris vehementiam
mihi patefecit. At Circe me totum habet, ceteras
ſperno. Reuera quid illa pulchrius?*] Quid huic 6
formae aut Ariadne habuit, aut Leda ſimile? quid
contra hanc Helene, quid Venus poſſet? Ipſe Paris, 7
Dearum libidinantium iudex, ſi hanc in comparatione
vidiſſet

§. 3. Vrticis — confectatur] Haec exulant ex *Edd. vett.* videnturque ex mera coniectura inſerta ab Editoribus recentioribus, quos ſecutus eſt *Burm. Nod.* vero ex ſuo ingenio totum hunc locum ita correxit: *Tum me vrticis vſtum fuga ſubduco: aniculae exaeſtuantes conſectantur, et quamuis ſolutae* etc.

§. 5. fortunam tuam] Haec referenda ſunt ad ea, quae *Chryſis* c. 126, 9. dixerat: *nolo, tibi tam valde placeas.* Vir doctus in ora *Cod. Heſſelii*, quem *Douſam* eſſe, *Reisk.* indicat, coniecerat: *fortunam tum;* intelligitur vero conditio ſeruilis, quam ſimulauerat.

§. 6. huic formae] Imago *Circes* ipſi redit in animum.

§. 7. libidinantium] Hoc ſer-

vaui

vidiſſet tam petulantibus oculis, et Helenen huic donaſſet, et Deas. Saltem, ſi permitteretur oſculum capere, ſi illud coeleſte ac diuinum pectus amplecti, forſitan rediret hoc corpus ad vires, et reſipiſcerent
8 partes veneficio, credo, ſopitae. Nec me contumeliae laſſant. Quod verberatus ſum, neſcio; quod eiectus ſum, luſum puto; modo redire in gratiam liceat. [*Haec taliaque cum idea formoſiſſimae Circes ita meum concitarunt animum, vt*]

## CAP. CXXXIX.

*Se conſolatur carmine, in quo alios commemorat, quos et ipſos ira deorum perſecuta eſt. Chryſis eum amplectitur; ſeruus eundem admonet, vt iram Eumolpi placet.*

Torum frequenti tractatione vexaui, amoris mei quaſi quandam imaginem: [*ſed inutiles adhuc fuerunt cona-*

vaui cum *Nod.* tribus *Codd.* a *Boſchio* inſpectis, addicentibus: putem vero, *libidinari* hoc loco nil, niſi ſtudium, ſuam pulchritudinem approbandi iudici, exprimere. Certe *libido* de qualibet animi cupiditate vehementiore, et etiam de fauore iudicum nimio, vel partium ſtudio dicitur. *Gruter.* mauult *liuidinantium*, quod recepit *Burm.* cum *Hadr.* Verum cum hoc voc. nullibi occurrat, illud *Encolpio*, elegantiae ſtudioſiſſimo, dandum vix putem, etſi liuore laborantes deae commode dicerentur. *Douſa P.* malebat: *litigantium*, vel cum *Lipſ. licitantium*. *Munker. vitilitigantium*; quod et *Heinſ.* in mentem veniſſe, teſtatur *Boſch.*

iudex] *Hor.* l. 3. *Od.* 3, 19. idem dicitur: *Fatalis inceſtusque iudex;* et *Sen. Agam.* 730. *Fatalis ſedet inter potentes arbiter paſtor deos.*

petulantibus oculis] c. 126, 2. *oculorum quoque mollis petulantia.*

donaſſet] i. e. poſtpoſuiſſet, vt c. 4, 2. *ſpes quoque ſuas ambitioni donant*, et *condonare* saepius. Temere *Barth.* coniecit: *Helenem hinc damnaſſet, et Deas.*

capere] *Burm.* coniicit *carpere*, vt *Ouid. Heroid.* 11, 117. *non oſcula frigida carpſi.*

reſipiſcerent] Vir doctus in ora *Cod. Almelouen.* coniecerat: *reuiuiſcerent;* quod mihi arridet.

§. 8. neſcio] *Ouid. l.* 2. de *A. A.* 533.

*Nec maledicta puta, nec verbera ferre puellae*
*Turpe.*

liceat] *Douſa F.* ſuſpicatur, hic verſus, *Candida ſidereis*, ex *Fragm.* eſſe interponendos.

C. CXXXIX. §. 1. tractatione vexaui] *Auſon. Ep.* 108. dicit:

*Irrita vexato conſumere gaudia lecto.*

*Mart. l.* 11. *ep.* 30. *Iungermann.* malebat *iactatione.*

*conatus.*] Sic peruicax [*vexatio meam tandem fregit patientiam; et veneficium, quo eram contactus, Genio inimico exprobraui. Animo tamen collecto, inter Heroas antiquos, ira Deorum olim inſectatos, conſolationem quaerens in haec erupi.*]

Non ſolum me Numen, et implacabile Fatum
Perſequitur; prius Inachia Tirynthius ira
Exagitatus, onus coeli tulit: ante profanus
Iunonem Pelias ſenſit: tulit inſcius arma
Laomedon: gemini ſatiauit Numinis iram
Telephus: et regnum Neptuni pauit Vlyxes.

Me

quandam] *C. Memm. quondam*, ſiue *quaſi.*

Sic peruicax] Haec deſunt in *Edd.* priſcis. *Gonſalius* vero ea coniunxit cum carmine ſequente: *Sic peruicax numen et fatum perſequitur me* etc.

§. 2. v. 2. Tirynthius] Alii *Tirneius. C. Vet. Titineius.* Alii *Tirincius*, teſte *Patiſſ. C. Memm. Tirineius.* Sed de *Hercule* eſſe ſermonem, contextus docet.

ira] Alii, teſte *Patiſſ. ora*, atque hoc fere eſſet facilius. Nam *Inachia ora* poteſt eſſe *Graeciae ora*, dicta ab *Inacho*, primo *Arginorum* rege: poſſit tamen *Inachia ira* eſſe *ira Iunonis*, quae dicitur *Inachia*, i. e. *Argiua*, ab *Inacho* fluuio.

v. 3. onus coeli] *Atlantis* nimirum vices ſuſtinens.

profanus] Ita *Burm.* edidit ex quibusdam libris, quos ita legere, teſtatur *Torn.* Alii *profanam*, male; nam cur *Iuno* ſic dicatur? Sed *Pelias*, filius *Neptuni*, qui nouercam matris occidit, ſuperque ipſam *Iunonis* aram iugulauit, recte ſic dicitur.

v. 4. ſenſit] Eleganter, pro expertus eſt inimicam et grauem: vt *Ouid. Heroid.* 9, 46.

*Arbiter Euriſtheus irae Iunonis iniquae*
*Sentitur nobis, iraque longa deae.*

cf. *Senec. Agamem.* 829.

inſcius] id eſt, priusquam ſciverat, aut opinatus erat, bellum ſibi imminere.

v. 5. Laomedon] Haec copioſe enarrat *Apollodorus* l. 2. Nimirum *Laomedon* cum *Herculi*, qui cetum, a *Neptuno* irato eius regioni immiſſum, occiderat, mercedem pactam non ſoluiſſet, hic, finita *Iaſonis* expeditione, ad *Troadem* adpulit, *Ilium* expugnaturus.

gemini] *Mineruam Telepho*, filio *Herculis*, qui poſtea regno *Myſiae* potitus eſt, iratam fuiſſe hanc ob cauſſam, quod in eius templo a matre fuiſſet expoſitus, conſtat. cf. *Apollodori l.* 2. Sed quia *Minerua* vix poteſt dici *geminum numen*, quamquam artibus et bellis praeerat, recte *Burm.* exiſtimat, etiam *Bacchi*, eidem inimici, iram hic eſſe intelligendam.

v. 6. regnum Neptuni pauit] Ita liber *vet.* teſte *Pith.* ſcil. naufragiis ſociorum mari quaſi pabulum praebuit. Alii, v. c. *C. Leid.*

Me quoque per terras, per cani Nereos aequor
Helleſpontiaci ſequitur grauis ira Priapi.

[*His tortus ſollicitudinibus, anxie noctem conſumſi totam; et Giton, qui acceperat, me cubuiſſe domi, cellulam intrauit primo diluculo, meque licentioſius viuere, vehementer accuſauit, dixitque familiam de mea agendi ratione valde conqueri, rariſſime miniſteriis me adeſſe, et mihi fortaſſe funeſtum fore illud, quod gerebam commercium. His intellexi, de meis negotiis illum eſſe commonitum; et aliquem domi forte de me percontatum*
3 *fuiſſe:* Quaerere [*igitur*] a Gitone meo coepi, num aliquis me quaeſiſſet? (Giton) Nemo, inquit hodie: ſed heſterno die mulier quaedam haud inculta ianuam intrauit: cumque diu mecum eſſet locuta, et me arceſſito ſermone laſſaſſet, vltimo coepit dicere, te noxam meruiſſe, daturumque ſeruiles poenas, ſi laeſus in querela perſeueraſſet. (Encolp.) [*Haec vehementer me torſerunt, nouaque conuicia in fortunam ieci, et*]
4 Nondum querelam finieram, cum Chryſis interuenit, amplexuque effuſiſſimo me inuaſit, et, (Chrysis) Teneo te, inquit, qualem ſperaueram: tu deſiderium

*Leid. cauit. Palm.* coniicit *nauit.*

v. 8. Helleſpontiaci] Ita eum quoque *Virg. Georgic.* l. 4. et *Sidon. Apollin. Carm.* 23. appellat, ab vrbe *Helleſponti Lampſaco*, ex qua pulſus, deus eſt factus.

ira Priapi] cuius cauſſa videtur fuiſſe haec, quod ſacram eius cryptam turbauerat. c. 16 3. n. Hinc eum hic deus, in nauem *Lycae* inductum, prodidit inimico. c. 95. idem eum deſtituit bis in amplexu feminae formoſiſſimae.

§. 3. me quaeſiſſet] *Ter. Phorm.* 1. 2. 1. *ſi quis me quaeret Rufus.*

ianuam intrauit] *Phaedr. l.* 3. *f.* 10, 20. *noctu ſubito ianuam intrauit;* vbi *Scheff.* ellipſin eſſe, dicit: pro *per ianuam aedes intrauit.*

arceſſito] Conf. c. 37, 1.

perſeueraſſet] Vir doctus in *Cod. Almelouen. perſeueraſſes* proponit.

§. 4. Teneo te] Formula, qua vtebantur, cum ſibi nec opinantibus aliquis occurreret *Ter. Heaut.* 2. 4. 27

*Teneo te, Antiphila, maxime animo exoptata meo.*

deſiderium] eſt etiam verbum amatorium. Hinc *Cic. l.* 14. *Ep.* 2. ad vxorem: *Hem! mea lux, meum*

derium meum, tu voluptas mea, nunquam finies hunc ignem, niſi ſanguine extinxeris. (Encolp.) [*Chryſidis petulantia multum turbatus fui, et verborum blanditiis vſus ſum, vt illam dimitterem: timebam enim, ne rumores furentis ad aures Eumolpi peruenirent; nam a felicitate ſuperbum Domini ſupercilium induerat. Omnem ergo adhibui induſtriam, vt mitigaretur Chryſis: amorem finxi, blande ſuſurraui; in ſummam ita diſſimulaui aſtute, vt me amore captum crediderit. Expoſui, quo in periculo vterque eſſemus, ſi mecum in cella deprehenderetur, Eumolpumque vel de minimo poenas repetere. His auditis, confeſtim exit, et eo celerius, quod reducem videbat Gitona, qui paullo antequam illa me conueniſſet, exierat e cubiculo. Vix egreſſa,*] Vnus ex nouitiis ſeruulis ſubito accu- 5
currit, et, mihi dominum iratiſſimum eſſe, affirmavit, quod biduo iam officio defuiſſem; recte ergo me facturum, ſi excuſationem aliquam idoneam praeparaſſem. Vix enim poſſe fieri, vt rabies iraſcentis ſine verbere conſidat. [*Adeo turbatus, moeſtusque viſus ſum Gitoni, vt nihil mihi de muliere dixerit: de Eumolpo dumtaxat locutus eſt, iuſſitque potius cum illo iocari, quam agere ſerio. Parui equidem, et tam hilari vultu ad eum acceſſi, vt non ſeuere, ſed feſtiue me exceperit: de Venere mihi propitia cauillatus eſt: laudauit formam et elegantiam meam, matronis omnibus acceptiſſimam: et,* (Evmolp.) *Non me latet, inquit, te a formoſiſſima deperiri: at nunc, Encolpi, illud nobis in loco poterit prodeſſe: Phili ergo ſuſtine perſonam, equidem, quam ſuſcepi, ſuſtinebo.* (Encolp.) *Adhuc loquebatur, cum intrauit*]

*meum deſiderium*, et *Hor. Epod.* 17. *deſiderii poculum* dixit pro *poculo amatorio.*

extinxeris] Alii *ſtrinxeris*, male: ſenſus eſt, niſi me occideris.

§. 5. adcucurrit] *Torn.* et *Leid.* *accurrit.*

*conſidat*] *C. Leid. conſideret.*

CAP.

## C A P. CXL.

*Matrona Seni commendat liberos. Hic ſtatim puellam inuitat ad pygiſiaca ſacra. Furo Encolpius abuti tentat, ſed irato numine. Poſtea a diis maioribus reſtitutus, Eumolpo ſe totum adprobat. Idem philoſophatur de ratione, qua homines capiantur.*

Matrona inter primas honeſta, Philumene nomi-
ne, quae multas ſaepe hereditates officio aetatis extor-
ſerat, tum anus et floris extincti, filium filiamque in-
gerebat orbis ſenibus, et per hanc ſucceſſionem artem
2 ſuam perſeuerabat extendere. Ea ergo ad Eumol-
pum venit, et commendare liberos ſuos eius pruden-
tiae, bonitatique credere ſe et vota ſua. Illum eſſe ſo-
lum in toto orbe terrarum, qui praeceptis etiam ſalu-
3 bribus inſtruere iuuenes quotidie poſſet. Ad ſum-
mum, relinquere ſe pueros in domo Eumolpi, vt
illum loquentem audirent, quae ſola poſſet hereditas
iuue-

C. CXL. §. 1. honeſta] *Anonym.* hoc deleri vult.

Philumene] Ita quidam libri, teſte *Patiſſ.* Alii, vt *C. Leid.* *Philomela.*

tum anus] Ita quidam, teſte *Torn.* Alii *tamen;* alii *tandem,* notante *Patiſſ.*

orbis] *Tac. Annal.* l. 13. c. 42. dicit: *Romae teſtamenta et orbos, velut indagine, capi.* Similem hiſtoriam *Iuſtinus* l. 30. c. 2. narrat.

§. 2. venit] *Stewech.* ad *Arnob.* l. 5. *p.* 124. legit *venire.* *Barth.* *venit commendare;* nec *C. Memm.* *et* agnoſcit.

commendare] Notiſſimus eſt mos deducendi iuuenes ad eos, ex quorum colloquio poſſent proficere. Puella vero huic, vt curatori, commendatur.

ſuos] deeſt in *C. Memm.* Poſt hoc voc. interpungendum putabat *Heinſ.* quem ſecutus eſt *Burm.*

ſe et] *Heinſ.* exiſtimat, *ſe ſpes et* legendum eſſe; putat etiam, legi poſſe: *cre ere ſpes et.*

qui — poſſet] *Heinſ. epiſt.* ad *Graev.* 1. *Apr.* 1674. *praeceptis ſe e. ſ. i. vt iuuenes, q. poſſet.* *Barth. praeceptis perpetim ſalubribus.*

etiam] deeſt in *C. Memm.*

poſſet] *C. Leid. poſſit,* quod praetuliſſem, quia *inf. praeſ. eſſe* videtur *praeſens* requirere. Sed paullo poſt ſequitur *audirent.*

§. 3. relinquere ſe] *ſe* delet *Stewech.*

quae ſola — dari] Similis ſententia occurrit apud *Cic. Offic.* l. 1. c. 34. *Optima hereditas a patribus traditur liberis — gloria virtutis rerumque geſtarum.* *Barth.* mauult: *quae ſo a poſſit a ſe hereditas iuuenibus dari;* putat, matronam indicare his ſuam paupertatem, atque ſoem, fore, vt vtrumque genus hereditatis ab ſene accipiant.

iuuenibus dari. Nec aliter fecit, ac dixerat, filiam- 4
que ſpecioſiſſimam cum fratre ephebo in cubiculo reli-
quit, ſimulauitque, ſe in templum ire ad vota nuncu-
panda. Eumolpus, qui tam frugi erat, vt illi 5
etiam ego puer viderer, non diſtulit puellam iuuitare
ad Pygiſiaca ſacra. Sed et podagricum ſe eſſe, lum- 6
borumque ſolutorum, omnibus dixerat, et, ſi non ſer-
vaſſet integram ſimulationem, periclitabatur totam
paene tragoediam, euertere. Itaque, vt conſtaret men- 7
dacio fides, puellam quidem exorauit, vt ſederet ſu-
pra commendatam bonitatem, Coraci autem impera-
vit, vt lectum, in quo ipſe iacebat, ſubiret, poſitis-
que in pauimento manibus, dominum lumbis ſuis
commoueret. Ille lento parebat imperio, puellae- 8
que artificium pari motu remunerabat. Cum ergo 9
res ad effectum ſpectaret, clara Eumolpus voce exhor-
tabatur Coraca, vt ſpiſſaret officium. Sic inter merce-
narium amicamque poſitus ſenex, veluti oſcillatione
ludebat. Hoc ſemel iterumque ingenti riſu, etiam 10
ſuo, Eumolpus fecerat. Itaque ego quoque, ne 11
deſidia conſuetudinem perderem, dum frater ſororis
ſuae

§. 6. pygiſiaca] Ita pro *Burm.* et *Nod. pygiciaca*, et *Codd.* quorundam, teſte *Torn. pygiaca* edidi, quia a πυγίζειν ducitur. *Bourdel.* malebat *pygeſiaca.* Hic ea, quam pendulam *Venerem* dixit *Apul.* l. 2. *Met.* p. 122. eſt intelligenda. *Valeſius* maluit legere: *Iſiaca.*

ſolutorum] qui non ſunt apti ad *Venerem.*

§. 7. ſupra commendatam bonitatem] ſcil. ſuam, i. e. ſupra ipſum, cuius bonitas commendata erat liberis. Alludit *Encolpius* ad verba matronae: bonitatique credere ſe et vota ſua. *Douſa F.* legit: *ſupra commodatam bonitatem:* et ſic edidit *Nod. Scriverius: vt cederet ſupra commendatae bonitati. Heinſ. epiſt.* ad *Graev.* 1674. 19. *Mart: Vt ſederet ſupra ſe commendata bonitate*, vel *pronitate.*

§. 8. lento] aduerbialiter pro *lente*, quod edidit *Hadr.*

puellaeque] *Reisk.* edidit *puellaque.*

§. 9. res] Ita *res Veneris Ouid. remed. amor.* 431.

officium] Non *Venerium*, quod quidam hic intelligunt, ſed motum, quo lectum, quem ſubierat, adeoque etiam *Eumolpum*, in eo iacentem, commouebat.

§. 10. riſu] Vir doctus, in ora *Cod. Heſſelii*, coniecit *niſu.*

§. 11. conſuetudinem perderem] Ita *Sen. Conſ.* ad *Helv.* c. 15. *non*

ſuae automata per cloſtellum miratur, acceſſi tentaturus, an pateretur iniuriam. Nec ſe reiiciebat a blanditiis doctiſſimus puer, ſed numen inimicum ibi quoque inuenit. [*Non tam grauiter ſuſtuli hanc debilitatem, quam priſtinas: paullo poſt enim redierunt neruí,*
12 *et repente me ſentiens valentiorem eſſe, proclamaui:*] Dii maiores ſunt, qui me reſtituerunt in integrum. Mercurius enim, qui animas ducere, et reducere ſolet, ſuis beneficiis reddidit mihi, quod manus irata praeciderat, vt ſcias, me gratioſiorem eſſe, quam Proteſilaum,
13 aut quemquam alium antiquorum. Haec locutus ſuſtuli tunicam, Eumolpoque me totum adprobaui. At ille primo exhorruit: deinde, vt plurimum crederet, vtraque manu Deorum beneficia tractat. [*Hac ingenti gratia hilaritatem nobis concitante, riſimus prudentiam Philumenes, liberorumque experientiam in arte, illis quoad nos nihil profuturam; ſola enim hereditatis ſpe, puerum puellamque illa nobis prodiderat. Hinc igitur ſordidum orbos ſenes circumueniendi modum apud me reputans, de noſtrae praeſentis fortunae ſtatu ratiocinandi occaſionem nactus, commonui Eumolpum, captando Captatores captari poſſe. Omnes, aiebam, no-*
14 *ſtrae actiones cum prudentia conuenire debent.*] Socrates, Deorum hominumque iudicio ſapientiſſimus, glo-

*vt voluptatem ex filio perciperes, ſed ne conſuetudinem perderes.*

miratur] *Anonym. rimatur.*

doctiſſimus] peritus nequitiae. *Catull. carm.* 57. *Vno in lectulo erudituli ambo.*

inimicum] Vir doctus *mimicum;* male, nam *Priapus* iratus intelligitur.

inuenit] *Nod.* edidit *inueni.*

§. 12. Mercurius — ſolet] Idem *Hor.* l. 1. *Od.* 9. 17. et *Virg. Aen.* 4. 242.

irata] *Heinſ.* malebat *ingrata.* Sed de *ira Priapi* dicitur.

Proteſilaum] *C. Leid. Proſilaum.* Sed *Proteſilaus* eſt intelligendus, qui cum occiſus in belli *Troiani* initio, precibus vxoris redderetur ad tempus, tantum vt vmbra eam eſt amplexus, et non multo poſt euanuit. cf. *Prop.* 1, 19.

§. 13. totum] Conf. c. 131, 10.

beneficia] *C. Leid. beneficium.*

§. 14. iudicio ſapientiſſimus] Haec

gloriari ſolebat, quod nunquam neque in tabernam conſpexerat, nec vllius turbae frequentioris concilio oculos ſuos crediderat. Adeo nihil eſt commodius, quam ſemper cum ſapientia loqui. Omnia iſta ve- 15
ra ſunt: nec vlli enim celerius homines incidere debent in malam fortunam, quam qui alienum concupiſcunt. Vnde plani autem, vnde leuatores viuerent, niſi aut locellos, aut ſonantes aere ſacellos pro hamis in turbam mitterent? Sicut muta animalia cibo ineſcantur: ſic homines non caperentur ſpe, niſi aliquid morderent. [*Quamobrem Crotoniatae tam laute hactenus nos exceperunt; ſed*]

## CAP. CXLI.

***Dubitanti, ne fraus detegatur, Eumolpus ſignificat, ſe in teſtamento ab iis, qui legata percipere velint, requirere, vt corpus ſuum comedant; Gorgiam paratum ad hoc exequendum docet, hoc non plane abhorrere ab humanitate, quod exempla eorum, qui hoc fecerint neceſſitate coacti, probent.***

Ex Africa nauis, vt promiſeras, cum pecunia tua, et familia tua non venit. Captatores iam exhauſti libera-

Haec inſerta ſunt ab *Rutgerſio* l. 4. *Var. lect.* c. 8. *Bourdelotio* et *Gonſalio*, quia hic lacuna erat in *Mſſ.* Ita loquitur *Vitruv.* l. 3. *praef. Apul. de deo Socrate* p. 51. *Valer. Max. l.* 3, 4. ſecundum oraculum *Pythiae:* Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος. Hinc patet, quam probabilis ſit haec emendatio. *Ed. Pariſ.* vero habet: *vere ſapientiſſimus.*

cum — loqui] i. e. philoſophari.

§. 15. leuatores] Sic *vet.* teſte *Pith.* non *leccatores. Leuare* autem eſt *abducere, rapere, abigere. Sidon. l.* 7. *ep.* 2. *Leuat diuitem coniugem.* Alii habent *lenatores*, teſtante *Patiſſ.* Poſſit etiam legi *lauatores*, i. e. fures. Nam *Acro* ad *Hor. ep.* 17. *l.* 1. dicit: *Lauerna, dicta a lauando; nam fures lauatores dicuntur. Barth.* proponit *elauatores*, quia *elauare* ſit bonis cedere, mendicum fieri. *Plaut. Aſin.* 1, 2, 9. *hic elaui bonis.*

muta] *C. Memm. multa.*

ſpe niſi] *Boſch.* mauult *niſi ſpe.* Sic *C. Memm.* et *Leid.*

C. CXLI. §. 1. familia tua] *tua* deeſt in *C. Leid. Barth.* ad *Stat. l.* 5. 724. ſuſpicatus, duas naues iactatorem captatoribus promiſiſſe, vult legi: *cum pecunia vna, et familia vna non venit.*

beralitatem imminuerunt. Itaque aut fallor, aut fortu-
na communis coepit redire ad poenitentiam ſuam.
(Evmolp.) [*Modum excogitaui, inquit Eumolpus,
quo noſtros Captatores valde ſollicitos habeamus: ſimul-
que tabulas e pera trahens, ſic vltimas legit voluntates.*]
2 Omnes, qui in teſtamento meo legata habent, praeter
Libertos meos, hac conditione percipient, quae dedi,
ſi corpus meum in partes conciderint, et, adſtante
3 populo, comederint. Ne plus aequo exhorreſcant,
apud quasdam gentes ſcimus adhuc legem ſeruari, vt
a propinquis ſuis conſumantur defuncti, adeo quidem,
vt obiurgentur aegri frequenter, quod carnem ſuam fa-
4 ciant peiorem. His admoneo amicos meos, ne re-
cuſent, quae iubeo, ſed, quibus animis deuoueant
ſpiritum meum, eisdem etiam corpus conſumant.
(Encolp.) [*Cumque prima capita legeret, quidam
magis Eumolpo familiares intrarunt cubiculum, et in eius
manu tabulas teſtamenti conſpicientes, vt fierent lectio-
nis participes, eum enixe rogarunt. Annuit ille ſubito,
et a primo ad vltimum recitauit. Hi vero, audita ne-
ceſſitate cadaueris edendi non tralatitia propoſitione, tri-
5 ſtes admodum fuerunt. Sed*] Excaecabat ingens fa-
ma oculos, animosque miſerorum, [*et illius ad aſpe-
ctum tam humiles erant, vt de hac nouitate conqueri non
auſi fuerint. Aſt vnus ex eis nomine*] Gorgias paratus
erat

§. 2. libertos meos] Sic *C. Leid.* et alii, teſtante *Patiſſ.* Al. *liberos.* Sic *Boſch.*

§. 3. apud quasdam gentes] *Tertull. Apolog.* c. 9. *Aiunt apud quosdam gentiles Scytharum defunctum quemque a ſuis comedi.* cf. *Ariſtot. Ethic.* l. 7. c. 5. *Hieronym. aduerſus Iouian.* 2. *Maſſagetae miſerrimos putant, qui aegrotatione moriantur, et parentes, cognatos, propinquos, cum ad ſenectam venerint, iugulatos deuorant.*

ſuam] deeſt in *C. Leid. C. Memm. ſeuam.*

§. 4. admoneo] Alii, notante *Torn. amoueo.*

deuoueant] *C. Leid. deuouent.*

etiam] *C. Leid. omne corpus.*

§. 5. ingens] *C. Leid.* et duo *vett. pecuniae ingens. Boſch.* proponit: *Excaecabat pecuniae ingens fama oculos.*

erat exſequi, [*dummodo diutius non exſpectaret. Ad*
*hoc Eumolpus,*] (Evmolp.) De ſtomachi tui recu- 6
ſatione non habeo, quod timeam: ſequetur imperium,
ſi promiſeris illi, pro vnius horae faſtidio, multorum bo-
norum penſationem. Operi modo oculos, et fin- 7
ge, te non humana viſcera, ſed centies ſeſtertium com-
eſſe. Accedet huc, quod aliqua inueniemus 8
blandimenta, quibus ſaporem mutemus. Neque enim
vlla caro per ſe placet, ſed arte quadam corrumpitur,
et ſtomacho conciliatur auerſo. Quod ſi exemplis 9
vis quoque probari conſilium, Saguntini oppreſſi ab
Annibale, humanas edere carnes: nec hereditatem ex-
ſpectabant. Peruſii idem fecerunt in vltima fame, 10
nec quidquam aliud in hac epulatione captabant, niſi
tantum ne eſurirent. Cum eſſet Numantia a Scipio- 11
ne capta, inuentae ſunt matres, quae liberorum ſuo-
rum tenerent ſemeſa in ſinu corpora. [*Vltimo cum*
*ſola cogitatio humanae carnis edendae faſtidium creare*
*poteſt, animum aduerſum toto corde vincetis, vt legata*
*immenſa, de quibus ſtatuo vobis, recipiatis.* (En-
colp.) *Has nouitates propudioſas ita incompoſite effu-*
*dit*

§. 6. ſequetur] Ita *C. Leid.* Alii *ſequeretur.* Sic *Burm.*

§. 7. centies — comeſſe] *Mart. l.* 5. *ep.* 51. *O quanta eſt gula centies comeſſe.*

§. 8. corrumpitur] Vir doctus in *Iunii Cod. corrigitur.*

Saguntini] *Sen. Controv.* l. 4. 27. *Neceſſitas — excuſat Saguntinos, quod patres occiderint.* cf. *Liv.* l. 21. 11.

§. 9. oppreſſi] *Rittersh.* ad *Oppian.* l. 3. 197. malit *obſeſſi*, quod eſſet melius.

§. 10. Peruſii] Ita quoſdam legere, teſtatur *Patiſſon.* atque de iis idem narrat *Liv.* in *Epitome* l. 126. *Suet.* in *Aug.* c. 15. Accedit, quod *Auſon. Epiſt.* 22. etiam *Saguntinos* et *Peruſinos* coniungit: *Iam iam Peruſina et Saguntina fame Lucaniacum liberet.* Alii legerunt *Petilini*, de quibus *Frontin.* l. 4. *Stratagem.* c. 5. Sed vulgata lect. etiam a *Burm.* et *Nod.* edita, eſt *Petauii*, eamque reperit *Patiſſ.* in *Benedicti Floriacenſis* exemplari: de quibus nihil conſtat. *Gonſalius* mauult *Petauonii.* Erat enim *Petauonium* vrbs *Hiſpaniae Tarraconenſis*, cuius incolae videntur coniuncti fuiſſe cum *Saguntinis.*

§. 11. Numantia] Narrat hoc *Valer. Max. l.* 7, 6.

*dit Eumolpus, vt Captatores de illius promiſſis diffidere coeperint, et ſtatim dicta factaque noſtra propius explorantes, ſuſpicionibus experientia auctis, planos et leuatores nos crediderint. Itaque qui maioribus impenſis nos exceperunt, inuadere, et vindictam pro merito ſumere, decreuerunt. Sed Chryſis, omnium machinarum particeps, Crotoniatarum in nos conſilium mihi renunciauit, quo audito, ita perterritus fui, vt illico vna cum Gitone effugerim, relicto fatis iniquis Eumolpo: et paucis abhinc diebus accepi, Crotoniatas indignantes, quod Veterator iſte ſumtibus publicis laute diu alitus fuerat, Maſſiliotico more illum mactaſſe. Id vt in-*
12 *telligatis, ſcitote, quod*] Maſſilienſes, quoties peſtilentia laborabant, vnus ſe ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis et purioribus cibis. Hic poſtea ornatus verbenis et veſtibus ſacris, circumducebatur per totam ciuitatem cum execrationibus, vt in ipſum reciderent mala ciuitatis: et ſic [*de rupe*] proiiciebatur.

§. 12. Maſſilienſes] Ex *Seruio* ad l. 3. *Aen.* v. 58. haec, quae *Petronii* eſſe, ipſe teſtatur, huc tranſlata ſunt ab Editoribus recentioribus.

ornatus] *Suet. Calig.* c. 27. *Alterum, qui ſe periturum pro ſalute ſua vouerat, cunctantem pueris tradidit, verbenatum, infulatumque, qui votum repoſcentes per vicos agerent, quoad praecipitaretur ex aggere.*

ciuitatis] *Serv.* praemittit *totius.*

proiiciebatur] *Boſch.* mauult *proſiciebatur*, i. e. ſacrificabatur, et in partes diſſecabatur. Apud *Seruium* legitur *praecipitabatur*; et in *Cod. necabantur.* Etiam locus *Sueton.* probat *proiiciebatur*, vel *praecipitabatur*.

FRAG.

# FRAGMENTA PETRONII,

## QVAE QVIBVS IN LOCIS REPONENDA SINT, INCERTVM EST.

### Frag. I.

Candida ſidereis ardeſcunt lumina flammis,
Fundunt colla roſas, et cedit crinibus aurum,
Mellea purpureum depromunt ora ruborem,
Lacteaque admixtus ſublimat pectora ſanguis,
Ac totus tibi ſeruit honor, formaque dearum
Fulges, et Venerem coeleſti corpore vincis.
Argento ſtat facta manus, digitisque tenellis
Serica fila trahens, pretioſo ſtamine ludis.
Planta decens modicos neſcit calcare lapillos,
Et dura laedi ſcelus eſt veſtigia terra:
Ipſa tuos cum ferre velis per lilia greſſus,
Nulli ſternuntur leuiori pondere flores.



Fr. I. v. 1. Candida] Margini *Ed. Frellon.* adſcriptum eſt: *Encolpius ad Albutiam. Douſa F.* hoc *Fragm.* c. 138. *fin.* addendum putat, *Tornaeſ.* illud plane non habet.

ſidereis — flammis] Cf. *Satyr.* c. 126, 16. *oculi clariores ſtellis.*

v. 2. Fundunt] *Meurſ.* ad *Theocrit.* p. 96. legit *Fingunt*; *Barth.* ad *Calpurn. Eclog.* 6, 15. *Vincunt.*

et cedit crinibus] *Cod. Mſ. Binet. cedit e rinibus*, pro quo vir doctus malebat: *cedit e crinibus.* Sed quia *e* moleſtum eſt, *Burm.* aliis praeeuntibus, rectius ex *e* effecit *et*, illudque praemiſit.

aurum] Flauos enim crines amabant veteres. cf. *Satyr.* c. 110, 5. *flauicomum corymbion.*

v. 5. honor] pulchritudo. *Mart.* l. 6. *ep.* 80, 5. *Hor.* l. 2. *Od.* 11, 9.

*Non ſemper idem floribus eſt honos.*

v. 10. laedi — veſtigia] Ita, pro *Mſ. laedis coelum et veſtigia*, legendum eſſe, iam vidit *Binet.*

v. 11. Ipſa tuos — flores] Idem *Valer. Flacc. l.* 3. 527. de *Nymphis* venantibus:

*Ipſa citatarum tellus pede plauſa ſororum*
*Perſonat, et teneris ſubmittit gramina plantis.*

v. 12. ſternuntur] Ita, vel *tanguntur*

Guttura nunc aliae magnis monilibus ornent,
Aut gemmas aptent capiti: tu ſola placere,
Vel ſpoliata, potes. Nulli laudabile totum,
In te cuncta probat, ſi quisquam cernere poſſit.
Sirenum cantus, et dulcia plectra Thaliae
Ad vocem tacuiſſe, reor, quae mella propagas
Dulcia, et in miſeros telum iacularis amoris.
Cor graue vulnus alit, nullo ſanabile ferro,
Sed tua labra meo ſaeuum de corde dolorem
Depellant, morbumque animae medicaminis huius
Cura fuget, nec tanta putres violentia neruos
Diſſecet, atque tuae moriar pro crimine cauſſae.
Sed, ſi hoc grande putas, ſaltem concede precanti,
Vt iam defunctum niueis ambire lacertis
Digneris, vitamque mihi poſt fata reducas.

## F r a g. II.

### Albutia.

Memphitides puellae,
Sacris Deûm paratae,
Tinctus colore noctis

Manu

*guntur*, pro *Mſ. ſternuntum*, legendum eſſe, coniecit *Douſa F.*

v. 18. quae] Mallem *qua*

Fr. II. Albutia] *Tac. Annal.* 6, 47. commemorat *Albucillam, multorum amoribus famoſam*, quae ea eſſe poſſit, de qua *Fulgentius* l. 1. *Mytholog.* in *praef.* ſcribit: *Petronium Arbitrum carmen amatorium luſiſſe.* Vide *Munker.* ad *Fulgent. Mythol. l.* 1. p. 23. et *Douſae Praecidan.* ad h. l.

v. 1. Memphitides puellae] Ex *Terentiano Mauro de verſibus* extremo haec repetita ſunt, et *Petronio* tributa. *Barth. Aduerſ.* l. 7. c. 5. et l. 23. c. 4. hos duos verſus, quos putat et ipſos eſſe *Petronii*, exiſtimat his praemittendos:

*Agnoſcere haec poteſtis,*
*Cantare quae ſolemus,*
*Memphitides* etc.

Ceterum *Memphitides* puellae ſunt *Aegyptiae*, accinentes puero, inter ſaltandum geſticulanti, vel canenti fortaſſe tibia; in *Satyr.* c. 31, 3. occurrunt *pueri Alexandrini canentes.*

v. 2. paratae] ad canendum inter ſacra.

v. 3. colore noctis] i. e. nigro. Deſcribitur vel ſaltator *Aegyptius*, vel *tibicen*, qui in deliciis erat. *Iuuen. Sat.* 15, 49.

*Ede*

Manu puer loquaci,
Aegyptias choreas —

## FRAG. III.

Balneatricem — Pollice vsque ad periculum roſo.

## FRAG. IV.

Anus recocta vino,
Trementibus labellis.

## FRAG. V.

Iuuerunt ſegetes meum laborem.

## FRAG. VI.

Triplici vides, vt ortu
Triuiae rotetur ignis,

Volu-

*Ede virorum*
*Saltatus nigro tibicine.*
Etiam *Apul. l.* I. *Florid.* p. 343. de *Indis* dicit: *in corpore color eſt noctis.*

v. 4. loquaci] ſcil. geſtibus, vel motu digitorum, tibiae ſonum moderantium.

v. 5. choreas] ducit, vel moderatur, aut tale quid in verſu ſequente, qui periit, lectum eſſe videtur. *Delrius* in *Comment.* ad *Sen. Herc. fur.* 861. legit *Aegyptius choreutes*, et ſic *Tornaeſ.* Alii *choraules;* cantabant enim optime *Aegyptii* pueri; ideoque eos *loquaces delicias* vocat *Statius Syluar. l.* 5. *fin.*

Fr. III. balneatricem] Hoc ex *Serv. l.* 12. *Aen.* 159. repetitum eſt: *Si autem a verbo non venerint, communia ſunt: nam ſimiliter maſculina et feminina in tor exeunt, vt hic et haec ſenator, hic et haec balneator, licet Petronius vſurpauerit balneatricem dicens* etc.

Pollice — roſo] Vetus interpres *Hor.* ad *Epod.* 5, 48. *Canidia rodens pollicem,* dicit: *Habitum et modum expreſſit Canidiae furentis. Petron. vt monſtraret furentem, pollice, ait, vsque ad periculum roſo.* Hunc eſſe iratorum geſtum, oſtendit *Paſſeratius* ad *Propert.* p. 262.

Fr. IV. Anus] Haec ſunt repetita ex *Diomendis l.* 3. (expreſſo nomine *Arbitri.*) Sic *Senex recoctus* dicitur *Catull. Ep.* 54. *cruda ac robuſta ſenectute praeditus*, in qua loquendi formula alluditur ad fabulam, qua *Medea Aeſonem* ex ſene iuuenem feciſſe, dicitur.

Fr. V. Iuuerunt] Etiam hunc verſum eſſe *Petronii*, videtur indicare *Terentianus Maurus de metris* in VI. tomo *Hendecaſyllaborum.*

Fr. VI. v. I. Triplici] Ex eodem *Terentiano*, nomine *Petronii Arbitri.* Triplex vero ortus *Lunae* tribuitur, quia in quadruplici inter-

 ter-

Volucrique Phoebus axe
Rapidum pererret orbem.

### FRAG. VII.

Non bene olet, qui bene ſemper olet.

### FRAG. VIII.

Animam noſtro amplexam in corpore.

### FRAG. IX.

Qui vultur iecor intimum pererrat,
Et pectus trahit, intimasque fibras,

Non

teruallo, quo curſum perficit, triplici maxime forma induta, oritur; creſcens enim primum caua, deinde plena, decreſcens vero iterum caua, at ex aduerſa parte conſpicitur.

v. 2. Triuiae] i. e. *Lunae*, de qua *Varro* l. 6. *L. L.* haec enarrat: *Triuia Diana dicta eſt, quod in triuio ponitur fere in oppidis Graeciae.* Hoc vero mihi videtur propterea factum, quia ea triplicem perſonam ſuſtinebat, in coelo *Lunae*, in terra *Dianae*, apud inferos *Proſerpinae;* hinc ea *Virg. Aen. l.* 4. 511. *Tergemina* appellatur.

v. 4. Rapidum] Ita *Burm.* ex *Cod. vet. Pith.* et *Ed. Plantin.* Al. *Totum.*

Fr. VII. Non bene olet] *Hieronym. epiſt.* ad *Demetriadem* de *Virginitate ſeruanda*, ita ſcribit: *Cincinnatulos pueros, et calamiſtratos, et peregrini muris olentes pelliculas, (de quibus illud Arbitri eſt: non bene olet, qui bene ſemper olet) quaſi quasdam peſtes et venena pudicitiae virgo deuitet.* Hic verſiculus etiam apud *Mart.* l. 2. *Epigr.* 12, 4. reperitur. Eodem luſu vtitur *Cic.* ad *Attic.* l. 2. *Ep.* 1. *Mulieres ideo bene olere, quia nihil olent.* Scilicet nimium vnguenti vſum vituperat *Petron.* mollitiei indicem.

Fr. VIII. Animam] *Priſcian. l.* 8. *Similiter adminiculor — amplector* etc. *plerique deponentia eſſe, confirmant, ideo, quia frequens vſus eorum ſignificationis eſt actiuae. Communia vero eſſe, defendit — veterum non improbanda auctoritas — Petronius: Animam noſtram amplexam* etc.

in corpore] *Priſcian. l.* 2. vbi eundem locum *Petron.* exhibet, habet *in pectore.*

Fr. IX. v. 1. Qui vultur] Ex *Fulgent. Mytholog. l.* 2. in *fab. de Prometheo.* Recte vero pro *Mſ. Cui* editur *Qui.*

vultur] *Attius* apud *Cic.* 2. *Tuſc.* et *Seruius* in *Eclog. Virg.* 6. pro *vulture* habent *aquilam.* Hanc fabulam allegorice interpretatur etiam *Lucret.* l. 3.

*Sed Tityus nobis hic eſt in amore iacentis,*
*Quem volucres lacerant, atque exeſt anxius angor,*
*Aut alia quauis ſcindunt torpedine curae.*

iecor intimum] Ita, teſte *Daniele, Cod. vetus. Al. iecur.*

intimum] Sic *Cod. Leid. Medius* et 6. *Edd.* etiam *Plantin. vltimum;* quod non eſt ſpernendum,

Non eſt, quem lepidi vocant poëtae;
Sed cordis mala, liuor atque luctus.

## F r a g. X.

Ad libidinis incitamentum, myrrhinum ſe poculum bibiſſe — In armarium memet conieci — Obtorto valgiter labello — Totus fere mundus mimum

dum, quia ſequitur *intimasque*, quae eiusdem vocabuli repetitio videtur moleſta. *Intimum* tamen eſt melius. Nam etiam *Ouid.* l. 9. *Met.* 202. dicit: *Pulmonibus errat ignis edax imis.*

pererrat] *Barth. penetrat;* ſed *pererrare iecur* eleganter dicitur vultur, auide nunc hanc, nunc illam eius partem lanians et attondens.

v. 2. trahit] *Cod. vetus: quaerit;* refragante metro.

v. 3. lepidi] Ita *P. Pithoeus* pro *Cod. vet. tepidi; Scaliger* cum *Douſa, timidi. Putean. trepidi. Palmer.* praeeunte *Braſſican.* in fine *not.* malebat: *Non eſt, quem Tityum vocant poëtae*, vel *quem Tityi v. p.* quod mauult *Pontanus* in *Not. in Somn. Scip. Macrob. Salmaſius* volebat *Tityon*, atque *cui* putabat retinendum.

vocant] *Caſaubon.* in *Athen. l.* 1. *c.* 16. mauult *volunt.*

v. 4. mala] Hoc voc. deeſt in *Cod. Leid. Barth. Aduerſ. l.* 12. *c.* 1. emendat: *lama;* ſed repugnat metrum.

luctus] Ita *Burm.* et *Hadr.* ediderunt, pro *luxus Codd.* et *Edd. vett.* etiam *Plantin.* ſuadente *Pontano* in *not.* in *Macrob. ſomn. Scip.* Poſſit tamen *luxus* defendi ex initio *carminis de bello ciuili.* Totum *Fr. Barth.* ad *Statii l.* 4. *Theb.* 538. ita legit et diſtinguit:

*Quin vultur, iecur intimum pererrat?*
*Et pectus trahit, intimasque fibras?*
*Non eſt, quem lepidi vocant poëtae.*
*Sed (cordis mala) liuor atque luxus.*

Fr. X. Ad libidinis] Eſt ex *Fulgent. l.* 3. *Mythol. c.* 8. qui haec *Petronio* tribuit.

myrrhinum] *Hadr. Iunius Animadv. l.* 5. *c.* 19. legi vult: *myrinum*, i. e. *murinum* a *myro.*

armarium] Hoc reſtitui ex coniectura *Vulcanii* ad *Philoxenum*, probata a *Geſnero* in *Theſauro;* certe hinc facile potuit oriri *Edd. vett. aumarium*, vnde natum eſt *C. Leid.* et *al. aumatium;* vnde, *n praepoſ. in* repetito, *naumatium* in *Cod. vet.* vno *Fulgent.* in altero *omacium. Turneb.* mauult: *automatium*, putatque, indicari locum theatri, vel circi, vbi erant machinae, quae *automata* a *Graecis* vocantur. A *Barthio* proponitur: *armamentarium.*

conieci] Ita *Petron.* c. 9, 1. et c. 72, 3.

obtorto valgiter labello] Vulgo apud *Fulgentium* legitur: *abroſa valgia labello*, quod etiam *Samb.* edidit. Sed in *Cod. vet.* et *Gloſſar.* reperitur: *obtorto valgiter labello;* in al. teſtante *Daniele*, *abroſo valgiter lauello.* c. 26, 5. occurrit: *commouebat valgiter labra. Munkerus* reperit: *abroſo* in *Edd. vett. Fulgentii.*

mimum videtur implere — Non duco contentionis funem, dum conſtet inter nos, quod fere totus mundus exerceat hiſtrioniam.

### Frag. XI.

O maxima rerum,
Et merito pietas homini tutiſſima virtus!

### Frag. XII.

— Horrificoque infeſtant murmure tigres.

### Frag. XIII.

Nam comtum me vernales alucitae moleſtabant — Poſtquam ferculum allatum eſt — Tot regum

mimum — implere] *Sarisb. Polycrat. l. 3. c. 8. fere totus mundus, ex Arbitri noſtri ſententia, mimum videtur implere Suet. Aug. 99. Ecquid iis videretur mimum vitae commode transegiſſe.*

contentionis funem] *Burm.* putat, reſpici ad *Sophiſtas*, qui ἐριστικοὶ proprie dicebantur. Eſt vero *ducere funem contentionis*, ordiri *iurgia cum aliquo* ſuper re quadam controuerſa. Similis formula occurrit. *Hor. l. 1. Epiſt.* 10, 48.

*Tortum digna ſequi potius,*
*quam ducere funem.*

hiſtrioniam] Hoc pro *hiſtrionem* reſtitui, quia in quibusdam *Sarisber.* exemplaribus *l. 3. c. 8.* ſic legitur: *Aut, ſi nomen comoedia gratioſius eſt, non duco contentionis funem, cum conſtet inter nos, quod fere totus mundus, iuxta Petronium, exerceat hiſtrioniam.* cf. *Plaut. Amphit. prol.* 90. et 152. *Burm.* edidit *hiſtrionem* cum *Hadr.*

Fr. XI. O maxima] Commemorantur hi verſus, et illuſtrantur a *Vincentio Beluacenſi Specul. Mor.* l. 20. c. 20. et a *Iacobo Magni Sophol.* l. 4. c. 10. *Petronii* nomine. At *Barth.* ad *Stat. l. 3. Sylv.* 3, 1. ſcribit: eos vel in *Silio Italico*, vel alibi a ſe lectos.

Fr. XII. Horrificoque] Haec citat, *Petronii Arbitri* nomine, *Ioannes Rauiſius Textor* in *Epithetis*, verbo *Murmur.*

Fr. XIII. Nam comtum] Hoc ſeruauit *Fulgentius* in *Expoſ. ſermonum antiquorum* in verbo *Hallucinari.* Vulgo, etiam a *Sambuco*, legitur: *Centum venales;* in *Cod. vet. contum vernali me;* in *C. Leid. centum vernali me;* in alio: *comptum me vernali alicite moleſtabant.* Proponitur a *Barthio: centum virales,* qui exiſtimat, ſic dici muſcas, quibus frequenter infeſtantur, qui in centumuirali iudicio adſunt tempore aeſtiuo. Sed *vernales* eſt melius, i. e. *vernae*, (c. 38, 3. *apes vernaculae* dicebantur.) *Douſa P.* putat, hunc locum ita corrigendum: *Nam centum me vernae hallucitae moleſtabant.* Quaedam *Membranae* habent: *concentam me vernali alucita moleſtabant.* *Mun-*

gum manubiae penes fugitiuum repertae — Satis conſtat, eos niſi inclinatos, non ſolere tranſire cryptam Neapolitanam — Petauroque iubente modo ſuperior — Adfer nobis alabaſtrum Coſmianum — Suppes — Tullia.

## Frag. XIV.

— Ineluctabile fatum.

## Frag. XV.

— Tremebunda ſuperuolat haſta.

## Frag. XVI.

— Qui praeeſſe cupit, prodeſſe recuſat.
Magnus in exemplo eſt, cui non ſuffecerat orbis.

Frag.

*Munker.* ad *Fulgent. Mythol.* p. 182. legi vult: *nam contubernales me allucitae. Codici Fulgentii*, quem habuit *Graeuius*, adſcripſerat *Cauchius: centum vrnales me alucitae.*

Poſtquam] *Fulgent. Expoſ. Sermon. Antiqu.* haec habet: *Petronius Arbiter: poſtquam ferculum allatum eſt.*

Tot] *Cod. vet. Fulgentii: tot regum manuuies penes fugitiuum;* ſed altera manu poſtea *repertae* emendatum eſt. In *Ed. Baſileenſi Heruagiana Fulgent.* legitur: *penes fugitiuum reſtiterant*, quod etiam *Samb.* edidit. Hoc autem pertinere *Fragm.* 21. quod incipit: *Non ſatis eſt* etc. credebat *Broukhuſius. Bourdelotius* retulit ad c. 88.

Satis conſtat] Ex *Gloſſar. S. Dioniſii.*

cryptam Neapolitanam] *Sen. ep.* 58. *A ceromate nos apte excepit in crypta Neapolitana. Nihil illo carcere longius, nihil iſtis faucibus obſcurius.*

Petauroque - ſuperior] *Gloſſar. S. Dionyſii: Petaurus genus ludi. Petronius: Petauroque* etc. Haec optime interpretatur *Manil. l.* 5. 434.

*Corpora, quae valido ſaliunt excuſſa petauro,*
*Alternosque ciens motus elatus et ille*
*Nunc iacet, atque huius caſu ſuſpenditur ille.*

Adfer—Coſmianum] Vid. *Ambroſium Calepin.* in voc. *Coſmus. Mart.* l. 11. *ep.* 9, 9. dicit: *Quod Coſmi redolent alabaſtra.*

Suppes] *Gloſſar. ſuppes, ſuppummis, hoc eſt, ſupinis pedibus. Petron.*

Tullia] Citatur in *vet. Gloſſar. Tullia, media*, vel *regia. Petron.*

Fr. XIV. Ineluctabile] Hoc et Sequens, et *Fr. XVII.* vnde ſumſerint collectores, non indicarunt.

Fr. XVI. Qui praeeſſe] *Plauto* tribuitur a *Iacobo Magni* in *Sopholog.* p. 74. ſed ibi nomen *Petronii Danieli* reſtituendum videtur.

### Frag. XVII.

— Exciſo defoſſa marmore petra.

### Frag. XVIII.

Quinque pedum fabricata domus, qua nobile corpus
Exigua requieuit humo. —
Atque, vt araneoli, tenuem formauimus orſum.

### Frag. XIX.

Mille ſaporatam medicatis frugibus offam.

### Frag. XX.

Non eſt forma ſatis; nec, quae vult bella videri,
Debet vulgari more placere ſibi.
Dicta, ſales, luſus, ſermonis gratia, riſus,
Vincunt naturae candidioris opus.
Condit enim formam, quidquid conſumitur artis,
Et, niſi velle ſubeſt, gratia tota perit.



Fr. XVIII. v. 3. Atque, vt] Hic verſus eſt ſecundus ex *Culice Virg.* qui cur huc relatus ſit, non apparet.

Fr. XIX. Mille] Hic verſus eſt deſumtus ex *Virg.* l. 6. 420.
*Melle ſoporatam et medicatis frugibus offam*
*Obiicit*, vbi male *ſaporatam* quidam corrigunt. vid. *Barth.* ad *Stat.* 6. *Theb.* 235.

Fr. XX. v. 1. Non eſt forma] *Arbitri* non eſſe, putat hoc epigramma *Barthius l.* 22. *Aduerſ.* c. 4.

v. 3. Dicta] i. e. ſcommata. Ita *Ter. Eunuch.* 3. 1, 39. *Tuumne id dictum erat?* vid. c. 109, 8. *dicta voluit in caluos — iaculari.* De his autem copioſe agit *Cic. l.* 2. *de Orat.* c. 54.

gratia] conf. c. 127, 5. *tanta gratia conciliabat vocem loquentis.*

v. 4. candidioris] *Burm.* malit *languidioris*, vt languidius ſit opus naturae, forma ſcilicet. Sed *candidioris* h. l. dicitur pro *ſplendidioris.* Senſus ergo eſt: *haec pulchritudinem vincunt.*

v. 6. velle] Dubia mihi videtur haec lect. quia contextus requirit *ingenium* aut ſimile quid. Forte legi poſſit: *Et niſi ſal ſuberit;* vnde *ſal*, poſtea *ſalle*, hinc *velle* oriri poterat.

## Frag. XXI.

Non ſatis eſt, quod nos mergis, furioſa iuuentus:
Transuerſosque rapit fama ſepulta probris?
Anne etiam famuli cognata faece ſepulti,
In teſta merſas luxuriantur opes?
Vilis ſeruus habet regni bona: cellaque capti
Deridet feſtram, Romuleamque caſam.
Idcirco virtus medio iacet obruta coeno:
Nequitiae claſſes candida vela ferunt.

## Frag. XXII.

Primus in orbe deos fecit timor: ardua coelo
Fulmina cum caderent, diſcuſſaque moenia flammis,
At-

Fr. XXI. Non ſatis eſt] Hoc epigramma *Bourdelot.* putat ad c. 88. eſſe referendum; melius etiam illud conueniret libertis luxurioſis, quos *Petron.* ſub *Trimalchionis*, et aliorum perſona perſtrinxit. *Non* ponitur pro *annon*, vel *nonne.*

v. 2. Transuerſosque rapit] a tramite virtutis. *Barth.* in *Aduerſ. l.* 21. *c.* 4. mauult *transverſis*, i. e. *acutis, at oculuis, nec apertis conuiciis, ſed obliquis.*

ſepulta] Eleganter dictum pro *obruta*, *obſcurata probris. Ouid. l.* 1. ex *Pont. Ep.* 5, 85. *cum mea fama ſepulta eſt.*

v. 3. cognata ſaece] ſcil. vini; quae ipſis *cognata*, i.e. *ſimilis* dicitur, quia, vt ea eſt vini pars viliſſima, ita illi ſunt hominum viliſſimi, quae ſaepe dicitur *faex hominum.*

v. 4. luxuriantur] Alii, teſtante *Tornaeſ. luxurientur;* quod mihi arridet.

v. 6. feſtram] Ita pro *feſtam* legendum eſſe, contextus docet. Eſt autem *feſtra* oſtium minuſculum in ſacrario, auctore *Feſto*, hic oſtium minuſculum in ſacrario *Capitolii* extremae antiquitatis, auctore *Gniphone Grammatico* apud *Macrob. Saturn. l.* 3, 12. *Barth.* l. c. *Veſtam* legit, intelligitque antiquiſſimum *Veſtae delubrum.*

caſam] *Vitr. l.* 2. *c.* 1. *Item in Capitolio commonefacere poteſt, et ſignificare mores vetuſtatis Romuli caſa, in arce ſacrorum ſtramentis tecta. Val. Max. l.* 4. *c.* 4. in *fin. Per Romuli caſam, perque veteris Capitolii humilia tecta, et aeternos Veſtae focos, fictilibus etiam vaſis contentos, iuro.*

Fr. XXII. v. 1. Primus — timor] Ex *Fulgentii Mytholog. l.* 5. Reperitur hoc hemiſtichium etiam apud *Statium l.* 3. *Theb.* 661. ad quem verſ. eius interpres, *Coelius Firmianus Lactantius*, vel *Luctatius, Placidus*, ſcribit: *Negat, deos vlla alia re celebrari, niſi timore mortalium, vt Lucanus: Quae finxere, timent; et Petronius Arbiter, iſtum ſecutus: Primus in orbe deos fecit timor.* Ex his quidam colligunt,
*Lucta-*

Atque ictu flagraret Athos: Mox Phoebus ad ortus,
Luſtrata deiectus humo: Lunaeque ſenectus,
Et reparatus honos: Hinc ſigna effuſa per orbem,
Et permutatis diſiunctus menſibus annus
Proiecit vitium hoc: atque error iuſſit inanis
Agricolas primos Cereri dare meſſis honores:
Palmitibus plenis Bacchum vincire: Palemque
Paſtorum gaudere manu. Natat obrutus, omni
Neptunus demerſus aqua: Pallasque tabernas
Vin-

*Lutatium* putaſſe, *Petronium* fuiſſe *Statio* poſteriorem. Sed *Barth.* ad *Statii* l. 3. *Theb.* 661. oſtendit, hic tantum indicari, *Petronium* poſt *Lucanum* ſcripſiſſe; *iſtum* nimirum ad *Lucanum* eſt referendum. Procul dubio hunc verſiculum *Statius* repetit ex *Petronio*, licet *Seruius* ad *Virg.* 2. *Aen.* 715 eum citet *Statii* nomine. Ceterum hoc argumento vſos eſſe *Stoicos*, *deum eſſe, quia fulmina e coelo mittantur*, ad terrendos et puniendos homines, apparet ex *Lucano* 8. 551. et *Hor.* l. 1. *Od.* 34. vbi irridet eorum ſtultitiam, qui *Epicureos* hoc argumento ad deorum prouidentiam perducere conabantur.

in orbe] In *Fulgentio* exhibetur *in vrbe.*

v. 3. ictu] *Hadr.* et *al. Edd.* *ictus:* quod poſſit vtcunque defendi.

ad ortus] Ita *Burm.* et *Hadr.* ex *Codd.* ediderunt; videtur vero haec formula *elliptica*, pro *redit ad ortus*, niſi quis malit ſumere, *adortus* ſcribendum, atque huic voc. ſignificatum verbi ſimplicis tribuendum. *Reisk.* vero edidit *adultus.*

v. 4. deiectus] ſcil. in mare, quo immergi fingebant poëtae ſolem occidentem. *Barth.* malebat: *Luſtrata redit actus humo.*

ſenectus] Haec lunae decreſcenti tribuitur. Ita *Apulej.* l. 2. *Florid.* p. 361. de *Thalete: Idem lunae vel naſcentis incrementa, vel ſeneſcentis diſpendia, vel delinquentis obſtacula reperit.*

v. 5. ſigna] ſimulacra deorum hinc erecta; quod malum, paullo poſt dicit, latius propagatum per tempeſtatis varietates.

v. 7. Proiecit] i. e. effudit in omnes partes mundi. Alicui in mentem venit *Porrexit;* ſed *Proiecit* idem poteſt ſignificare; nam *proiecta audacia*, dicitur *effuſa* et *immodica;* ſic *proiicere libidinem, laſciuiam.*

v. 8. meſſis] Alii *merſis.*

honores] munera: intelliguntur primitiae frugum *Cereri*, agriculturae inuentrici, inde a temporibus antiquiſſimis oblatae.

v. 11. tabernas] Hanc lect. quorundam, teſtante *Torn.* librorum reſtitui, pro *Codd. Ed. Burm.* et *Hadr. cauernas*, quod locum non habet; puto vero intelligendas eſſe *tabernas librarias. Hor. Serm.* 1. 4. 71.

*Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos.*

*Delrio Comment.* in *Sen. Herc. fur.* 299. in mentem venit *lucernas;* quia *Arnob.* vocat *Mineruam lucernarum modulatricem. Barth.* vero malit *palaeſtras*, et in *Aduerſ.* l. 21. c. 4. *Camoenas.*

Vindicat. Et voti reus, et qui vendidit orbem,
Iam ſibi quisque deos auido certamine fingit.

### Frag. XXIII.

Nolo ego ſemper idem capiti ſuffundere coſtum,
Nec toto ſtomachum conciliare mero.
Taurus amat gramen mutata carpere valle,
Et fera mutatis ſuſtinet ora cibis.
Ipſe dies ideo nos grato perluit hauſtu,
Quod permutatis hora recurrit equis.

### Frag. XXIV.

Vxor legitimus debet quaſi cenſus amari:
Nec cenſum vellem ſemper amare meum.

### Frag. XXV.

Inuenias, quod quisque velit. Non omnibus vnum eſt,
Quod placet. Hic ſpinas colligit, ille roſas.

Frag.

orbem] *Barth. Aduerſ.* l. 36. 17. *vrbem*, *patriam* nimirum, malebat; ſed ad locum *Statii* mauult *orbum*, putatque, de heredipeta agi: ſed hic potius *emere*, vel *redimere* dici deberet *orbum*. Equidem malim intelligere eum, qui, republica pro pretio prodenda, diuitiis ſit potitus.

Fr. XXIII. v. 1. Nolo] *Douſa P. Fr. XXXII.* cum hoc coniungi vult, quia vltimi eius verſus cum huius primis videntur eundem ſenſum exhibere.

v. 2. Nec toto] i. e. quod totum et ſolum hauſtum eſt; ſignificat, ſe nolle totum vinum bibere, nec aqua addita, nec alio potu interpoſito. *Palmer.* in *ſpicil.* vult legi: *Nec noto*. *Reisk.* edidit *Nec ſoli.*

conciliare] *Barth.* proponit *concipilare*, arbitratur autem *conciliare* poſſe ferri, ſi *ſtomachus* pro *commotione* ipſius, *faſtidioque* ipſo dicatur.

v. 6. permutatis] ſcil. *Lunae* vel *Noctis* cum *Solis* vel *Diei* equis. *Barth.* malebat: *Et pernoctatis hora recurrit equis.*

Fr. XXV. Inuenias] Hoc epigramma *Bourdelot.* inſeruit c. 126, 10. poſt verba: *niſi in equeſtribus ſedeo.*

## FRAG. XXVI.

Nam nihil eſt, quod non mortalibus afferat vſum.
Rebus in aduerſis, quae iacuere, iuuant.
Sic, rate demerſa, fuluum deponderat aurum;
Remorum leuitas naufraga membra vehit.
Cum ſonuere tubae; iugulo ſtat diuite ferrum;
Barbara contemtu praelia pannus habet.

## FRAG. XXVII.

Linque tuas ſedes, alienaque littora quaere,
O iuuenis! maior rerum tibi naſcitur ordo.
Ne ſuccumbe malis: te nouerit vltimus Iſter,
Te Boreas gelidus, ſecuraque regna Canopi,
Quique renaſcentem Phoebum, cernuntque cadentem.
Maior in externas Ithacus deſcendat arenas.

FRAG.

Fr. XXVI. v. 1. vſum] *Barth.* mauult *vſus.*

v. 2. quae iacuere] i. e. contemta ſunt. *Lucret. l.* 5. 1135.

*Ergo, regibus occiſis, ſubuerſa iacebat*
*Priſtina maieſtas ſoliorum.*

Dubitat tamen *Burm.* an non ſcripſerit auctor: *quae nocuere, iuuant.*

v. 3. fuluum] Ita legendum eſſe, *Douſa* et *Palmerius* iam viderunt. Sic *Petron.* c. 119, 5. *quae fuluum mitteret aurum. Tornaeſ.* et *al.* habent *vulſam — aurem.*

deponderat] Rarum verbum pro *pondere ſuo deprimit.*

v. 5. iugulo ſtat diuite] i. e. ferrum ſtatim *erectum ſtat*, vbi pugnandum eſt cum diuite.

v. 6. Barbara contemtu] Sic edidi cum *Burm.* et *Hadr.* ſuadente *Douſa.* Dicitur *pannus*, ſcil. mendici, *contemtui habere*, vel *contemnere barbara praelia*, quia mendicus tutus eſt ab impetu latronum. *Tornaeſ.* legit *contemnit*; al. *contemni. Reisk.* edidit: *Raraque contemtus.*

Fr. XXVII. v. 1. Linque] Haec *Bourdel.* inſeruit c. 44.

v. 4. ſecuraque] Sic *Burm.* cum *Hadr.* et *al. Reisk. ſecundaque.*

v. 5. cadentem] Ita emendauit *Douſa F.* ſuadente *Manilio*, qui dixit: *Quaque cadit Phoebus*, pro *occidit.* Alii *iacentem.*

v. 6. externas Ithacus] Hoc latet in *Codd.* et *Edd. vett. externa ſita cui.* Alii, *Torn.* teſte, *externam ſit, qui deſcendat arenam. Palmer.* in *Spicil.* p. 814. *deſcendit.*

## FRAG. XXVIII.

Nam citius flammas mortales ore tenebunt,
Quam ſecreta tegant. Quidquid dimittis in aula,
Effluit, et ſubitis rumoribus oppida pulſat.
Nec ſatis eſt, vulgaſſe fidem: ſimulatius exit
Proditionis opus, famamque onerare laborat.
Sic commiſſa verens, auidus reſerare miniſter,
Fodit humum, regisque latentes prodidit aures.
Concepit nam terra ſonos, calamique loquentes
Inuenere Midam, qualem narrauerat index.

FRAG.

Fr. XXVIII. v. 1. Nam citius] *Bourdelot.* hoc epigramma inſeruit c. 114. Sed *Burm.* neſcit, an non rectius ponatur ad c. 117. vbi *corpora ſua et animas addicunt Eumolpo, et ſecretum iureiurando promittunt.*

mortales] i. e. *mortiferas, letales.* Simile prouerbium occurrit *Cic.* 2. de *Orat.* c. 54. *Dicere aiunt Ennium, flammam a ſapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat.*

v. 3. pulſat] *Valer. Flacc. l.* 5. 273. *Omnemque quatit rumoribus Arcton.* Frequens autem eſt poſterioris aetatis ſcriptoribus *pulſare*, eo ſenſu dictum, quo olim *fatigare*, vt oſtendit *Barth.* ad *Claudian. Bell. Gildon.* 170. et ad *Stat. l.* 8. *Theb.* 249.

v. 5. Proditionis opus] Elegans circumlocutio pro *ipſa proditio.* Ita *virtutis opus. Curt. l.* 8, 14.

v. 6. Sic commiſſa] Hos verſus mutuatus eſt *Petron.* ab *Ouid. l.* 11. *Met.* 183. et *ſqq.* vbi dedecus ſtolidi indicis *Midae* deſcribitur.

verens] Hoc reſtitui cum *Burm.* ex *Cod. vet. Danielis*, quia lect. *vulg. ferens* vix habet ſenſum.

reſerare] Ita *Burm.* et *Hadr.* ex *Fulgent.* ediderunt. *Alii* habent *ſeruare.*

v. 7. Fodit humum] *Ouid.* l. 11. *Met.* 183.

*Viderat hoc famulus, qui cum nec prodere viſum*
*Dedecus auderet, cupiens efferre ſub auras;*
*Nec poſſet reticere tamen, ſecedit, humumque*
*Effodit: et domini quales adſpexerit aures,*
*Voce refert parua; terraeque immurmurat hauſtae* etc.

v. 8. Concepit] Ita *Burm.* et *Hadr.* ex *Fulgent.* Alii *Excepit* edidere.

calamique loquentes] *Ouid.* l. c. 190. *Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus Coepit: et — Prodidit agricolam — dominique coarguit aures.*

v. 9. Inuenere Midam] Ita *Fulgent.* At *Tornaeſ. Inuenere fidem. Anonym. Incinuere*, niſi malis *Innuere.* Sed *incinuere* etiam *Salmaſius* in *Fulgentii*, et *Palmerius* in *Petronii* margine emendauerant; et hoc eſt elegans verbum. *Prop.* l. 2. *El.* 22, 6.

narrauerat] *Fulgent. conceperat.* Ita et *Leid. Munker.* proponit *conſpexerat.*

## Frag. XXIX.

Fallunt nos oculi, vagique ſenſus,
Oppreſſa ratione, mentiuntur.
Nam turris, prope quae quadrata ſurgit.
Attritis procul angulis rotatur.
Hyblaeum refugit ſatur liquorem,
Et naris caſiam frequenter odit.
Hoc illo magis, aut minus, placere
Non poſſet, niſi, lite deſtinata,
Pugnarent dubio tenore ſenſus.

## Frag. XXX.

Iam nunc ardentes auctumnus fregerat vmbras,
Atque hiemem tepidis ſpectabat Phoebus habenis:
Iam platanus iactare comas, iam coeperat vuas
Annumerare ſuas, defecto palmite, vitis:
Ante oculos ſtabat, quidquid promiſerat annus.

## Frag. XXXI.

Sic et membra ſolent auras includere venis,
Quae penitus merſae, cum rurſus abire laborant,
Verberibus rimantur iter: nec deſinit ante,

Frigi-

Fr. XXIX. v. 1. Fallunt] Reperitur in *Cod. Voſſiano* poſt *Auſon. Num.* III.

v. 3. Nam turris] *Lucret. l.* 4. 354.

*Quadrataſque procul turres cum cernimus vrbis,*
*Propterea fit, vti videantur ſaepe rotundae,*
*Angulus obtuſus quia longe cernitur omnis.*

v. 4. Attritis] *Alii*, etiam *C. Voſſ. detritis. Lucret. obtuſus.*

rotatur] i. e. rotundatur.

v. 5. liquorem] *C. Voſſ. licorem.*

v. 6. naris] *Nominativ.* vt *Ouid. Met.* 12, 253. *Acta retro naris. Sauaro* in not. *Et marcens caſiam. C. Voſſ.* habet *Maris.*

v. 9. ſenſus] Hic *Tornaeſ.* ſubiunxit *Epigramma Eumolpi de Inſomniis*, c. 104, 4. a *Burm.* et *al.* inſertum.

Fr. XXX. v. 4. Annumerare] i. e. exhibere quaſi numerandas.

Fr. XXXI. v. 1. Sic et membra] Haec forte *Encolpio*, aut *Eumolpo*, plenam voluptatem perſuadere volenti, tribuenda ſunt.

Frigidus, adſtrictis qui regnat in oſſibus, horror,
Quam tepidus laxo manauit corpore ſudor.

Camara, *vel* camera, *tecti curvi genus, cuius rationem deſcribit. Vitr.* 7, 3. *idque differre ab laquearibus, docet Plin.* 33, 3. *ſ.* 18. et 35, 11. de camara pendebat lucerna. 30, 3. ad camaram diduxit os. 73, 3. *n.* ſublatis manibus ad camaram. 40, 1.

Camella, *genus vaſculi, vel poculi, in ſacris et in conuiuiis vſitati.* 135, 3. camella vini. 137, 10. camellam grandem iuſſit miſceri. 64, 13.

Campus, *ſcil. Martius.* 119, 39.

Canalis, *titulus apophoreti, ſcil. leporis.* 56, 9. *n.*

Cancer, *ſignum coeleſte.* 39, 8.

Candelabrus, *antique pro Candelabrum.* 75, 10. Candelabrum, *lucerna.* 64, 10.

Candidus, candidum iubar. 89, 2. 54. candidus panis, *ſiligneus.* 64, 8. candidus Hylas, *pulcher.* 83, 3. Candidioris naturae opus, *pulchritudo. Fr.* 20, 4. *n.* candidior dies, *felicior, iucundior.* 127, 9. 7. Candor pedum intra auri vinculum poſitus, *candidi pedes.* 126, 17.

Canere Homericis verſibus. 2, 4. *n.*

Caneſcere vsque ad ſenectutem, *maturitatem et quaſi ſenectutem conſequi.* 2, 8. *Conf. Cic. Or.* 2.

Canis, *conuicium plebeium, marito laſciuo adſperſum.* 74, 9. non reliquit canem, *ſcil. intactam.* 43, 8. *n.* canes Laconici. 40, 2, Caninam linguam comedere. 43, 3. *n.*

Canopi regna, *Aegyptus. Fr.* 27, 4.

Canor, canore truci memorata bella. 5, 19.

Canorus, canora voce librum legere. 59, 3.

Cantauit gallus. 74, 1.

Canturire. 64, 2.

Canus vertex, (*niue.*) 122, 147. cana fauilla. 120, 77. *n.* canos pluma diſſimulare. 126, 18. 4.

Capax ſcyphus. 65, 8.

Capere cibum, potionem. 113, 6. oſculum. 138, 7. capere experimentum oculorum. 91, 2. captus, *ſeruus bello captus, Fr.* 21, 5. captae fraudibus opes. 115, 14. capta iuuentus. 89, 2. 27. *n.*

Capillus, capillos ducere, *genus blandimenti.* 18, 4. capillos non liberos habere, *ſe, ac ſua omnia debere creditoribus.* 38, 12. capillati pueri, *vel impuberes.* 27, 1. *vel delicati et molles.* 29, 3. 57, 9. 63, 3. Capillamentum, *crines alieni appoſiti maribus.* 110, 5.

Capis, *genus poculi, non ad ſacra modo, ſed etiam ad menſam adhibiti.* 52, 2.

Capiſtris cultus ſus. 47, 8. Capitolium, Capitolia *plur. pro ſing.* 122, 161. Capitolium, *templum in Capitolio.* 88, 8. Capitolio promittere, *i. e. Ioui Capitolino.* 88, 9. *n.*

Capo, *gallus ſpado, eunuchus.* 59, 2.

Cappadox homo, *i. e. ſeruus, nam ex Cappadocia magna ſeruorum multitudo quotannis Romam deportabatur.* 59, 2. *ſeruus nebulo.* 69. 2.

Capricornus, *ſignum coeleſte.* 39, 12.

Capſillam aureolam de ceruice ſua detraxit Scintilla. 67, 9.

Captare *aliquem, alicuius hereditatem venari.* 116, 6. captabant nec quidquam aliud, niſi tantum, ne eſurirent. 141, 11. captare ſuperbiam. 125, 1. captare coenas. 3, 3.

Captiuus, captiua pubes, *milites incluſi equo Troiano.* 89, 2. 25. captiuitas, 113, 7. *n.*

Capua, *Campaniae vrbs.* 62, 1.

Capulus, (*gladii*) ad capulum referre manus. 82, 2.

Caput, in capite pueri digitos ter-

tergere. 27, 6. pro capite, *i.e. libertate*, contubernalis mille denarios ſoluere. 57, 6. capitibus nocentium nauigium luſtrare, *i. e, ſupplicio.* 105, 1. caput *partis obſcenae.* 132, 8. 7.
Carbunculus eſt probitas, *i. e. ſibi ipſi eſt ornamento.* 55, 6. 14.
Carcer eſt antiquus amor. 42, 7. *n.*
Carchedonii ignes lapidei. 55, 6. 13. *genus carbunculi, ab vrbe Carthagine ſic dictum, deſcriptum a Plin.* 37, 7.
Cardine moto coeli regia viſa metas ſuas transcurrere. 136, 6. 6.
Cardueles, *aues.* 46, 4.
Caricae, *genus fici. Plin.* 13, 5. *Met. cantica, conuiuii ſuauitatem augentia.* 64, 3.
Carinis grauidis freta preſſa peragebantur. 119, 4.
Carmen *pro verſibus ſingulis.* 115, 4. *poëſis.* 118, 5. carmina magica. 134, 12. 13. *incantamentum.* 131, 5.
Carnarium, *tabula cum pluribus vncinis ad carnes et alia ſuſpendenda.* 95, 8. 135, 4. 136, 1. carnarium in medio *amphitheatro.* 45, 6. *n.*
Caro, in carne molli vermes naſcuntur. 57, 3.
Carpere gramen. *Fr.* 23, 3. poma. 82, 5. 1. obſonium, *i. e. ſcindere.* 36, 8. *Metaph.* iter. 116, 1.
Carpus, *nomen ſciſſoris in coena Trim. a carpendo, proprio in hac re verbo, ipſi impoſitum, in lapidibus etiam obuium.* 36, 5. et 8. 40, 5.
Carrio, *ſeruus Trimalchionis.* 70, 10.
Cartae alligatae. 102, 12. *n.*
Carthago, *vrbs Africae, Romae aemula.* 117, 8.
Caryotae, *fructus palmarum, forte Syriacarum, quia Thebaicae hic opponuntur.* 40, 8.
Caſa humilis. 135, 8. 12. Romulea. *Fr.* 21, 6. *n.* piſcatoria. 115, 6.
Caſia, *frutex, cortice aromatico commendatus. Fr.* 29, 6.
Caſſandra. 52, 1. *n.* Caſſandra caligaria. 74, 14. *n.*
Caſſis cruenta *Furoris.* 124, 260.
Caſſus, caſſis arundinibus collectus ignis. 136, 11.
Caſtigare vehementer. 109, 1. caſtigare riſum crebris potiunculis, *i. e. coërcere.* 47, 7.
Caſtra petere, *militiae nomen dare.* 83, 10. caſtra *pro militum multitudine.* 89, 2. 8. *Met.* caſtra replet apis audaci milite. *Fr.* 32, 8.
Caſula, *domus exigua.* 44, 15. 46, 2. 77, 4. *hypogeum.* 111, 6. *n.*
Caſus, *id, quod accidit.* 55, 2. *fortuna.* 15, 6. 102, 2.
Cataphagae. 39, 9. *n.*
Catella, *i. q. catula.* 64, 6.
Catenarius canis. 72, 7.
Catenatio — mobilis, *automaton, cuius ſingula membra certis neruis vel catenulis in varias partes mouentur.* 34, 9.
Catillata vadimonia, *per omnes domos eundo captata promiſſa. Fr. ſ.* 7.
Catillum, *vas aeneum.* 50, 6. catillus conchiclatus. 66, 7. *n.*
Cato, *ſc. M. Cato, M. Porcii pronepos*, pellitur. 119, 45. *n.* Catone prior. 137, 9. 6. Catones, *i. e. ſeueri philoſophi: nam et M. Cato Porcius, et eius pronepos, erant grauiſſimi et ſeueriſſimi.* 132, 15. 1. *Conf. Valer. Max. l. 2. c. vlt.*
Catomidiare. 132, 2. *n.*
Caucaſea arx, *mons Caucaſus, Indiam a Scythia dirimens.* 123, 204.
Caudex, caudice de lento vimineae lances. 135, 8. 6.
Cauea aurea. 28, 9.
Caue, caue canem, *adſcribere ſolebant ianuae, ad quam excubias agebat canis verus, Trim. vbi pictus conſpiciebatur.* 29, 1. cauere malo. 82, 4. cauere paralyſin. 130, 6. cauere depoſito ſuo. 133, 4.
Cauneae, *i. e. ficus Cauno aduectae.*

*itae. Met.* aedilis trium caunearum. 44, 13. *n.*
Caupo. 98, 1.
Cauſſa, *ſcil. felicitatis praeſentis.* 125, 2. cauſſa lacrymarum. 117, 6. ſine cauſſa, *temere.* 74, 2. nec ſine cauſſa, *non caſu.* 127, 7. *res, de qua agitur,* cauſſa noſtra nullo genere erat par. 14, 7. in cauſſa ſedere, *i. e. iudicem eſſe litis.* 14, 1. *Metaph.* cauſſam dicere ferro. 122, 169. *n.* per duas cauſſas ſcinduntur pectora. 123, 217. *n.* cauſſa ſub eadem (*ſub eodem praetextu*) obruere. 93, 3. *n.*
Cedere inſaniae. 94, 6. cedit crinibus aurum. *Fr.* 1, 2. *n.* cedere feliciter. 102, 10. cedent mihi vota. 121, 105. *n.*
Celebrare, non celebrantur literarum ſtudia, *non excoluntur.* 116, 6.
Celer, celeri diſtincta meatu cortina. 5, 18. *n.* celerior ventus diſtulit curationis propoſitum. 107, 13.
Cella oſtiarii *prope ianuam.* 29, 1. 77, 4. cella capti (*ſerui*) *Fr.* 21, 5. *n.* cella, *locus, quem conducebant, vt ibi Veneri litarent.* 8, 4. cella, *cubiculum, in quo habitabant deuerſitores.* 95, 3. *triclinium.* 21, 5. *conf.* 22, 3. cella ſacerdotis. 134, 3. et 7. Cellula. 11, 1. Cellatio, 77, 4. *n.*
Celſus, celſa Tenedos. 89, 2. 29.
Cenſus, *res familiaris, opes.* 87, 4. *Fr.* 4, 1. cenſum turbare. 119, 30. *n.* cenſus in damna furens. 120, 86.
Cento, *vilis veſtis.* 14, 7. *Conf.* 15, 6. *pallium.* 7, 2. Centonarius, *qui centones conficiebat in re militari, et ad incendia reſtinguenda neceſſarios; niſi quis malit cum Burm. ſumere: hoc fuiſſe genus fabrorum, qui ex materia, iam ab aliis praeparata et polita, vnum aliquod opus exſtruerent.* 45, 1.
Centuriae cuius es? *vult nomen centurionis ſcire, quod etiam in lapidibus paſſim indicatur.* 82, 3.
Cepa pyrrhiata, *conuicium.* 58, 2. *n.*
Ceraſinus, *ceraſini coloris,* ceraſinum cingulum. 28, 8. ceraſina tunica. 67, 4.
Cerberus forenſis cauſſidicus. *Fr.* *ſ.* 1.
Cerdo, *nomen pueri, a κέρδος, lucrum.* 60, 8.
Cerebrum, in cerebrum it anathymiaſis. 47, 6. cerebrum meum experieris, *i. e. iram.* 75, 6. Cerebellum cepi ipſi mihi, *coepi ad arbitrium meum viuere.* 76, 1.
Ceres, Cereri, *agriculturae inuentrici,* dare meſſis honores primos. *Fr.* 22, 8. Cereris vacuae nemus. 135. 8. 4. *n.*
Certare oſtro, *ſuperare ſplendorem oſtri.* 119, 10. Certamen ſummum, *i. e. ſtudium ſummum.* 88, 2. ſummo cum certamine. 124, 3. ad certamen, *i. e. certatim.* 124, 3. Certatim, *ibid.*
Certus, *verus, veridicus.* 63, 2. *fidus, conſtans, ſpem non fallens.* 44, 7. certa domus nulli. 119, 53. *n.* non certi fluctus. 114, 2. *n.* certiſſima mors, *ineuitabilis.* 114, 7. certi, *notiſſimi.* 50, 7. *n.*
Ceruix, ceruices marmoreae. 131, 9. ceruix amphorae. 34, 6. cucumae. 136, 2. ceruices cochlearum. 130, 7. Ceruical, ceruicalia inter minutiſſima poſitus Trim. *habitus viri mollis et delicati.* 32, 1. *Conf. Apulej. Met. l.* 10. *p.* 248. ceruicalibus fultus. 78, 5. ceruical (*vnum ex apophoretis*) 56, 8. *n.*
Ceſpes fauum ſuſtinebat. 35, 5. *Conf.* 39, 15.
Chaos. 120, 74.
Chelys vinclo reſoluta parentis, *teſtudo in ouo latens, iam edito a matre. Fr.* 32, 5.
Chiragricus. 132, 14.

Chi-

Chiramaxium, *modicum plauſtrum, a manu vnius ſerui ductum.* 28, 4.
Chius, chiam vitam gerere, *i. e. delicatam.* 63, 3.
Choraules, *qui tibia choro accinit.* 69, 5.
Chorda, *inteſtinum.* 66, 7.
Choreae Aegyptiae. *Fr.* 2, 5.
Chorus pantomimi. 31, 7. *n.* chorus cantans. 34, 1. chorus ditis. 124, 254.
Chryſanthus. 42, 3.
Chryſippus, *philoſophus, inprimis dialecticus.* 88, 4.
Chryſis, *ancilla Circes.* 129, 3. *etc.*
Cibaria coruorum, *furcifer, cruce dignus.* 58, 2.
Cibus, *met.* cibo paſta eodem. 2. 8. *n. res, qua delectamur,* veluti quodam cibo me replebam. 96, 4. ſme ab hoc cibo abſtinebo. 90, 6.
Cicaro, *puer Echionis, plebeie pro Cicero.* 46, 3. puer Trimalchionis. 71, 11.
Cicatrix, frontes cicatricibus ſcindere, (*vt Aethiopes.*) 102, 15. *Met.* cicatricem reſcindere. 113, 8. *n.* cicatrix non eſt in hoc pectore, *i. e. ſimultas.* 91, 6. ſine cicatrice. 99, 2.
Cicer, *victus tenuium.* 14, 3. cicer arietinum, *a capitis arietini ſimilitudine dictum.* 35, 3. Cicereius, *i. q. calidus.* 58, 4. *n.*
Cicero, vt ait Cicero. 3, 2. indomitus, *inuictus eloquentia.* 5, 20. honeſtior Publio, *forte quia conſul fuerat, et Publius libertus.* 55, 5.
Ciconia. 55, 6. 4.
Ciere, *excitare claſſico.* 120, 94. ciet mortem tuba, *i. e. protendit.* 122, 135.
Cimex, cimices ipſos ore tangere. 98, 1. *n.*
Cinaedus. 21, 2. 23, 2. 24, 2.
Cinctus altius ſtator. 126, 5.
Cingillum. 67, 4.
Cinis, cineres diuiſit tellus, *i. e. in variis terris ſepulti ſunt.* 120, 65. Id cinerem credis curare. 111, 11.
Cinnamum, *frutex aromaticus pretioſus.* 93, 2. 9.
Cinnamus, *diſpenſator Trimalchionis, nomen ſeruis olim frequens.* 30, 2.
Circa pedes diſcumbentium ſparſi. 22, 2. circa, *ſcil. erant propoſita.* 66, 4. *n.*
Circe dea, ſolis progenies, eius mater curſum mundi detinuit. 127, 6. *n.* Circe ſocios mutauit Vlyxis. 134, 12. 13. Circe, *mulier illuſtris et venuſtiſſima, amans Encolpium.* 127, 6.
Circenſes ludi. 70, 13.
Circuire. 92, 6. *vid.* Circumire. Circuitu agere, *i. e. doloſe, fraudulenter.* 13, 4.
Circulatim. 67, 8. *n.*
Circulator, *qui in circulis ex tempore verſus recitabat, atque aliis ludis populum delectabat.* 68, 6.
Circulus, circulos ardentes tranſibant petauriſtarii. 53, 11. circulus eboreus, *ornamentum lacerti.* 32, 4. circulus dolii. 60, 3. circuli, *coetus populi circumſtantis aliquem in viis publicis.* 47, 8. circuli ludentum. 27, 1. in diuerſa parte circuli. 27, 3.
Circumagere. 114, 6. circumactum leui vortice corpus. 115, 7.
Circumamictus, quaſi ſomnio. 100, 5. *n.*
Circumcidere (*Iudaeorum more.*) 102, 14.
Circumdare veſte ſua errantem. 92, 10. circumdata vitello ficedula. 33, 8.
Circumducere (*in luſtrationibus vſitatum.*) 141, 12.
Circumferebat collo onera Phileros. 46, 8.
Circumfluere, *cingere aliquem.* 5, 15. *n.*
Circumire pedes. 54, 3. aegrotorum cubilia. 101, 11. circumire furentis more omnes porticus. 82, 1.

82. 1. Circumitor, *cuſtos fundorum.* 53, 10.
Circummingere. 62, 6. *ſummo dedecore afficere.* 57. 3. *conf. Ariſtoph. Veſp.* 393.
Circumſcriptus, *deceptus.* 112, 6. *n.* circumſcripta mora fuga acui, *retardata arte.* 119, 23. *n.*
Circumſpicere totum triclinium. 54, 4.
Circumtonſae pinus. 131, 8. 3.
Circumuenire, *cingere.* 92, 8. 119, 31. circumuenienti zona vtrumque praecingere. 114, 10.
Ciſterna frigidaria. 73, 2.
Citius dicto. 74, 4.
Citreus, citrea menſa. 119, 29. *n.*
Citare ad teſtimonium. 2, 5.
Ciuis, ciues vt Gallia putet ſuos. 102, 14.
Ciuitas, *pro vrbe.* 8, 2. 141, 12.
Clades. 122, 126. *fons exitii.* 119, 13.
Clamare pro alio. 108, 6. alicui, *hortari aliquem.* 46, 8. clamare Iouem, *inuocare.* 58, 5. clamare, *inuitare.* 127, 9. 6. clamans poëta, *verſus recitans clara voce.* 115, 3. Clamor ne ancillarum quidem aciem deſtituit. 108, 8.
Clarus, clara vox. 34, 1. 108, 5.
Claſſis alia ſeruorum, *i. e. ordo.* 74, 7. claſſis, *plures naues.* 89, 2. 33. 121, 119. *Fr.* 21, 8. *vna nauis.* 108, 14. 3.
Claſſica a calando. *Fr. Petron. Gramm.*
Claudere, claudit hiems locum, *gelu conſtringit.* 122, 146. clauſus pauo paſcitur. 55, 6. 2. *n.* clauſum poſſidet arca Iouem. 137, 11. 2.
Clauſtrum. 11, 2. *vel* cloſtra (*equi Troiani*) 89, 2. 5. et 7. et 57.
Clauus tabularis. 75, 7. *n.* claui agreſtes. 135, 8. 9. *n.*
Clibanus argenteus, *vas portatile, in quo, ſuppoſito igne, panes, placentas et al. coquere ſolebant.* 35, 6.
Cliens impotentium, 5, 5. cliens donauerat diſpenſatori veſtimenta. 30, 11. clientes ſodalesque filii. 117, 6.
Cliuus, *ſcil. Capitolinus.* 44, 18. *n. Met.* cliuo in medio lautitiarum. 47, 8. *n.*
Cloſtellum, *foramen, quo clauis immittitur.* 140, 11.
Cloſtrum, *vid.* Clauſtrum.
Clunis. 21, 2. 23, 3.
Cluſus *pro clauſus.* 63, 8.
Coaequalis, coaequale natalium ſacrum ſinciput. 136, 1. *n.*
Coarctare vulnus araneis. 98, 7. *n.*
Cochlea, *limax.* 66, 7. cochleas adferre in craticula argentea, *genus laxus.* 70, 7. cochlearum ceruices. 130, 7. *n.*
Coccineus, *vel* Coccinus, *cocco tinctus, vel cocci colorem referens.* 28, 4. 32, 2. 38, 5.
Coco, *ſonus gallinae et caponis,* 59, 2. *n.*
Coctus, dices hic porcos coctos ambulare. 45, 4. *n.* fit, *pro coquitur, vel paratus coquendo.* 74, 4. coctos facere. 47, 10. Coctores, *coqui ſerui.* 95, 8.
Cocus, *i. q. coquus.* 70, 7. *etc.*
Cocytus, *foeda palus,* Cocyta aqua. 120, 69. Cocyti penetralia, *orcus.* 121, 103. Cocyti tenebrae. 124, 278.
Coda, *pro cauda.* 44, 12.
Codex, non mulier, *ſtolida, bruta.* 74, 13. codicilli, *tabulae pugillares ceratae.* 55, 2. *epiſtola tumultuaria, codicillis eiusmodi inſcripta.* 129, 12. *Vid. Cic. Qu. Fr.* 2, 10. *Sen. Ep.* 55. *f.*
Coelum, coeli onus tulit. 139, 2. 3. coelus *antique pro coelum.* 39, 5. in coelum abire, *felicem eſſe.* 37, 4. *n.* in coelo poſitus. 132, 9. coelum Iouis tenere. 51, 4. *n.* coelum *pro Ioue, vel diis.* 127, 6. coeli timor, *dii coeleſtes timentes.* 124, 246. nemo coelum coelum putat. 44, 17. vbique medius coelus eſt. 45, 3. *n.* coeli ſummas auriculas aduocat *Iudaeus. Fr.* 35, 2. *n.* Coeleſtis, *pulcher-*

*cherrimus;* coeleſti corpore vincis Venerem. *Fr.* 1, 6. coeleſte ac diuinum pectus. 138, 7. Coelicolae. 126, 18. 2.

Coenare bis. 57, 9. vsque in lucem. 73, 6. Coena Trimalchionis. c. 31—78. coena *pro cibis.* 39, 3. coena praeparata. 16, 1. coena Cynica. 14, 1. 3. *n.* Coenula. 111, 8. Coenaculum, *ſuperior domus pars, vel adeo aediculae tenuium, a domibus ſeparatae.* 38, 10. *Conf. Suet. Vitell.* 7. Coenationes *pro coenaculis.* 77, 4. Coenatoria, *veſtes, quibus in coena antiqui vtebantur.* 21, 5. *titulus apophoreti.* 56, 9.

Coenum, coeno haec merſant Romam. 119, 58. *n.* coeno medio obruta virtus iacet. *Fr.* 21, 7.

Coepi, cum coepi, *ſcil. incaleſcere.* 58, 4. *n.* coepi perſequi. 6, 2. *pro perſecutus ſum, Pleonaſmus Petronio frequentiſſimus. vid. Appendicem.*

Cogitare caedem et ſanguinem, *i. e. parare.* 82, 2. cogita balneum, *memor eſto balnei, vel eius, quod tibi accidit in balneo.* 93, 3. Cogitationes, *conſilia,* cogitationes tacitae *dei.* 127, 6. cogitationibus magnis implere pectora. 115, 14. cogitationum magnarum haec ſunt vota. 115, 10.

Cogi cibum ſumere aut viuere. 111, 13.

Cognoſcere oſculum (*frui amore.*) 127, 3.

Coheres. 76, 1.

Coire in pullum, *fieri pullum.* 33, 7. coiens gratia, *met. repetita a vulnere coëunte.* 113, 8. Coitus venere conſtrictus. 109, 2.

Colchi Phaſiaci, *ad Phaſim, fluvium, ſiti.* 93, 2. 1.

Colepium. 70, 2. *n.*

Colere rura cantu. 131, 8. 8.

Coleus, coleos habere. 44, 14. *n.* colei, *teſticuli, forte pueri bene coleati.* 39, 7.

Coliculus *pro cauliculus.* 132, 8. 2.

Collectus, *vid.* Colligere.

Collega, ſocius conuiuii. 29, 1.

Collibertus. 38, 6. *vid.* Conlibertus.

Collidere, colliſa pluribus oſculis labra crepitabant. 132, 1. colliſa erat phiala. 51, 3. collident nos mille cauſſae, *i. e. internas lites mouebunt, met. a vaſis vel nauibus colliſis petita.* 10, 5.

Colligere ſarcinulas, *conuaſare res ſuas, et abitum parare.* 81, 1. colligere altius tunicam, *habitus feſtinantis.* 126, 12. collecto cultu. 136, 8. *n.* colligere vocem. 100, 5. collecto ſpiritu. 29, 2. colligere mucrone fruſta. 59, 7. collecta rabies libidine perditorum. 108, 8. colligere, *diuinare,* hominum mores ex vultibus. 126, 3. Collectio ſpiritus. 98, 4.

Collocare *pecuniam, conferre ad vſus villae, vel in foenore ponere.* 53, 4.

Colloqui graecis verſibus, *verſus homericos iactare.* 59, 3.

Colludere cum piſtoribus. 44, 2.

Colonia. 44, 15. 57, 9. 76, 10. Colono Lacedaemonio tellus habitata. 5, 10.

Color, colores *pro ſingul.* 102, 13. coloris ſui nunquam fuit, *priſtinum colorem non recuperauit.* 63, 10. *Met.* color verſibus intextus, *ornatus verſibus ita intextus, vt iis innatus, non adſcitus videatur; met. repetita a veſtibus, quarum iam lana eſt tincta.* 118, 5. coloris ſani carmen. 2, 8. coloris ingenui argumentum. *Fr.* 35, 7.

Colubra *pro coluber.* 45, 9.

Columbae, par columbarum illi donabo, *ſacrarum quippe Veneri.* 85, 5. columbam tenens ſtatua. 71, 11.

Comae pectine flexae. 126, 2. vernantes. 109, 9. 2. comas, *frondem,* iactat platanus. *Fr.* 30, 3.

Coma-

Comatoria acus, *vid.* Acus.
Comederunt ſtriges neruos. 134, 1. comedere caninam linguam. 43, 3. *n.*
Comes, *pro commilito.* 122, 167. comes rapinae, veſtis. 117, 3. *n.*
Comiſſans. 23, 1. Comiſſator: *ita dicitur Habinnas, quia comiſſandi et bibendi cauſſa, ex vno ad alterum conuiuium venit.* 65, 3.
Comitari, comitatus *paſſiue per archaismum.* 17, 1. 100, 1. Comitatus, *ſocietas et auxilium.* 102, 6. comitatus, *pro comitibus.* 19, 4.
Commendatior vultus, *pulchrior.* 110, 5.
Commilito, *ſocius.* 80, 8.
Commiſſura. 97, 8.
Committere iudici litem. 80, 6. reliqua fortunae. 102, 1. commiſſa (*ſc. ſecreta.*) *Fr.* 28, 6.
Commodare locum perituro. 112, 6. amplexus. 126, 1. lacrymas lugenti. 111, 4. commoda manum, *occide nos.* 101, 2. commodabam iniuriae Eumolpi advocationem. 96, 4. *n.*
Commodum, *bonum, immunitas.* omnibus prohiberi commodis. 116, 7. commoda detrita luxu vulneribus reparantur. 119, 56.
Commonſtrare. 97, 2.
Commorari, commorata eſt diu ſumma carminis penes Mopſum: *diu ipſi tributa eſt ſumma laus poëſeos.* 55, 4.
Commouere iratum caput. 113, 2. *n.* valgiter labra. 26, 5. latera riſu. 20, 7. commouere orbes, *concutere clypeos, quod ante pugnam fiebat.* 89, 2. 61. *Met.* commoueri aetate alicuius magis, quam iniuria ſua. 17, 6.
Commundare menſas; *hoc fiebat ferculo ſublato, quia mappae deſtitutae erant.* 47, 8.
Communis amica. 105, 3. amicitia. 79, 11. communes ſarcinulas partiri. 10, 4. communis ſermo, *allocutio vulgaris, qua quemque appellamus.* 113, 8. *n.*
Comoedi, emti a Trim. 53, 13.
Comparatio, in comparatione ſi hanc vidiſſet Paris. 138, 7.
Compendium, *lucrum.* 14, 4. *n.* Compendiaria, *via contractior,* tam magnae artis. 2, 9. *n.*
Comperire ex nouacula. 103, 1.
Compes, compedes mulieris (*periſcelides, ridicule.*) 67, 7. Compediti. 39, 9.
Compilatus copo. 62, 12.
Complexus ſine aemulo. 83, 5. complexibus arctiſſimis alligare puerum. 11, 1.
Complodere manus, *geſtus laetantis.* 18, 7. 20, 5. 24, 2. *admirantis.* 34, 7. *iraſcentis.* 137, 1. *n.*
Componere, compoſitus arte color. 102, 15. componere argentum, *ordinare et ponere loco ſuo vaſa argentea.* 67, 2. compoſita, *tunica denuo in ordinem redacta.* 67, 13. componere carmina. 137, 9. 5. componere, *colligere, exſtruere.* 99, 6. *n.* compoſiti, *iacentes,* pariter in gramine. 127, 10. compoſito ſilentio. 103, 6. compoſitus leuiſſima ambulatione ante ſomnum, *ad tranquillitatem reductus.* 130, 8. componere, *ſepelire.* 114, 11. componere animos ſapientiae praeceptis, *i. e. inſtruere.* 4, 3. compoſitus ad fata Sinon, *inſtructus ad fata Troiae extrema explenda ſuo mendacio.* 89, 2. 13. compoſitus tute inceſſus. 126, 2. componere mimum. 117, 4. *n.* componere paria, *proprie dicitur de gladiatoribus ad pugnandum commiſſis.* 19, 5. componere gradum ad praeliandum. 80, 2. componere ſtatum praeliantis. 95, 8. compoſita foedera in haec verba, *i. e. concepta.* 109, 4.
Comprehendere genua alicuius, *ſupplicis geſtus.* 101, 2. *i. q. exprimere*, comprehendere aere animas hominum. 88, 5. res geſtas verſibus. 118, 6.

com-

comprehendere formam nulla vox poteſt. 126, 14.
Comprimere, compreſſum iam diu riſum effundere. 58, 1.
Comprobare, *laudare*. 55, 1.
Computare bona ſua. 44,17.*n*.82,7.
Comula beſſalis. 58, 5. *n*.
Conari, dum conaremur intrare, *cum in eo eſſemus, vt intraremus*. 30, 5. ſi quid vellent conari, i. e. *ſi quam vim parare vellent*. 19, 4,
Conceptus, concepti (*ſc. pulli*) 33, 5. conceptis verbis iurare. 132, 2. conceptiſſimis verbis. 113, 13. *n. vid.* Concipere.
Conceſſio peregrini amoris. 91,6.*n*.
Concha *pro purpura*. 119, 9. *n*.
Conchiclatum catillum. 66, 7.*n*.
Conchylium. 119, 35. Conchyliatus, *conchilio, vel murice tinctus*, conchyliatum tomentum. 38, 5. conchyliata lana. 54, 4.
Concidere ſecundum lectum. 22, 5.
Concidere vitulum. 59, 7. corpus in partes. 141, 2. concidenda iam paullo ante lues iacebat. 123, 192. Conciſa vulnera. 121, 120. *n*.
Conciliare, *eſt proprium lenocinio; concilio tibi ſororem, ſc. me, i. e. ero tibi ſoror, vel amica*. 127, 1. tanta gratia conciliabat vocem loquentis. 127, 5. conciliare gratiam. 112, 2. conciliatur ſtomacho auerſo caro arte quadam, *vel condimentis*. 141, 8. Concilium, concilio turbae frequentioris oculos ſuos credere. 140, 14.
Concinere, concinente tota familia. 52, 10.
Concinnare vultum ſpoliatum crinibus. 113, 5.
Concio. 14, 7. *n*. 15, 4. *Conf. Gell*. 18, 7.
Concipere partum, *metaph. fingere aliquid animo*. 118, 3. concepit terra ſonos. *Fr*. 28, 8. concepta tabes medullis. 119,54.
Concitare libidinem, *ſc. ſuam*. 126, 5. concitatus iracundia. 106, 1. concitare totam viciniam. 78, 6.
Conclamare, *valde clamare*. 102, 9. Gaio, feliciter! conclamauit. 50, 1. conclamauit, *ſcil. lugubri fletu*. 54, 1.
Concoquere bonum ſuum, *moderate vti ſua fortuna*. 75, 6. concoquere famem ſicco ore. 82, 5. 4. concoquere tres plagas, *tolerare*. 105, 5.
Concordia Sirenum, *concentus harmonicus canentium Sirenum*. 127, 5. Concordia, *dea*, lacera palla. 124, 253.
Concrepare, *vt orator*. 137, 9. 5. *n*. concrepare aera. 22, 6. concrepat haſtis ſcuta *factio Homeriſtarum*. 59, 3. *ſecundum Iliad*. 4, 447. Concrepare digitos, *crepitu digitorum aliquid poſcere, more ſuperbi domini*. 27, 5.
Concreta glacies. 122, 150. concreta gelu vnda. 123, 200.
Concupiſcere omnia. 130, 5.
Concutere laciniam pallii, *explicare et demonſtrare*. 12, 2. Concuſſa, *commota*, gemitibus largis. 18, 1. concuſſae nubes flamine. 123, 196. *Met*. concutere plebem. 124, 288.
Condemnare eiusmodi ludibria. 104, 3.
Condere opes. 104, 4, 11. condita barba pixide aurea. 29, 8. conditus lectulo, *iacens in lectulo*. 132, 7. condere nodo, *i. e. circumdare*. 94, 8. *n*. condit formam ars, *abſcondit*. *Fr*. 20, 5. condunt ſcuta. *Fr*. *f*. 4. condunt, *finiunt*, conchylia coenas. 119, 35. *n*. Conditorium. 111, 2. *n*.
Condimentis foetere. 70, 12.
Condiſcere, *actoribus proprium*. 117, 6. *n*.
Conditionem, *transactionem propoſitam*, rapere. 80, 6.
Conditura vitreorum, *ſcil. vaſorum, ratio vitrea ita temperandi, vt flexilia reddantur*. 51, 5.
Conducere locum ſecretum. 81, 1. puerum. 81, 4. conducere onus deferendum. 101, 4. *n*. in con-

ductum, *ſcil. hoſpitium*, accucurrit. 9, 4.
Conferre rogum. 115, 20. *n.*
Confeſſus amor. 127, 9. 2. *n.* confeſſus Euium, *dicens, ſe eſſe Euium*. 41, 6. Confeſſione ſua exilio dignus. 81, 4.
Confice celerius, *verbum ex arena translatum*. 20, 1.
Confidentia deteriorem facere cauſſam. 107, 10.
Configere verubus anſerem. 137, 11.
Confingere. 132, 7.
Confinium luminum. 126, 15.
Confiteri non vult in ſenectute, quod quisquam perperam didicit. 4, 4. *n.* confitentem habes reum. 130, 2.
Confluere, *conneuire*. 14, 7.
Confodere, confoſſi vulneribus *ab cinaedo, ſtuprati*. 26, 7.
Confractum grandine coelum. 123, 198.
Confugere ad fortiorem. 91, 18. ad temeritatem. 102, 1. confugere ad poenam, *incidere poenae*. 107, 10. confugere in viſcera. 132, 8. 6.
Confundere hilaritatem, *perturbare*. 132, 5. confuſa regia coeli. 136, 6. 5. confuſus, *i. e. contriſtatus*. 91, 1. 101, 7. *perturbatus*. 74, 1. et 10. confuſa fletu. 134, 6. confundere cauſſam. 107, 7. *n.* Confuſio vultus, *triſtitia*. 101, 8.
Congemere, congemuit cinaedus infractis manibus. 23, 1.
Congerere opes ſuas *in aliquem*. 124, 3.
Coniicere ter in ſinum lapillos. 131, 5. aquam in os. 67, 2. in puteum 42, 7. coniicere in duas pelles, *condere*. 102, 8. coniicere piper, *verbum proprium culinae*. 49, 5. coniicere *aliquem* in viatorum decuriam, *poenae loco aliquem ei adiungere*. 47, 12. quemuis in rutae folium. 37, 10. *n.* coniicere ſe in locum aliquem. 9, 1. in armarium. *Fr.* 10. in balneum. 72, 3. *celeritas videtur indicari*. Coniectus teli. 90, 2.
Coniecturam ducere. 137, 10.
Coniungere dextram dextrae. 121, 100. agellis Siciliam. 48, 3. coniunctis capitibus marcebant, (*qui inter oſculandum obdormiuerant.*) 22, 2. coniungere omnia vota in vnum, *ſuae libidini plane ſatisfacere*. 86, 5. coniungunt nos ſola morte dii. 114, 8. coniuncti vobis familiaritate. 107, 5.
Conlibertus. 57, 1.
Connexus lacertus circulo eburneo. 32, 4. *n.*
Conſalutare. 117, 6.
Conſcendere in montem. 116, 1.
Conſcius auri ſecreti. 128, 6. 6.
Conſecare genas. 137, 4. 2.
Conſeneſcare, Eudoxus in cacumine montis conſenuit. 88, 4.
Conſentire, conſentiunt luminibus iubae. 89, 2. 39. *n.* Conſenſus par ſomniorum, *ſomnia plane conſentientia*. 106, 3.
Conſeruare, *i. q. ſeruare*. 135, 8. 12.
Conſiderare diligentius. 12, 3. conſiderare, *contemplari diligenter*. 30, 1.
Conſidere ſuper lectum. 9, 2. *de pluribus vno eodemque loco ſedentibus*. 26, 4. conſidere aruis, *ſedem figere in aruis*. 112. 2.
Conſidere, conſidit ira. 99, 3. rabies iraſcentis. 139, 5.
Conſilium, conſiliorum bonorum eſt, *i. e. prudens*. 37, 7. conſilio, *i. e. conſulto, non caſu*. 101, 3. conſilia, *arcana, myſteria*. 17, 8. Conſiliator deorum, *mathematicus, vates*. 76, 10. *n.*
Conſiſtere in ſummo humore. 137, 10. *Met.* nec vno loco conſiſtit. 46, 5. *n.* nec intra rixam tumultus conſiſtit. 64, 10. conſiſtere cum Quartilla, i. e. *pugnare*. 19, 5.
Conſortium ſtudiorum. 101, 2.
Conſpui me iubet. 132, 3. conſpuit me baſio immundiſſimo. 23, 4.

23, 4. conſpuere in ſinum, *quaſi ominis auertendi cauſſa, indicium aduerſantis.* 74, 13.
Conſternatus. 60, 2.
Conſtantia omnis excidit attonitis. 19, 6.
Conſtare, conſtaret mendacio fides. 140, 7. *n.* vt omni ratione mendacium conſtet. 102, 14.
Conſtituere, *decernere.* 94, 8. conſtituta lite vos dimitto. 18, 5.
Conſtitutus, *ſc. dies,* ad conſtitutum non venire, *deſerere vadimonium.* 15, 6. conſtitutum nunquam habui, *i. e. nunquam accuſatus ſum a creditoribus.* 57, 5.
Conſtratum nauis, *vel* puppis, *tabulatum nauis, quae conſtrata dicitur a Cic. Verr.* 5, 34. *et tecta a Caeſ.* 1, 56. 2. 4. *et* καταφράκτος *a Polyb.* 1, 20. *Verum huius nauis tabulatum non pugnantibus, ſed dormientibus vectoribus inſeruiebat, nec tamen Lycas cum Tryphaena ſuper eo cubabant, ſed Eumolpus cum ſuis, in conſtrato puppis, audiebat vocem Lycae ſub eo, in diaeta magiſtri, quae dicitur cubantis.* 100, 3. et 6.
Conſtringere manus, *ſignum imperioſi aut irati.* 17, 3. conſtricta frons, *rugoſa.* 132, 15. 1. *n.* conſtrictus venere coitus. 109, 2.
Conſuetudinem, *facultatem ſolitam,* perdere. 140, 11. conſuetudinem meam expectauit, *donum, quod poſt ſingula vota ei dare ſolebam.* 86, 6. conſuetudo, *praeſens et conſueta fortuna.* 125, 2. conſuetudinem vetuſtiſſimam putabam in ſanguinis pignus tranſiiſſe, *i. e. vſum diuturnum familiaritatis.* 80, 6.
Conſule cum gemino Magnus fugit. 123, 238.
Conſulere prudentiorem. 88, 1.
Conſultus, ſapientiae conſultiſſima via. 88, 7. *n.*
Conſumere, conſumit ruga veſtes diutius vinctas. 102, 12. *n.* conſumere omnium textorum dicta. 33, 3. *n.* conſumta vrbanitate. 109, 8. conſumtis verſibus. 23, 4. conſumere pecuniam apud amicam communem. 105, 3. conſumere, *tranſigere,* vltimam quamque lucem, tamquam non redituram. 99, 1. *n.* conſumere aetatem inter experimenta. 88, 3.
Conſurgere ad officium nuptiale. 25, 7. curſurgere ad aurem. 86, 4. conſurgunt freta tumida. 89, 2. 30. conſurgere altius. 60, 7.
Contactus veneficio. 128, 2.
Contaminare, *laedere,* ingenuos contra fas. 108, 3.
Contegere arte verberum notas. 132, 6. contectus mea tunica (*quaſi in veſticontubernio.*) 114. 10.
Contemnere moleſtum, *non curare, non metuere.* 8, 4. contemni turpe eſt. 18, 6. contemtus amor. 108, 14. 5. contemta perſona, *vilis, de plebe infima.* 13, 2. Contemtus, *ſubſt.* contemtu (*dat. vet.*) habere, *contemnere. Fr.* 26, 6.
Contemplationem iniicere. 12, 4.
Contentio, *ſponſio, qua quis prouocatur.* 71, 1.
Contentus — recumbere. 70, 13. contentus abſcindam partem meam. 80, 1. *n.*
Conterere os vultu, *de oſculante.* 91, 4. *n.*
Contextu fabularum deficiente. 20, 5.
Continere manus a rixa. 96, 6. non continere (*retinere*) manus. 96, 3. continere libidinem ſuam. 74, 9. continere, *pro continere ventrem.* 47, 4. contineri declamationibus. 2, 3. *n.* continere ſe intra verba. 11, 4. contine te, *quieſce.* 65, 5.
Contingere terram. 27, 2. contingere poteſt, vt, *pro fieri poteſt,* vt, *de re laeta.* 94, 10.
Continuare in mortem vltimam ſomnos. 89, 2. 63. *n.*
Continuo, *ſtatim.* 24, 5. 33, 4.

# INDEX.

Contra hanc quid Venus poſſet? 138, 6. erat contra aurum, *pretium auri aequabat.* 76, 3.

Controuerſia, *cauſſa, plerumque ficta;* controuerſiam declamare. 47, 4. ſi factum eſt, controuerſia non eſt. 48, 6, *vera cauſſa*, controuerſia ſententiolis vibrantibus picta. 118, 2. in controuerſiam (*pro controuerſia*) eſſe, *controuerſum eſſe.* 15, 3.

Contubernium balneatoris, *ſerui ſcilicet.* 53, 10. in contubernium recipere. 92, 4. Contubernalis, *maritus Meliſſae.* 62, 9. contubernalis, *frater, vel amaſius.* 24, 3. contubernalis, *fem. vxor ſerui.* 57, 6. 70, 10. 96, 7.

Contumax, *non parens imperio.* 132, 9. Contumacia *detrectantis onus.* 117, 13.

Contumelia, contumelias accepit Lycas, *vxore corrupta.* 106, 2. contumelia, *titulus apophoreti, ſcil. conti cum malo.* 56, 8. *n.*

Conturbare, *ſcil. rationes, alieno aere oppreſſum eſſe et decoquere.* 38, 16. *Met. deſerere amatorem priſtinum, vti alieno aere oppreſſi, vt poſterioribus creditoribus ſatisfaciant, omittunt priores.* 81, 5.

Contus cum malo, *apophoretum Trim.* 56, 8.

Contuſus, contuſum brachium. 54, 4. contuſa lumina. 124, 273.

Conualeſcere, ccnualeſcens ignis. 136, 2. *n.* cnnualait tempeſtas. 114, 4.

Conuellere latus, *i. q. vellere.* 130, 8. *n.* conuellere praedam repugnantem, *vi exturbare ex ſedibus ſuis.* 109, 6.

Conuenire, *congruere*, non conuenit his moribus. 94, 5. conuenit hoc (*inter eos,*) *hoc conſtituerunt, decreuerunt inuicem.* 22, 5. conuenit inimicis, *conciliantur.* 98, 9. conuenire nobis non poteſt, *ſocietas inter nos locum non habet.* 10, 4.

Conuertere, omnium oculos, *ſcil. ad ſe.* 35, 2. conuerſis omnium in ſe vultibus. 110, 8. conuerti totum ignem furoris in eam. 132, 7. conuertit ſe ira in odium. 108, 2. connertere crines calamiſtro. 102, 15. *n.* conuerſa poteſtas ſparſis opibus. 119, 43. *i. q. proſtrata.*

Conuicium, *literae, conuiciis plenae.* 129, 10.

Conuictus, in conuictu ſuauius eſſe. 61, 2.

Conuiua vetus, *homo, cuius omnis vita in epulis eſt peracta.* 31, 8. Conuiuium, *conuiuae.* 109, 5. *n.*

Conuolare, *celeriter conuenire.* 23, 3.

Copioſus, fortuna copioſa cornu abundanti. 29, 6. *n.* copioſae amphorae. 71, 11. *n.*

Copo, *pro caupo*, tanquam copo compilatus, fugi. 62, 12. copones in aquario naſci *dicuntur, quia vinum adulterant aqua.* 39, 12.

Coptoplacenta, *genus placentae,* porcelli ex coptoplacentis facti. 40, 4.

Cor non habere, *animum.* 59, 2. cordi eſt mihi. 121, 109.

Corax, *mercenarius Eumolpi, et tonſor.* 117, 11. etc.

Corbis, *f.* 33, 3.

Corcillum, *intelligenda.* 75, 8. *n.*

Cordax, *ſaltatio laſciua.* 52, 9.

Corinthus, *vrbs Achaiae.* 50, 3. Corinthus, *Trimalchionis aerarius.* 50, 4. Corinthius aſellus, *ex aere Corinthio factus.* 31, 9. Corinthia vera *explicat Trim. ridicule.* 50, 2. *ſed hoc nomen accepiſſe videntur iſta vaſa ex eo, quod artifices Corinthiaci talia confecerant ex aeris elegante mixtura.*

Corneolus, *durus,* vt cornu. 43, 7.

Cornicines, *in funeribus cum tubicinibus adhibiti.* 78, 5.

Corniger. 133, 3. 14.

Cor-

Cornix, *ex genere coruorum, acrama Trim.* 53, 12.
Cornu abundans, *cornu copiae.* 29, 6. cornum, *antique.* 39, 5. cornua naſcuntur prae mole. 39, 12. *n.*
Corolla, corollis vinxerunt pedes. 70, 8. Corollarium accipere. 74, 3.
Corona argentea oneratus cocus. 50. 1. coronae aureae ex circulo pendentes. 60, 3. coronae odoratae. 135, 8. 13. coronis oneratus Habinnas, *intrans ad coenam.* 65, 7. coronas pingere ad pedes ſtatuae. 71, 6. corona *poëtae.* 83, 8. *Conf. Suet. Nero.* 12.
Corpus, corpora animasque religioſiſſime addicere domino. 117, 5. corpus nullum ſine pignore eſt. 119, 53. corpus orationis eneruatur. 2, 2. extra corporis orationis expreſſae ſententiae. 118, 5. *n.* corpus, *vnius generis cibus.* 69, 8. corpus, *pars corporis obſcena.* 130, 7. Corporaliter, aut propter res venerarias curare. 61, 7.
Corrigere, *reparare*, belle phialam *colliſam.* 51, 4. correcti pedes. 67, 12. *n.*
Corripere, correptum Gitona. 26, 2. correptis armis, exſtruere praemia orbis, *colligere bello bona terrarum variarum.* 119, 32.
Corrotundare, corrotundata terra, quaſi ouum. 39, 15. corrotundare centies ſeſtertium, *coaceruare hanc plenam ſummam.* 76, 8.
Corrumpere, corrupti naufragio cibi. 115, 6. corrupta vxor. 106, 2. corrupta auro maieſtas. 119, 44. corrupta vini odore, *allecta.* 111, 10.
Cortina. 5, 18. *n.*
Coruus, coruorum cibaria, *cruce dignis.* 58, 2. *imago heredipetae.* 116, 9. *n.*
Corymbion. 110, 1. *n.* et 5.
Coſmianum alabaſtrum, *plenum vnguentis Coſmi, vnguentarii nobiliſſimi. Fr.* 13. *n.*
Coſtas recorrigere. 43, 4.
Coſtum, *nardi genus*, ſuffundere capiti. *Fr.* 23, 1.
Craſſus, *M. Craſſus triumuir, cum* Parthus habet, *periit apud Parthos.* 120, 63.
Craſtinus, in craſtinum, *ſc. diem.* 18, 5.
Crates, *tabula, contexta viminibus*, crate ſaligna impoſitum Cereris vacuae nemus. 135, 8. 3. *n.* Craticula argentea. 31, 11. 70, 7.
Creber, creberrimi ictus. 95, 6.
Credere, credentes iam ſua ſponte aures deflectere. 105, 8. credere pelago, *vel confidere. eleganter dicitur, qui nauigare audet.* 83, 10. credere ſe regioni. 115, 7. *n.* bonitati *alicuius* ſe et vota ſua. 140, 2. credere, *committere*, omnia fortunae. 123, 237. credere non multum conſilio. 82, 13.
Crepare, crepuit oſtium impulſum. 99, 5. Crepitabant oſculis labra colliſa. 132, 1. *n.*
Crepido ſemitae, *eminens ora viae.* 9, 1.
Creſcere, creſcit tibi diſcipulus Cicaro meus. 46, 3. creſcere, *augeri;* creuit nitor Phoebi vulgato latior orbe. 122, 181. *diteſcere.* 43, 1. creſcere patrimonio. 70, 1. creſcere ex paruo. 71, 12. de nihilo. 38, 7. ab aſſe. 43, 1. *n.* creſcere et minorem fieri, *opes partas diffundere luxu.* 58, 9. nec ſurſum, nec deorſum non creſco, niſi *etc. formula execrandi.* 58, 5. *n.* creſcebat vox, tanquam tuba, *ita augebatur, vt tubae ſonum aequaret.* 44, 9. creſcente ponderis inclinatione plagae. 49, 10.
Creta, (*ea mulieres et eunuchi incruſtabantur,*) cretae tantum erat inter rugas. 23, 5.
Crimen, *accuſatio, imo poena;* metu criminis. 15, 5.
Criſpus puer *Giton.* 97, 2.

Critica, *plur. pro critica ars.* 58, 7.
Crocus *vel* crocum, croco et minio tincta ſcobs. 68, 1. crocus, *ſcil. liquefactus, affuſo liquore,* moleſtus humor. 60, 60. *erat vſus eius in ſacris ad puluinaria deorum, ob fragrantiae excellentiam.*
Croeſus, deliciae Trimalchionis. 64, 5.
Crotalia, *margaritae, a ſimilitudine ſoni, quem edunt crotala, dictae.* 67, 9. *Conf. Plin. l.* 9. *c.* 35.
Crotaliſtria. 55, 6. *n.*
Croton, *vrbs Italiae.* 116, 2. *n.* 124, 2.
Cruciarius, *affixus cruci.* 112, 5.
Crudus, cruda ſtudia, *immatura.* 4, 2. Crudelis fortuna. 114, 8. Crudelitas, *res naufragorum rapiendi ſtudium.* 114, 14.
Cruentus, cruenta caſſis. 124, 260. cruentus latro, *crudelis.* 91, 2. Cruentati digiti. 138, 4.
Cruor, cruorem bibit humanum, populo plaudente, tigris. 119, 18.
Crus, crura in orbem pandere. 102, 15. *n.* Crurales faſciae. 40, 5.
Crux, *cruce dignus.* 126, 9. *n.* crucis offla, *idem.* 58, 2.
Crypta. 16, 3. crypta Neapolitana. *Fr.* 13. *n.*
Cryſtallinus, cryſtallinae teſſerae. 33, 2. cryſtallina vaſa. 64, 10.
Cubare, *de cane.* 64, 7. Cubiculum, *vbi habitatur et dormitur.* 26, 2. 77, 4. Cubicularius. 53, 10. 132, 2.
Cubile, cubilia aegrorum circumire. 101, 11. cubile expilatum. 113, 3. *n.*
Cubitoria *veſtimenta, coenatoria.* 30, 11. *n.*
Cubitum ponere apud aliquem. 27, 4.
Cucuma, *ahenum.* 135, 4.
Cucurbitae, *met. homines ſtolidi.* 39, 12.
Culcita, *omne ſtragulum, cui aliquid inculcatum eſt.* 38, 5. culcitam fert ſponda inſtitis 97, 4.
Culter Norico ferro. 70, 3. tonſorius. 108, 11. venatorius. 40, 5.
Cultor, *amator.* 127, 3. *n.*
Cultus, *ornatus,* cultae domus. 71, 7. culti ſues capiſtris. 47, 8. cultus armilla. 32, 4.
Cultus aedicularum, *ornatus.* 85, 1. veſtis. 83, 7. 136, 8. cultus Phrygius. 89, 2. 41.
Cum, *apud,* cum ruſtico ſtare. 16, 3.
Cumae, *vrbs Campaniae.* 48, 8. Cumanum praedium *Trimalchionis.* 53, 2.
Cuminum coniicere in porcum coctum. 49, 5.
Cunctari in armis. 124, 290.
Cupa, *vas vinarium maius.* 60, 3.
Cuperon, *vel* cyperon, *herba odorifera.* 127, 9. 4. molle. 127, 9. 4.
Cupreſſus feralis. 120, 75. cupreſſus tremulae. 18. 8. 2. *etiam a Mart.* 12, 50. *inter laetas arbores recenſita.*
Cura, curae latrantes. 119, 55. Curare coenae mandata. 92, 1. curat fortuna negotia ſupra nos. 55, 3. 2. curabo, iam tibi Iouis iratus ſit. 58, 2. curant ſolas exſtruere diuitias. 84, 2. non curare, *nihili facere, ſpernere.* 68. 8. non curare mathematicorum coelum. 126, 3. non regiam trucem. 5, 4. *amare, ſtudere.* 62, 7. curare corpus, *potu et cibo reficere.* 130, 7. 115, 6. *ſanare.* 62, 12. domos, *ornare.* 71, 7 curauit in gregem *arietes.* 38, 2. *n.* Curatio *capillorum, raſura.* 107, 13.
Cureum, κουρεῖον, *tonſtrina.* 58, 7.
Curio, C. Curio, *filius, tribunus plebis, quem ſibi inimicum ingenti mercede Caeſar defenſorem redemit.* 124, 280.
Curioſus, *diligens,* curioſus *doctor.* 46, 6. pictor, *diligens, in exprimendis ſingulis* περιστάσεσι, *etiam per inſcriptiones.* 29, 4. curio-

curioſa Horatii felicitas. 118, 5. *diligenter explorans*, oculus curioſus. 26, 4. curioſum principium. 92, 4. curioſas manus afferre futurae. 13, 1. curioſus, *diligenter obſeruans, vt zelotypus*. 127, 7. *n.* Curioſe inuoluere manum. 63, 6.

Currere ad lucrum recta. 116, 5. currere, et loco non moueri, *fruſtra ſtudere opibus augendis*. 58, 9. *n.* currere, *trepidare, de inope conſilii*. 58, 8. currere, *fluere*. 36, 3.

Curſim perſequi. 6, 2.

Curſores, *ſerui;* qui lecticam praecedebant. 28, 4. *qui in currendo exercebantur*. 29, 7.

Curſus, curſum addere, *celeriter currere*. 23, 3. curſum aliquo deſtinare. 114, 2. curſus labentis mundi. 127, 6. curſus lunae. 30, 4. curſus *pro nauigatione*. 76, 8. curſum intermiſit tranquillitas. 109, 6.

Cuſpide reducta vterum notauit. 89, 2. 21.

Cuſtodire motus ſiderum, *obſeruare*. 102, 3. Cuſtodiam tenet ſcaphae *funis*. 102, 4. a cuſtodia mei remouit vultum fortuna. 125, 2. *n.* in cuſtodia, *poteſtate*, alicuius eſſe. 98, 8. Cuſtos aedicularum, *ianitrix*. 90, 6. cuſtos, *explorator*, moleſtus. 10, 7. cuſtos et paedagogus. 94, 2. cuſtos ruſticus, *Priapus*. 131, 4. 1.

Cyclops, *ſcil. Polyphaemus*. 48, 7. eſuriens. 98, 5. Cyclopis antrum. 101, 7. Cyclops, *i. q. vir crudelis*. 101, 5. *n.*

Cydonia mala, (*vel cotonea, ex Creta aduecta, de quibus vide Plin.* 15, 11.) ſpinis confixa. 69, 7.

Cyllenia proles, *Mercurius*. 124, 269. *n. in monte Cyllene natus*.

Cymba traducere. 121, 118.

Cymbaliſtria, *pulſans cymbala,* (*quorum imaginem exhibet Hadrianides* p. 61.) *in conuiuiis, et per alias occaſiones*. 22, 6.

Cynica coena. 14, 1. 3. *n.*

Cynthia, *luna*. 122, 130. *quia Diana in Cyntho, monte inſulae Deli, nata eſt cum Apolline.*

D.

Daedalus, *artifex celeberrimus*. 52, 2. *coquus Trimalchionis*. 70, 2. 74, 5.

Damnare, *vituperare, ſpernere*. 41, 5. 104, 5. *repudiare*. 117, 5. *faſtidire*, damnare cibos. 117, 9. damnabat noxias manus Apollo. 83, 3. *n.* damnatae manus. 80, 7. *n.* damnata, *damnanda*, mulier. 108, 5. damnatus ego, *reus, et poena dignus*. 128, 5.

Damnum, damna ventura auſpiciis patuere deûm. 122, 127. *magni ſumtus*, vt renouet per damna famem. 119, 36. in damna furere. 120, 86. *n.*

Danaë, *filia Acriſii, ad quam incluſam turri, Iupiter peruenit; mutatus in imbrem aureum.* 137, 9. 3 et 4. haec vera Danaë eſt, *i. e. eodem, quo Danaë, amore digna*. 126, 18. 5.

Danai, *Graeci*. 89, 2. 10. et 57.

Daphne redimita baccis, *laurus baccifera*. 131, 8. *n.* Daphnon, *lauris conſitus locus*. 126, 12. *n.*

Dare, non dabat locum iracundiae hilaritas. 113, 4. dare manum languentibus. 101, 11. *i. q. edere*, dare ſonitum. 89, 2. 38. dedit dicta. 121, 100. *tradere*, dare ſe in ſeruitutem. 57, 4. *n.* dare ad beſtias. 45, 8. dare os ſuum. 45, 9. *n.* dare vela fugae. 123, 237. dare ſe redemtis hiſtrioniae. 5, 8. *n.* dare verſibus primos annos, *conſecrare iuuentutem poëſi*. 5, 11. dare embaſicoetam, *immittere*. 24, 4. dabat ventus Siciliam, *dirigebat nauem verſus Siciliam*. 114, 2. dabat male vſum. 132,

132, 8. dare poenas ſeruiles, *iis affici.* 139, 3. dare malum, *malo afficere.* 24, 17.

De, *poſtponitur interdum*, hoc de, *pro de hoc.* 62, 14. de *pro ex*, de vicinia. 74, 4. de lucerna vngere labra. 75, 10. de balneo eiectus. 92, 6. de naue carcerem facere. 105, 2. non ſum de glorioſis. 75, 11. de camera pendebat lucerna. 30, 3. de manu illius panem accipere. 57, 3. de *pro propter*, de hac medicina, *propter hanc medicinam denegatam.* 13, 6. de rebus iſtis tu dominum feciſti, *ſumtu rerum iſtarum.* 77, 1. de ſuo, *i. e. ſuo ſumtu* parare. 75, 4. de lucerna, *tempore, quo lucernae accenduntur.* 45, 11. de more, *pro more, vt fit.* 14, 7.

Dea, *femina venuſta, amata.* 127, 5.

Debattuere, *propr. depugnare, met. pugna venerea ſubigere.* 69, 3.

Debere beneficium. 126, 4. deberi Priapi genio peruigilium. 21. 7. debet eſſe, *neceſſe eſt, vt ſit; veroſimile eſt, eſſe.* 33, 8. *n.* 49, 7. 67, 7. habet, quod ſibi debebatur, *iuſta ipſi ſunt facta.* 43. 1.

Decedere, *mori.* 45. 6.

Decens planta, *pulchra. Fr.* 1, 9.

Decidere in terram. 27, 3. in ſomnum. 87, 8.

Decipere, decepit pedes glacies, *ſcil. lubrica, in qua non poſſent figi.* 123, 194. decepit multos carmen, *ſcil. facilitatis ſpecie.* 118, 1. decipiunt arma bellantem, *pro victoria ſperata mortem afferunt.* 115, 16.

Declamare controuerſiam. 47, 4. declamare et omnes cauſſas peragere. 137, 9. 5. Declamatio, *feſtiue pro ſoliloquio pathetico.* 133, 1.

Declinare ſuſpicionem. 103, 2.

Decollare, *caput enſe amputare,* (*vid. Suet. Calig.* 32.) *non ſecuri, vt olim.* 51, 6.

Decrepitus *gladiator, debilis et ſenex.* 45, 11.

Decuria, in omnibus decuriis Romae eſſe poterat Trimalchio. 71, 12. decuriae ſeruorum et operarum ruſticarum. 47, 11.

Decurrere ad vltionem. 132, 2. *decurrere deſinere*, meae quadrigae decucurrerunt; *prouerb. ex circo repetitum, mea hilaritas iam me deſtituit.* 64, 3. Decurſus praeceps. 138, 4.

Decus formae. 109, 9. 1. Decus Romanum, *gloria, dignitas populi Rom.* 119, 49.

Dedecus, *homo turpis.* 74, 9.

Dedititius hoſtis, *ſupplex.* 107, 4.

Deducere in gymnaſium ephebum. 85, 3. deduxit implicitum brachiis in terram. 127, 8. deducere ad terram talos. 102, 15. *n.* deducere nauem in portum. 101, 8. deduxit canos vertice tremulo, *indicium irae.* 137, 4. 1. deduxit deus ad poenam. 106, 3. deductus lacunaribus circulus ingens. 60, 3. deducunt lunam mulieres. 129, 10. deducta lunae imago carminibus. 134, 12, 9. (*ſcil. cum deficeret luna, putabant hoc fieri per incantationem.*) *computare, hinc* deducere rationem veterem cum Gitone, *priſtinam conſuetudinem cum eo continuare.* 10, 7.

Deeſſe officio. 139, 5.

Deferre pallium, *proponere venale.* 12, 2. coronas ad imperitos. 83, 8. defert (*deducit*) deus aliquem in aliquam regionem. 16, 4. delatos ſe in alium terrarum orbem putant. 1, 2. deferunt, quidquid doloris habent, in pedes, *culpam omnis doloris imputant pedibus.* 132, 14. deferre indicium ad amicos. 125, 3.

Deficere, *morbo fractum eſſe.* 101, 9. deficiens, *laſſitudine fere confectus.* 8, 2. deficit lumen. 111, 4.

III, 4. deficit pictura, *ars pingendi ſit deterior.* 88, 10. in deficiente iam porticu. 29, 5. *n.* die iam deficiente, *ſub veſperam.* 12, 1. deficere aliquem de cureo. 58, 7. *n.* defectus, *paſſiue pro deſtitutus*, defectae humore (*oleo*) lucernae. 22, 3.
Defixae in poſte tabulae. 30, 3.
Deflectere aures iam ſua ſponte credentes, *non amplius auſcultare, ſed credere.* 105, 8. deflexis luminibus (*oculis.*) 105, 9. deflectitur nauis a curſu. 101, 11.
Defluens ſacco vinum. 73, 5.
Deformis ore cruento vultus. 122, 127. deformis locus, *lupanar.* 7, 4.
Defoſſa petra, exciſo marmore. *Fr.* 17.
Defraudare nihil ſibi, *nulla re ſe defraudare, genio indulgere.* 69, 2. *n.*
Defunctorius ictus, *leuis.* 136, 5. defunctoria apodixis. 132, 10. *n.*
Defundere verba pectore. 5, 22. voces pectore. 121, 102.
Dehiſcere, dehiſcit terra. 120, 90. ſedes Erebi rupta. 124, 254.
Deiicere, deiecta anus ſuo pondere. 136, 1. deiecti paene de lectis ſumus *nimia multitudine ſeruorum.* 70, 11. deiicere de negotio philoſophos, *nihil relinquere, quod poſſit exercere philoſophos.* 56, 7. deiecit tela Gigantum, *proſtrauit.* 123, 208. *n.* deiectus Phoebus, *occidens. Fr.* 22, 4.
Delabi, delapſa cecidit fera. 16, 2, *n.* delabi per ipſa gubernacula, *labendo deſcendere.* 102, 4.
Delectari, *vt deponens,* cum dominam ſuam delectaretur, *ſenſu obſceno.* 45, 7. delectaris nos. 64, 2. delectatus forma mulieris miles. 112, 4.
Delere ingenia. 2, 4. delere amicitiae ſacramentum, *pro amicitiae fidelisſimae ſoluendae materiam praebere.* 80. 4.
Deliacus, *mango et caſtrator;* Deliaci manu reciſi, *ſpadones.* 23, 23.
Delibare paullulum carnis. 136, 1.
Deliciae, *amaſius.* 28, 4. 64, 5. ad delicias domini ipſe femina fui. 75, 11. deliciae Priapi, *anſer.* 137, 2. delicatus, res omnium delicatiſſima, *plane ad mollitiem et luxum compoſita.* 33, 2. delicatus puer, *mollis, niſi potius amatus a parentibus.* 63, 3. delicatus, *cui nulla regio videtur ſatis felix.* 45, 3.
Delinire hoſtem. 84, 5.
Delinquere, *grauius, quam peccare.* 125, 1. 130. 1.
Delius, *Apollo ex Delo oriundus.* 89, 2. 4.
Delirantes Graeculi. 88, 10.
Delos, *inſula*, iam ſtabili reuincta terra, (*olim natans.*) *Fr. ſ.* 6, 1.
Delphicus ales. 122, 177. *n.*
Delubra deûm. 104, 4. 2. circa delubrum greſſum ferre ouantem. 133, 3. 17.
Deluſa ſuis muneribus terra, *cuius munera erant deluſa.* 135, 8. 3.
Demandare in ſinum. 61, 8. *n.*
Demens, *deſperatus.* 102, 16. Dementia miſerorum. 80, 3.
Demerſus exciſo hiatu locus. 120, 67. *Met.* demerſus vino ſcortisque. 88, 6.
Demittere manum in ſinum. 24, 6. ſe verticibus Olympi. 123, 207. demiſſo labro orare, *habitus triſtis.* 52, 4.
Democritus, *Abdarites, philoſophus.* 88, 3.
Demothenis, *oratoris*, arma, 5, 14.
Denarius, *adj.* denaria lanx. 59, 6. *n.* denarios (*nummos*) binos dedit et epulum. 71, 9. *Conf.* 45, 10. *n.* denarii aurei argenteique, *pro calculis albis aut nigris.* 33, 3. denarios praeſentes, *paratam pecuniam*, numerare. 109, 3.
Dens, ſub dentem venies. 58, 6.

 alli-

